DN. IOACHIMI MYNSINGERI A FRVN-DECK IVRISCONSVLTI CLARISSIMI

IN TRES LIBRI II. DECRETAL. TITVLOS, DE PROBATIONIB. DE TESTIB. & attest. & de fide instrument. Commentarij: nunc primùm in communem iuris studiosorum vsum in lucem editi.

Accesserunt eiusdem Dn. Mynsingeri Enarrationes breues quidem & succinctæ, sed quæ iusti commentarij loco haberi possint, in solenne ac memorabile cap. Quoniam frequenter &c. quod sub tit. VI. (vt lite non cont. non proced. ad test. recept. &c.) lib. II. Decretal. extat.

Cum summarijs & indice rerum & verborum locupletissimo.

Cum gratia & Priuilegio Cæsareæ Maiestatis ad Octennium.

HELMSTADII
Ex Officina Iacobi Lucij Transsilvani.
Anno M. D. LXXXII.

INSIGNIA GENTILITIA
MYNSINGERORVM A FRVNDECK.



IN IOACH. MYNSINGERI à Frundeck insignia.

MARCVS TATIVS ALPInas, I. C. & Imperialis Cameræ olim Assessor.

Aspice Phrundecchæ proauita insignia stirpis,
Nobilis emeritum gentis equestre decus.
Accipitres, cassis foricata, coronaq́, & uri
Cornua, Pauonisq́, aurea penna, simul:
Felix auspicium thalamo, felicius armis,
Fidaq́, in Austriacos cognita signa Duces.

In eadem Ioan. Schosseri P. L. carmen.

Austriacam quæ fida domũ Iouis incolit ales,
Iustaq́, cum magno Cæsare sceptra tenet:
Accipitres experta pios, & marte potentes,
Sæpius aduersa sorte premente, fuit:
Inclyta quos misit Frundechæ gloria gentis,
Vnde suos ortus Mynsiger ipse trahit.
Mynsiger, interpres velut alter Scæuola Iuris,
Sulpitio fandi nec ratione minor.
Has igitur volucres auium regina tuetur,
Illustres alijs & magis esse iubet:
Et sua dum statuit virtuti præmia, tali
Exemplo reliquas admonet esse pias.

IOACHIMI MYNSINGERI
à Frundeck Iurisconsulti

IN TIT. XIX. LIBRI II. DECRETAL.

QVI DE PROBATIONIB. INscribitur, Commentarij.

IN RVBRICAM.

Summaria.

1. 12. *Probandi vsus quare introductus.*
2. *Quid faciendum iudici in probatione discutienda.*
3. *Continuatio huius tituli.*
4. *In confessum nullæ sunt partes Iudicis, nisi in condemnando.*
5. *Quare hic titulus inscriptus sit, de Probationibus.*
6. *Variæ definitiones Probationis.*
7. 9. *Probatio definitur per Mynsingerum.*
8. *Azo reprahensus in appellationis definitione.*
10. *Iudicium quandoq; ante litis contestationem accipi.*
11. *Probatio alia facti, alia Iuris.*
13. *Illud probandum, quod in Iudicium deductum est.*
14. *Diuisio Probationis.*
15. *Probationes inartificiales, & artificiales.*
16. *Probatio alia facti, alia Iuris.*
17. *Probatio facti alia plena, alia semiplena.*
18. *Probationis plenæ species.*
19. *De probatione per testes.*
20. *Quis numerus testium requiratur.*
21. *De probatione per instrumenta, & cur dicantur Tabulæ.*
22. 23. *Instrumentum aliud publicum, aliud priuatum.*
24. *Scriptura priuata quatenus probet.*
25. *De probatione per confessionem.*
26. *Confessio non est propriè species probationis.*
27. *Confessio ad positiones.*
28. *De probatione per Iuramentum.*
29. *Iuramentum Iudiciale bifariam defertur.*
30. *In Iuramento à Iudice delato relatio non habet locum.*
31. *De probatione per euidentiam facti.*
32. *Notorium aliud facti, aliud iuris, aliud præsumptionis.*
33. *Præsumptio quid, & quot sint eius genera.*
34. *Præsumptio iuris tantum.*
35. *Præsumptio iuris & de Iure.*
36. *Præsumptio hominis, siue iudicis, eiusq; subdiuisio.*

37. *Præsumptio temeraria.*
38. *Præsumptio probabilis.*
39. *Præsumptio necessaria.*
40. *Iudicis arbitrio relinquitur iudicare de præsumptionibus.*
41. *De probatione per communem opinionem.*
42. *Communi opinione quæ probentur.*
43. *Testimonium de auditu in communi opinione valet.*
44. *Semiplena probatio, eiusq́; species.*
45. *Dictum vnius testis.*
46. *Iuramentum in supplementum semiplenæ probationis.*
47. *De probatione per famam, & quomodo fama & rumor inter se differant.*
48. *De probatione per comparationem literarum.*
49. *Ad quas scripturas possit fieri comparatio.*
50. *Probatio per priuatas scripturas, & de triplici priuata scriptura.*
51. *Apocha quatenus probet.*
52. *Libri rationum & mercatorum quomodo probent.*
53. *Epistola quam fidem faciat.*
54. *Sigillum an probet.*
55. *Probatio per præsumptiones verisimiles siue probabiles.*
56. *In probationis materia regulæ aliquot: & nu. 57. 58. 59. & 60.*

PRobandi † vsus propter causas cotidiè in iudicio 1.
controuersas rectè primùm institutus fuit, vt hac
ratione veritas in Iusticiæ officina, hoc est, in iu-
dicio ac foro, certo constaret rerum adminiculo,
quod iudex aut condemnando, aut absoluendo sequeretur.
Vt autem hunc probandi vsum constat in foro esse frequentis-
simum: (nulla enim ferè causa in iudicium deducitur, quæ non
contradictione aduersarij dubia fiat, sicq́; probationis auxilio
egeat:) ita nihil penè difficilius est in iudiciarijs controuersijs,
quàm intelligere, q̃d probandum, & cui deferenda sit proba-
tionis necessitas: propterea, quod hæc partim etiam ex æquita-
te dependere solet. Quamq̃ enim regulis aliquot secundũ iu-
risconsultorum præiudicia summatim collectis ostendi possit
generaliter, quomodo ineunda sit deferendæ probationis ra-
tio (id quod & nos, DEO duce, in præsenti titulo & aliquot
sequentibus, pro nostri ingenij doctrinæq́; mediocritate factu-
ros spondemus) non possunt tamen omnes probationum cir-
cumstantiæ ex scripto satis comprehendi, tametsi id multi fru-
strà tentarint. † Ex quibus sanè conficitur, iudicis partes 2.
esse in dijudicanda probationis veritate ac sufficientia, vt eam
partim exemplis præceptionum à iurisconsultis passim tradi-
tarum, partim ex animi sui sententia secundum æqui & boni
rationem æstimet, colligatq́;, quid satis probatum, aut non
probatum sit. † Ad rem igitur accedentes, quia solenne est, in 3.
rubricarum explicatione ostendere, [a] quo nexu subsequentes
tituli

a. vulgata. l. 2. ff. de sta. homi. cum simi.

tituli præcedentibus cohæreant: & hunc titulum iusto ordine
præcedentes sequi dicimus. Cùm enim in superioribus tra-
ctatum fuerit, quid Iuris sit, quando Aduersarius conuentus
actoris intentionem fatetur, nempe quod actor ab onere pro-
4. bandi immunis est. [b] † quia in confessum nullæ sunt partes Iu-
dicis, nisi in pronunciando, seu condemnando: consequen-
ter explicandum fuit, quid obseruandum esset, cùm reus ne-
garet agentis assertionem. Sunt enim homines sæpenumerò
ad negandum procliuiores: [c] & tunc agenti incumbit probatio
5. eius, quod adstruit. † Porrò [d] quoniam probationum plures
sunt species, inprimis de Probationibus in genere præmittit:
deinde ad species probationum distinctis titulis descendit.
[e] Nam vt species cognoscantur, prius generis nomen nosci o-
portet: traditumq; est, à generali titulo inchoandum esse, spe-
ciales verò titulos debere subsequi. & hic ordo tam in Pan-
dectis, quàm in Codice pariter obseruatus est. Agitur autem
hic de *Probationibus* in genere, id est, de his, quæ generaliter &
ex æquo omnibus probationum speciebus conueniunt: vt sic
Titulus non abs re *(de Probationibus)* inscriptus sit: quemad-
modum & in Pandec. itemq; Codi. similis titulus extat. Non e-
nim tractatur de probatione in genere, prout consideratur ge-
nus in abstracto à qualibet specie probationis: quia probatio
talis, [f] teste Decio, non reperitur. sicq; cessat [g] Andreæ Siculi
obiectio siue assertio, putantis titulum hunc in singulari inscri-
bendum fuisse, cùm genus propriè vnicum sit, species plures
sub se continens. Oportet autem inprimis (quia omnis nostra
disputatio est de probationibus) ante definire, quid sit probatio,
6. vt sic intelligatur, de quo agendum est. † Probationem Azo
& [h] Accursus sic definiuerunt, *quod sit rei dubiæ per argumenta o-
stensio.* hanc ostensionem [i] Bartolus tùm fieri ait, quandò ani-
mus Iudicis ad fidem & credulitatem deducitur. Sed hæc de-
finitio magis conuenit ijs, quæ per disputationem fiunt, quàm
quæ in Iudicio. Quare aliter [k] Baldus, *probatio* inquit, *est actus
rem dubiam in lucem cognitionis educens.* Gofredus verò ita descri-
bit, *Probatio est rei dubiæ per testes, vel instrumenta, & plerumq; indi-
cia ac præsumptiones ostensio.* Verùm hę definitiones, vel potius
descriptiones nimis effusæ sunt, ac generales, nec conuertun-
tur cum definito, id est, cum iuridica probatione, [l] quod o-
portet: cùm non cuiusq; rei, de qua dubitatur, sit legitima
probatio, sed eius tantùm, de qua legitimè dubitatur: [m] Pa-
normitanus eam sic describit: *Probatio est rei dubiæ in iudicio legi-
timè facta declaratio.* Ego verò aliquantò vberius eam sic de-
7. scribi posse autumo. † *Probatio est demonstratio quædam iudiciaria
rei ignotæ & dubiæ, legitimè facta iudici, in causis apud eum controuersis.*
Explicemus hæc verba crassè & populariter. Hæc definitio
ab effectu & officio conflata est, cuus generis multæ sunt defi-
nitiones [n] in Legibus: ab effectu inq, qui immediatè facta pro-

b. l. proinde. § notandum. ff. ad leg. Aqui.
c. l. 3. ff. de probat. et quest. vlt. c. actor.
d c. cùm ad sedem et ibi glo. s. de resti. spoli.
e. l. 1. ff. si cer. pe. & l. 1. ff. de iust. & iu. glo. sing. in rub. de reg. iu. lib. 6. & in rub. C. de pac.
f. hic.
g. In rub. C. qui admit. ad bo. poss.
h. in rub. C. de probati.
i. ibidem.
k. in l. ea quidem C. de accusa.
l. l. 1. §. 1. ff. de do. ma.
m. hic.
n. l. 1. ff. de testa. l. 3. §. bonorum ff. de bo. poss. l. iustitia. ff. de iusti. & iu. §. 1. Inst. de tuto. & inst. de actio. in prin.

 batione

batione existit, & in quo consistit ac demonstratur essentia pro-
bationis, quiq; cum definito conuertitur. Mox enim & imme-
diatè data probatione, declaratio siue notificatio rei dubiæ
sequitur: effectus non est separatus à re definita, sed cum illa
correlationem habet. Aliàs verò vbi effectus non statim, sed
cum intervallo ex re definita proflueret, verum est, quod causa
non debeat per effectum definiri, vt Bartolus o alibi tradit,
† reprehendens ea ratione definitionem appellationis ab Azo- 8.
ne traditam, qui appellationem dixerat esse prioris sententiæ
rescissionem. Appellatio enim causa est rescissionis: rescissio
verò ipse effectus, qui prouenit ex ipsa appellatione, non tamen
statim, sed ex interuallo: quoniam appellatio est etiam ante re-
scissionem, cùm rescissio inprimis ex sententia appellationis
subsequatur. † Ad definitionem redeundo, dixi primùm, 9.
est demonstratio iudiciaria, vt excluderem demonstrationem, quę
in extraiudicialibus fieri potest: nam & extra iudicium res du-
bia declaratur, legitimeq; fieri dicitur. p quia quod extra iudi-
cium permittente lege fit, legitimè factum censetur. Nec ob-
stat, q quod iudicium propriè dicitur lite contestata, & tamen
quandoq; ante litis contestationem existunt probationes, pu-
ta super exceptionibus dilatorijs, aut peremptorijs, quæ ante
acceptum iudicium opponuntur: † Quia responderi potest, 10.
iudicium plerumq; etiam ante litis contestationem accipi,
quando scilicet lite necdum contestata probationes admitti so-
lent. Tùm enim sicut permissum est legibus, ante litem con-
testatam recipere probationes contra iuris regulam, r vt lite
non contestata &c. s ita quoque intelligitur tùm esse iudicium.
Addidi, *rei dubiæ*, quia cùm aduersario assertioni actoris con-
tradicente res fiat dubia, opus est externis rerum adminicu-
lis, per quæ veritas cognoscatur & patefiat. † Vndè & proba- 11.
tionem facti vocamus, ad differentiam probationis iuris, qua
de hic non loquimur, sicut infrà mox vberius dicemus. Cæte-
rùm in his, quæ satis manifesta sunt, & iudici nota, t non de-
sideratur pbatio: frustrà enim esset, rei satis demonstratę & co-
gnitæ aliquid adijcere, ac interim litigatores temporis, sump-
tuumq; iactura u grauare. Itaq; pbatio solùm tùm est necessa-
ria, quandò propter dissensionem litigantium res in dubium
venit. Adposui *legitimè*, quia per legitima documenta & mo-
dos huiusmodi ostensio facienda est, qui scilicet legibus per-
missi sunt, & pbati, quosq; leges ipsę suppeditant: vt sunt te-
stes, instrumenta, & plerunq; indicia & præsumptiones, & si
quę sunt aliæ pbationū species, p quas res ignota iudici ac du-
bia declarari, patefieriq; solet. Subiunxi, *facta iudici*, quia de
facto, dictóue controuerso in iudicio facienda est fides iudi-
ci, non aduersario, x qui commodo suo deseruiens nunq̄ fate-
retur verum esse, y etiamsi omnium pbationum adminicula in
vnū conferrentur. † Dixi *in causis &c.* quia pbationes ideò in 12.
vsum re-

o. l. 1. in prin. ff. de appella.

p. l. Gracbus. C. ad leg. Iul. de adul. & facit l. legitima. ff. de pac.

q. l. 1. & ibi glo. C. de Iudi.

r. ī. to. tit. vt li. non contest. et præcipue in c. quoniam frequent. vbi dixi.

s. Deci. hîc. tex. in §. fi. Inst. de pœ te. litig. c. gratum s. de off. dele. et no. per glo. et dd. in rub. C. de in ius vo.

t. l. si verò. §. qui pro rei ff. qui satis. cog.

u. arg. l. 1. In fi. ff. de do. præleg.

x. l. inter stipulantem. §. 1. ff. de verb. obli.

y. c. statutum §. cùm verò. de rescri. lib. 6. c. in nostra j. de testi. c. ex literis. ibi Panor. j. hoc tit. tex. in l. quinquaginta. in fi. ff. de proba. l. idcirco C. ex qui. cau. ma. l. doce ancillam. C. de rei vend. & l. 1. C. de cond. ob tur. can.

vſum receptæ ſunt, vt veritas ex certis rerum documentis colligeretur, quam iudex vel condemnando, vel abſoluendo præ oculis haberet. Interim tamen meminiſſe oportet, ꝙ non quælibet diſſenſio talem dubitationem pariat, quę legitima ꝓbatione diſcutienda ſit. Ridiculum enim eſſet, ſi alter de cæpis, alter de allio diceret, velle talem contentionem probationibus in iudiciũ deducere, vt de ea decernatur: cùm per ſe manifeſtũ ſit, inter eos nullam exiſtere controuerſiam, qui non de eâdem re, ſed de diuerſis diuerſum quid dicant, id quod tum euenire poteſt, vbi non ſatis apti, diſertiq; libelli actionum concipiuntur. Deindè etiamſi aptè ſit conceptus libellus, aptè etiam ad illum reſponſum, vt ſatis adpareat, in qua quęſtione lis conſiſtat: tamen non poſſumus ſtatim cernere, quæ ſit ea ꝓpoſitio, q̃ præcipuè probanda veniat, vt de tota cauſa rectè pronunciari poſ-

13. ſit. † Pro regula itaq; traditur, in foro illud eſſe probandum, quod in iudicium deductum ſit, & de quo iudicium eſſe poſsit, quod probanti ad cauſæ victoriam ꝓſit. aliàs enim iudicia fruſtrà agitarentur, ſi aliena à negocio probationi ſubijcerentur: ᶻ Vt cùm quis cum poſſeſſore ſuarum ædium agat rei vendicatione, & dominium ſuum in illis ita ꝓbare conetur, vt oſtendat, ſe eas ædes illi locaſſe tanq̃ ſuas, non poteſt de cauſa ꝓnunciari: qa illud, ꝙ in iudicium venit, nimirum, an actor ſit dominus earum ædium, palam eſt, eum non probaſſe. Quare diligenter conſiderandũ eſt in iudiciarijs cõtrouerſijs, quod tandẽ ex mutua intentione & contradictione litigantium in dubium veniat, quo declarato liquidum fiat iudici, quid de cauſa ſtatuendum ſit: quoniam ꝓbatio (vt diximus) docendi iudicis, non partis aduerſæ cauſa fit, ᵃ vtcunq; in partis præſentia ea fieri regula-

14. riter debeat. † Et hactenus quidem de definitione: ſubijciamus modò diuiſionem probationis, quot, & q̃ ſint eius genera

15. ſiue ſpecies. Et ᵇ quidem varij varias ſpecies aſſignant: † cæterùm Ariſtoteles eleganter duo ꝓbationum genera refert, ſub quorum altero compręhendit ἀτέχνους, id eſt, inartificiales, altero ἐντέχνους, id eſt, artificiales. *Inartificiales* ſunt, quæ cum cauſa reſultant ex facti circumſtantijs, & caſu: vt ſunt rumor, tabulæ ſiue inſtrumenta, teſtes, & iuſiurandum. nam nemo eſt, qui huiuſmodi probationes in ſubſidium ſuæ cauſæ adferte non poſsit, cùm has ei caſus miniſtret. Itaq; Ariſtoteles eas dixit *inartificiales*, quaſi quæ ingenio dicentis non excogitarentur, ſed cum cauſa ad eum deferrentur. Argumenta verò, quæ inuenirentur ſolertia & diligentia dicentis, dixit eſſe *artificiales probationes*, quia à ſolis artificibus inueniendi & di-

16. cendi, id eſt, ab oratoribus adhiberi poſſent. † Hanc diuiſionem probationum etiam iuriſconſulti amplectuntur, eamq́ue his verbis tradunt, vt dicant, *probationẽ aliam eſſe facti, aliam iuris.* Nam *probationem facti* appellant, quam Ariſtoteles dixit inartificialem: *probationem verò iuris,* quam ipſe artificialem vocat.

z. *hoc exemplum habetur in l. ad probationem. C. de proba.*

a. *l. ſi quando. §. ſed cum. C. de teſtib.*

b. *Bal. Sali. & communiter Dd. in rub. C. de proba. Cano. hic.*

Ex consuetudine autem loquendi in foro atq; iudicijs ea, qua
factum probatur, ferè sola dicitur probatio, quam & nos so-
lam hic tractamus. eam enim, qua ius in foro ostenditur, sæpi-
us disputationem, quàm probationem appellant. Porrò hanc
iuris probationem, siue disputationem fieri volunt [c] autorita-
te publicarum legum, canonum, consuetudinum, statutorum,
& argumentis ex rerum natura & ratione ductis. Hæc autem
argumentorum tractatio ex dialecticis & rhetoricis petenda
est: quia iura & leges colligendarum aut refellendarum proba-
tionum rationem non ostendunt, nisi quatenus [d] nonnulli in-
terpretes aliquid ea de re tradidêre. *Facti verò probatio*, qua de
hic agendum est, secundum varios iuris interpretes, varias quo-
que species habere dicitur. † nos vt rem crassè tradamus, hanc 17.
facti probationem in duo capita discindimus, vt scilicet facti
probationis alia sit *plena & iusta, alia semiplena*, nec satis demon-
strans. † Rursus plena probatio sex sub se comprehendit speci- 18.
es, quales sunt: testes, tabulæ siue instrumenta, confessio ad-
uersarij, iusiurandum, euidentia facti & legitima præsumptio.
ad has enim species, & si quæ sint aliæ, facilè reduci possunt. [e]
† Prima igitur species plenæ probationis est, quæ fit *per testes* i- 19.
doneos, & qui nulla exceptione reijci possunt. Interdum enim
adhibetur ad dicendum testimonium persona, quæ à iure non
habetur idonea: [f] vt si sit impubes, [f] vel inops mentis [g] vel mu-
lier, propter fragilitatem siue imbecillitatē consilij: item seruus,
libertus, coniunx, vasallus. neq; enim hi idonei testes haben-
tur, [h] cum in ea sint conditione, vt producens imperare illis pos-
sit, vt fiant testes. Prædictis adde [i] infames, & suspectos pro-
pter amicitiam vel inimicitiam, [k] aut captationem lucri, & si
qui sunt his similes: vt videre est apud eos, qui de obseruatio-
nibus iudiciarijs scripserunt. † Quis autem numerus testium 20.
requiratur, vt plena fiat probatio, variatum est. Leges enim in
negocijs, in quibus minus est periculi de fraude, testes paucio-
res: in quibus plus est, plures interuenire volunt ad certitudi-
nem rei explorandam. Vnde si contrahatur in ciuitate per li-
teras, [l] quinq; testes sunt necessarij: si quis verò suum velit depo-
situm esse testatum, [m] iubent leges tres adhiberi testes: item in
testamentis [n] septem testes exiguntur: [o] in codicillis quinq;. I-
taq; ex legibus petendū est, quot testes ad cuiusque negocij cō-
testationem requirantur. Interim tamen [p] regulare est, vt in
qualibet causa ad faciendam fidem duo testes sufficiant, nisi ex-
pressè lege cautum sit, plures in aliqua causa exigi. Et hęc re-
gula non solùm Romanis legibus obtinet, [q] sed sacræ etiam lite-
ræ eandem probant. Porro hæc plenæ probationis species infrà
sub tit. de testibus [r] vberius illustrabitur. † Secunda species 21.
plenè probandi *fit per instrumenta*. Et quanquam fusiori significatione
instrumentorū appellatione ea omnia veniunt, [s] quibus causa in-
strui potest: & ideò tā testimonia, quàm personæ instrumentorū
loco ha-

c vide specul. in tit. de probat. §. vlt.
d. Bald. præcipuè in l. conuenticula. C. de episc. & cler.
e. glo. in l. inuiti. ff. de testi.
f. 3. quæst. 7. c. vlt.
g. l. ex eo. de testi. ff. & glo. in c. forus. §. vlt. ff. de verb. sig.
h. l. idonei. ff. de testi.
i. c. licet ex quadam. j. de testi.
k. l. 3. in prin. de testi.
l. auth. sed nouo iure. C. si cer. pet.
m. Nouel de fi. instr. §. si quis igitur.
n. l. hac consultiss. §. 1. C. de testa.
o. l. vlt. C. de codicil.
p. l. vbi numerus. ff. de testi.
q. Deutero. cap. 19. Mathæ. cap. 18.
r. de eadem vide etiam in. ff. auth. sext. & Clement. tit. de testi.
s. l. 1. ff. de fi. instru.

loco [rr] habentur: hic tamen concisius instrumenta ꝑ solis scri-
pturis accipiuntur, q̃bus legitima ratione fides est adhibenda.
Huiusmodi scripturas veteres *tabulas* dixerunt, propterea quòd
22. illi ante inuentã papyrum cæreis tabulis vsi sunt. † Instrumen-
torum autem aliud est *publicum*, aliud *priuatum*. *Publicum* dicitur,
cui⁹ ea est autoritas, vt propter modum, quo secundum leges
aut consuetudinem factũ est, publicam adeóque omnium fidem
mereatur, tanq̃ id, quod ritè & legitimè factum est: vt sunt ta-
bulæ testamentorum, donationum, mandatorũ, item acta iudi-
ciaria, q̃ coram iudice descripta sunt, & scripturæ per publicos
notarios confectæ, vel sigillo munitæ ab Episcopo, magistratu,
vel quouis alio, quem publici alicuius iuris autoritatem habere
constat: quorsum et libri, atque scripturę referri debent, q̃ in
archiuũ publicum rei gestæ causa reponuntur. [t] hę enim omnia
23. sine adminiculo alterius ꝓbationis plenam fidem faciunt. † *Pri-
uatum verò instrumentum* dicitur, quod sola scribentiũ autoritate
subsistit sine pręfatione modi à legibus, consuetudine, vel iu-
dice factum: vt sunt chirographa debitorum, apochæ credito-
rum, codices rationũ, siue accepti & expensi, syngraphę & cau-
tiones à patrefam. conscriptę, epistola priuata, signa vel sigilla.
24. † Et huiusmodi priuata scriptura non habet vim plenę ꝓbatio-
nis sine adminiculo aliarũ ꝓbationum [u] sed tantum ꝑsumptio-
nem parit: nisi [x] q̃s eo vsus sit aduers⁹ alium, vel alioq̃ illud a-
gnouerit. nam tunc contra illũ, q̃ istud scripsit, signauit, vel si-
gillauit, ei fides habetur: contra alium vero ei non creditur, ni-
25. si is, aduers⁹ quem id ꝑducitur, aliquandò probauerit. † Ter-
tia species plenè probandi est *confessio aduersarij facta in iudicio.*
Dupliciter autem de confessione loquimur: primùm de ea, q̃ fit
ad principalem intentionem agentis: deindè de ea, q̃ fit ad po-
sitiones eiusdem, quas ipse in ostendendo facto facit, vt sic con-
fessione rei conuenti ab onere ꝓbandi releuetur, aut saltem in
ea facienda iuuetur. Si ergo reus fateatur id, q̃ ab actore in li-
bello & principali actione propositum est: hæc confessio vim &
effectum plenarię probationis habet, [y] nec restat aliud, q̃ vt à
26. iudice quodammodo sua sententia condemnetur. † Itaque cre-
briori Doctorum vtriusque scholę calculo traditũ est, talem cõ-
fessionem propriè non esse speciem ꝓbationis, sed poti⁹ releua-
tionem ab onere probandi. Interim tamẽ negari non potest, q̃n
talis confessio effectũ probationis habeat: qua de re [z] Deci⁹ la-
27. tè in vtrãq; partem disputat. † At confessio, q̃ fit ad positiones,
q̃ in declarando facto fiunt, non semꝑ plenè probat. Nam si q̃-
dem aduersari⁹ ea omnia confiteatur, q̃ in positionib⁹ deducũ-
tur, sua confessione conuictus habetur, petiq; potest à iudice, vt
in causa pronunciet. [a] ꝑ huiusmodi enim confessionẽ res fit no-
toria. Si vero q̃dam tantum in positionib⁹ adducta fateatur ad-
uersari⁹, reliqua neget, tunc q̃renda est alia probatio negatorũ,
si ex illis, quę confessus est reus, non satis possit iudici de facto
proposito constare. Non tamen ꝑpetuò verum est, q̃ confessio

rr. l. 1. ff. de fi. instr.

t. Nouel. de instru. cau. & fi. et l. census. ff. de proba auth. ad hæc. C. de fi. instr. & ĵ. de fi. instru. per discursum.

u. l. instrumenta. C. de probat.

x. l. Publia. in fi. ff. depos. & de hac probandi specie vide ff. & C. et ĵ. de fide. instru. per discursũ, item in Nouel. de instru. cau. et fi. Nouel. vt præpo. nom. Imp. & Nouel de Tabellio.

y. l. cùm te. 2. C. de transac. l. vlt. C. de fideiuss. l. 1. ff. et C. de confess. et l. proindè. ff. ad leg. Aqui.

z. hoc loco.

a. c. vlt. ĵ. de cohab. cleri. et mul.

ad positiones facta præiudicet confitenti, quia multa sunt, quę
tàm in personis respondentium requiruntur, quàm in ipsis re-
bus, de quibꝰ respondetur, vt confessio facta obliget, q̃ [b] alibi
recensentur. Ea omnia si adsint, tam efficax est confessio, vt non
reuocetur, nisi quis paratus sit ostendere, se errasse in confiten-
do: nam q errat, non fatetur, [c] nisi ius ignorauerit. & hanc ꝓ-
bandi speciem [d] suis locis vberius explicatam reperies. † Quar- 28.
ta species plenè ꝓbandi est *iusiurandum*. Loquimur autē hic de
iureiurando iudiciali, quod scilicet aduersariꝰ in iudicio iudice
adprobante, vel ipse iudex ad explicandam semel totam litem
alteri defert: vndè etiam *Decisorium* appellatur, quod finem im-
ponat controuersiæ, [e] vt actori decernatur, quod intendit, vel
reo, quod excipit. Nam si is, cui delatum est iuramentum vel
à iudice, vel à parte, iurauerit, totam intentionem suam iustè
ꝓbasse censetur: [f] quia iuramentum habet vim iudicati, & ple-
næ ꝓbationi comparatur. † Obserua autem hoc iuramentū bi- 29.
fariam deferri, vel à iudice, vel à parte parti. Si illud vnus liti-
gatorum alteri deferat, [g] necesse habet is, cui delatum est, vel il-
lud prętare, vel deferenti referre. † Si verò à iudice delatū sit, 30.
relatio non habet locum, quia iudex illud defert explorandæ
veritatis causa tùm, cùm neuter litigatorum suis ꝓbationibꝰ ei
satisfecit, & sic in supplementum semiplenæ probationis, vt ea
ratione ad sententiam peruenire possit. Et de hac plenè probā-
di specie Doctores [h] suis locis abundè disputant, tradentes,
quando, à quibus, & quibus in causis, & quomodò huiusmo-
di iuramentum exigi, præstariq; possit aut debeat. † Quinta 31.
species est, *Euidentia facti*: vt cùm quid coràm sensu corporeo
percipitur, aut factum ipsum patet oculis. & de huiusmodi fa-
cto nototio iudex statim pronunciare potest, & sententiam ex-
equi, [i] cùm absq; probatione manifestum sit. Talis autem eui-
dentia sæpius contingit in criminibus, quàm in contractibus:
hincq; est, ꝙ tam multa [k] passim de notorijs criminibꝰ tradun-
tur. † Cùm autem [l] aliud notorium sit *facti*, aliud *iuris*, aliud 32.
præsumptionis: sciendū est, illud solùm euidens iudicari, quod ex
signis necessarijs colligitur, quę Rhetores τεκμήρια vocant, non
ex probabilibus, quæ per se ad tollendam dubitationem sunt
insufficientia, à Græcis εἰκότα dicta. Sexta iustæ probationis
species est *præsumptio legitima*. † Præsumptio autem nihil ali- 33.
ud est, quàm rei gestę ex varijs circumstantijs collecta conie-
ctura. Vnde etiam [m] nonnulli eam rectè *coniecturam* appellari
aiunt. Pręsumptionum autem commentatores duo constitu-
unt genera: [n] alia enim *iuris esse* dicitur, *alia hominis siue iudicis*.
† Rursus præsumptio iuris duas habet species, quarum altera 34.
simpliciter appellatur *iuris tantùm præsumptio*, videlicet cùm iura
solùm ꝓsumunt aliquid, sed illud non constituunt ꝓ iure: [o] Vt
si actor petat debitum ex chyrographo, et reus asserat chiro-
graphum esse cancellatū: iam ꝓsumit lex, debitum esse solutum,
non ta-

b glo. in l. 1. C. de confes. glo. c. vlt. ĩ. de confes.

c l. 2. ff. de confes. l. error. et ibi glo. C. de Iu. et fac. igno.

d. toto tit. ff. C. decre. & Sex. de Confeß.

e. l. 1. et l. admonendi. ff. de iureiu. et ĩ. de iureiu. per tot. vbi dicam.

f. l. 2. ff. de iureiu.

g. l. manifestæ. ff. eo. tit.

h. in d. l. admonendi. & toto tit. Cod. de reb. cre. & iure. & ĩ. de iure. vbi nos pariter dicemus.

i. glo. in c. manifesta. 2. quæst. 1.

k. maximè per Cano. in c. euidentia. ĩ. de accusa.

l. per glo. in d. c. manifesta.

m. Oldend. in tract. de probat.

n. Panor. in c. quantò. ĩ. de præsump.

o. hoc exemplum habes in l. si chirographum. ff. de probat.

non tamen necessariò hoc pro iure constituit: ideoq; potest actor aduersus talem præsumptionem probare, debitum non esse solutum. Sic p alibi, quicqd vxor quæsiuit, præsumit Lex etiam haberè à marito, non tamen præcipit, vt hoc pro necessario habeatur: itaq; contra talem præsumptionem licitum est con-
35. trarium ꝓbare, q etiamsi sit violenta. † Altera verò species dicitur *præsumptio Iuris & de Iure*, quam scilicet inducunt, & pro iure habendam ꝑcipiunt: vt periurum præsumunt leges semꝑ peieraturum, & ob id eum, q semel conuictus est periurij, nūq̄ admittendum esse ad dicendum testimonium r statuunt. Et aduersus talem ꝑsumptionem regulariter non admittitut ꝓbatio, exceptis qbusdam specialib9 modis, q s alibi recensentur.
36. † Porrò *hominis siue iudicis præsumptio* dicitur, quando iudex ex qbusdam coniecturis aliqd vel ꝓ quopiam, vel contra quempiam, vel in aliqua causa colligit, cùm ius specificè non ꝑsumit. Hanc hominis ꝑsumptionem Dd. diuidunt in temerariam, ꝓ-
37. babilem, & necessariam. † *Temerariam* intelligunt, quę ex mera suspitione otitur, nec vllis indicijs rei gestę inhęret: vt si quis contendat, Titium nonnihil moliri aduers9 Principem suum, qa sit paulò popularior: t talis præsumptio nullam parit iustā ꝓ-
38. bationem. † *Probabilis est*, quę cùm rei gestæ indicijs insistat, ꝑ se tamen non plenè ꝓbat, sed inducit solùm quandam credulitatem: vt verisimile est, Gretam non esse virginem, quia sæpenumerò cum Scholaribus per syluas sola vagatur. Hæc tamen coniectura siue præsumptio non est tantæ vis & efficaciæ, quin contrarium doceri possit. Si tamen talis coniectura vnius testis dicto, vel alia semiplena probatione iuuetur, u plenam fidē
39. inducit. † *Necessaria verò dicitur*, quæ talibus indicijs innititur, vt id, quod asseritur, necessariò indè sequatur: vt si quis ita ꝓbet vxoris suæ fornicationem, quia cùm per annum ab ea absuerat, rediens inuenerit eam prægnantem. Huius ꝑsumptionis exemplum edidit quoq; Salomon rex x inter duas mulieres de infante contendentes, vtrius filius esset. nam verā matrem naturæ ratio compulit, vt pueri diuisionem depcaretur, cùm altera mulier, q̄ mater non erat, facilè consensisset. Hanc ꝑsumptionem plerique *violentam*, item *vehementem*, & *apertam* nominant, y & secundum eā posse pronunciari tradunt. atque huc talis præsumptio quoque pertinet, quia plenam probationem
40. inducit. † Interim tamen verum est, quod z alibi Panormitait, hanc præsumptionem hominis non ex præscripto certarum regularum tractari posse, sed iudici, tanquam bono viro, eam relinqui iudicandam, an leuis, probabilis, vel violenta sit. a Nam nulla est circumstantia loci, temporis, personæ, vel rei, quæ non aliquandò nobis occasionem præbeat aliquid præsumendi. Itaque ad iudicem pertinet, qui vir bonus esse debet, incorrupto animi iudicio considerare qualitates, potentias, & circumstantias coniecturarum, ac secundum illas iudicare

p. In l. Q. Mutius ff. de dona. in. vi. et vxo.
q. iuxta glo. in c. venerabilis. 35. q. 3.
r. c. testimonium ſ. de test.
s. vide Feli. in c. quanto. ſ. de præsump.
t. c. 1. 2. quæst. 1. & c. oues. 6. quæst. 1.
u. c. illud. ſ. de præsump.
x. c. 1. et 2. ſ. de præsumpt.
y. c. dixit dominus. 32. quæst. 1.
z. in d. c. quanto.
a. c. in omnibus. distinct. 81. et vide Dd. passim in locis ſ. citatis, maxime in tit. ſ. de proba. & præsumpt. & ſ. de præsump.

iudicare earundem effectus atq; officia. Interdum enim tàm
propè videbit eas ad neceſſariam veritatis rationem accedere,
vt plenam mereantur fidem, probentq; id, quod ſecundum eas
aſſeritur: quo caſu rectè ad plenæ probationis ſpecies referun-
tur. Interdum verò ex cauſis emergere eas intelliget, quæ
veræ quidem eſſe poſſunt, ſed interim in diuerſum collectis re-
rum argumentis facilè ſubuertuntur, ac cedunt. Itaq; ea ſpe-
cie non probant plenè, licet mouere nonnihil ſoleant animum
Iudicis.[b] † Adde etiam ſeptimam plenè ꝓbandi ſpeciem, nem- 41.
pe *communem opinionem*. Dicitur autem *communis opinio* multorũ
conſenſus ex longa obſeruatione alicuius rei ortus: qualis eſt
conſuetudinis inſolitæ obſeruatio. Hæc igitur communis opi-
nio firmiſſimam p̄bet probationem, ſi talis eſt, [b] vt eius obſerua
tio excedat hominum memoriam. † Hac autem præcipuè pro- 42.
bantur priuilegia, conſuetudines, ſeruitutes, immunitates, p̄-
ſcriptiones, [c] atq; id genus alia. † Habet autem hæc probatio- 43.
nis ſpecies illud ſingulare, quod in ea admittatur depoſitio te-
ſtium de auditu: videlicet, vt teſtificentur, neque ſe, neque ali-
ós in ea vicinia vnquàm audiuiſſe, aliter ſe hanc vel illam rem
habere, quàm propoſitum ſit. Nec tamen aliter talis probatio
obtinet, niſi in iure expreſſum ſit, [d] quod huiuſmodi præſcri-
ptio, cuius non extat memoria, in ea re probanda, de qua con-
trouertitur, admitti debeat. & hactenus quidem de priori legi-
timæ ſiue plenæ probationis genere. † Cæterùm alterum gen9 44.
probationis eſt *ſemiplena, ſeu imperfecta probatio*, quæ ſic dicitur,
quia in cauſis & negocijs iudiciarijs præſtat aliqualem & ſemi-
plenam fidem, ſed non tantam, vt ex ea ſola iudex in hanc par-
tem ad ferendam ſententiam moueri poſsit. & hæc ſub ſe pari-
ter ſuas ſpecies complectitur: quales ſunt, dictum vnius teſtis,
fama, comparatio literarum, ſcriptura priuata, & præſumptio
veriſimilis, ſiue probabilis. † Prima igitur ſpecies ſemiplenæ 45.
probationis eſt *dictum vnius teſtis*, qui communi opinione ha-
betur vir bonus, ita vt eius fides non poſsit legitimè impugna-
ri. Is enim ſiue pro actore, ſiue pro reo teſtimonium dixerit,
plenè non probat, propterea quod leges [e] ſtatuunt, vnius te-
ſtis fidem in nulla re probanda ſufficere ſolam, etiamſi magna
dignitate emineat. Et adparet, hoc non legibus Romanis pri-
mum eſſe ſancitum, ſed apud Gentes ita ſemper obſeruatū fu-
iſſe: nam Græco prouerbio, *εἷς ἀνὴρ, οὐδεὶς ἀνὴρ*, vnus vir, nullus
eſſe dicitur: & in [f] Canone admonemur, quod vnius teſtimo-
nium nec iuſtificet, nec condemnet: veruntamen ſemiplenam
inducit [g] probationem. † Ideoque regulariter permittunt leges 46.
ea ſpecie illi, qui ita ſemiplenè probauit, iuramentum defer-
re, id quod vulgò *ſupplementum ſemiplenæ probationis* [h] nun-
cupant. Sunt tamen multi caſus, in quibus talis delatio iu-
ramenti impermiſſa eſt, quos [i] ſuis locis Interp̄tes recenſent.
† Secunda ſpecies ſemiplenè probandi eſt *fama*. Differunt au- 47.
tem in-

b. l. ſi arbiter. ff. de probat.

c. exemplum habes in l. in ſumma. §. apud Labeonem. ff. de aq. plu. arcen.

d. arg. c. quid per nouale. ĩ. de verb. ſig. & c. vlt. de priuile.

e. l. Iuriſiurandi. C. de teſti. c. licet. ĩ. eo. tit.

f. c. admonere. 3. quæſt. 2.

g. glo. in l. admonendi. Ibi Lanfran. col. 11. ver. venio ad tertium. ff. de iure. Deci. hic ad finem rub.

h. vt traditur in l. ſi duo. & d. l. admonendi ff. de iureiu.

i. in d. l. admonendi. vbi etiam Lanfran. col. 19.

tem inter se fama & rumor. *Fama* enim est sermo vulgatus, à certis autoribus aliqua de re in vulgum sparsus: *Rumor* verò dicitur sermo aliqua de re vulgatus, cuius autores ignorantur, cuiusmodi sermones multi temporibus belli spargi solent, vt in prouerbium abierit, *Multa in bellis esse inania.* Iam verò [k] iura constituunt, quòd constans fama plus fidei præstet, quàm vnius testis assertio: per eam verò solam non inducatur plena ꝓbatio, nisi accedat aliquis testis fide dignus. Per rumorem verò solùm fit suspitio, & temeraria quædam præsumptio: [l] nulla autem rei euidentia indè colligi potest. Sunt tamen plęriq; casus, in quibus fama etiam plenam fidem facit, qui [m] alibi à Doctoribus referuntur. Cæterùm in criminalibus, vbi plerũque de vita hominis, re omnium maxima agitur, nullam fidem præstat fama, ne semiplenam quidem, cùm ibi [n] probationes
48. luce meridiana clariores esse debeant. † Tertia species est *comparatio literarum*, ad quam tùm demum deuenitur, quando aliæ probationes deficiunt. Est enim *comparatio literarum* [o] remedium subsidiarium inquirendæ veritatis. Nam si alter litigantium proferat scripturam aliquam, alter verò, qui autor scripturæ asseritur, neget se scripsisse, iam res fit dubia & suspecta: itaq; si aliter de veritate constare non posit, ad comparationem literarum confugiendum est, vt scilicet ꝓlatæ scripturæ collatio fiat cum alia scriptura eius, qui scripsisse dicitur, vt sic visis & expensis literarum characteribus adparere posit, isnè scripserit, an minus: ex [p] eo enim sequitur veritas, vel falsitas scripturæ, quæ ꝓducitur. Nisi autem omnibus numeris, ac ꝑ omnia similitudo literarum reperiatur, talis collatio nihil prodest, ꝗ vtcunq; ꝑ maiori parte similes existant characteres. Potest [q] quoq, iudex compellere eum, qui scripturæ autor asseritur, vt propria manu aliquid scribat, vt sic ex tali scriptione comparationem facere posit. Verùm talis collatio non multam fidem facit, cùm tractu temporis sæpè mutari soleat scri-
49. bendi qualitas. † Porrò variæ sunt scripturæ, ad quas fieri potest huiusmodi comparatio, vt ex ipsa accipiatur similitudo cũ scriptura in iudicium prolata, de cuius fide dubitatur. Primum scriptura priuata fulcita trium testium [s] subscriptione. Deindè cũ scriptura aduersarij, quam ipsemet in iudicio producit, nullam subscriptionem testium habente rectè fit [t] collatio. Ex quo enim aduersarius in iudicio tali scriptura vtitur, videtur eam approbare, & asseuerare veram esse: meritò igitur altera cum ea comparari poterit. Tertiò instrumentum [u] publicum primi autoris, quod testes in eo descripti validum esse testantur, comparationem admittit. Quartò scriptura apud magistratum vel iudicem, ipsius autoritate confirmata: item & scriptura, quæ ex archiuo, siue loco, vbi publicè instrumenta reponi, conseruariquè solent,
50. ad comparationem faciendam idonea est. † Quarta species semiple-

k. glo. in c. si testes. §. sæpè. 4. q. 3. in verbo. fama. glo. in l. 3. §. eiusdem quoq. ff. de testi. & c. 1. j. de appel. Cy. in l. proprietatis. C. de probat.

l. glo fin. in c. super eod. j. de eo qui cog. consan. vxo. suæ.

m in d. l. admonendi. vbi vide etiam Lanfran. col 13. ver. excipiuntur tamen. & Sali. in l. ea quidem. C. de accusa.

n. l. sciãt cuncti. C. de probat.

o. Ange. in glo. §. si quis igitur. Nouel. de Instrum. cau. et fi.

p. ita tractatur in l. comparationes. et in auth. at si contractg. C. de fi. instru.

q. tex. est singularis in d. § si quis igitur.

r. Ita tradit Ang. in iam allegato. §. si quis igitur.

s. Dd. in d. l. comparationes.

t. auth. ad hæc. C. de fi. instru.

u. vide de his omnib. Dd. in d. l. comparationes. & in l. nuda ratio. C. de donat. Lanfran. in c. quoniam contra. ver. pulchra materia. j. hoc tit.

semiplenæ probationis est, *scriptura priuata*. Et ne impingas, scire conuenit, Legisperitos bifariam de priuatis scripturis loqui: quædam enim dicitur *Apocha*, alia *codex* siue *liber rationum*, y quem vnusquisque sibi confecit: alia denique *epistola*, quæ ad absentes mitti solet. † Quod ad Apocham pertinet, (quæ est 51. Græca vox, latinè receptio, vulgò Quietantia dicta) ad cognoscendum, quam fidem faciat, distinguendi sunt sequentes casus. Primum si is, contra quem producitur apocha, confiteatur se eam scripsisse propria manu, vel aliàs subscriptione partium aut testium munita sit, & ab eisdem approbata, z plenam fidem meretur. Deindè si apocha solam præsentiam testium sine subscriptione habeat, & testes deponant, se vidisse, quod contrahentes talem apocham confecerint, putat a Bartolus, hanc solam depositionem testium semiplenam tantùm probationem inducere: nisi etiam comparatio literarũ accedat, & tunc plenè probet, cui b Angelus, c Baldus, & plerique alij subscribunt. Receptior tamen est opinio, d talem scripturam etiam sine collatione literarum plenè probare. Tertiò si apocha simpliciter vel per testes, vel per solam literarũ comparationem confirmetur sine alio adminiculo, semiplenam fidem præstat: quod si producatur nullo adminiculo suffulta, nec subscriptione partium, vel testium, nec comparatione literarum, e tum præsumptionem quidem aliquam inducit, semiplenè tamen non probat. Quod porrò dictum est, apocham tum demùm plenam fidem facere, si partium, testiumúe subscriptione vallata sit: hoc non indistinctè verum est. f quia si agatur de obligatione debitoris, satis est, si idem se subscribat, nec desideratur creditoris subscriptio: rursus in solutione facta per debitorẽ sufficit creditoris subscriptio: atq; ita consuetudo Germaniæ obseruat.

† Nunc de libris priuatis rationũ videamus, quales apud nos 52. mercatores conficere solent. Et g Bartolus, quem cæteri communiter sequuntur, hanc tradit regulam, Quod scripta negociatorum priuata iure communi Romano, quo vtimur, non probent pro eo, qui scripsit, vel scribi mandauit, sed contra eum probent. Exemplo enim perniciosum est, vt ei scripturæ credatur, qua vnusquisque sibi annotatione propria debitorem constituit. Vnde neq; fiscum, neque alium quemlibet suis subnotationibus debiti probationem præbere oportet. Exceptiones tamen aliquot colligunt h Interpretes, præsertim Iason, ad quem Iuris studiosum remitto. † Cæterum *epistola*, q̃ 53. absens mittit absenti, si is, qui eius autor asseritur, eam se scripsisse fateatur, plenè probat aduersus scribentem. Idem iuris est, si alius scripserit, sigillo tamen mittentis fulcita sit, nam & tùm plenam fidem i inducit. † Sigillum enim indubitatum 54. multum operatur ad faciendã scripturam k indubitatam. Quod si epistola careat sigillo, nihil probat: nisi comparatione literarum adiuuetur, eaq; facta omninò similitudo appareat, l tùm enim iu-

x. de qua loquitur l. apochis C. de fi. instr. et auth. si quis vult. C. qui po. in pig. hab.
y. l. si quis ex argenta. §. edi. C. de eden.
z. l. Publia. in fi. ff. De pos. l. scripturas. C. qui pot. in pig. hab.
a. in d. l. admonendi.
b. Ibidem, et in d. l. comparationes.
c. In auth. sed nouo iure. C. si cer. pet.
d. Iuxta Ioan. de Imo. et Lud. Roma. in d. l. nuda ratio. & Cano. in c. 2. ꝟ. de fi. instru.
e. glo. singula. in §. si tamen quisquam. Nouel. de instru. cau & fi. tex. c. 2. et quæ ibi not. ꝟ. de fi. instru. & Ias. in d. l. admonendi. nu. 89. & 90.
f. Lanfran. d. l. admonendi.
g. in l. quædam sunt ff. de eden. per l. exemplo C. de probat.
h. præsertim Bart. & Ias. in d. l. admonendi. nu. 110.
i. l. si contra per calumniam. C. de epi. & cler.
k. Bald. l. In bonæ fidei. C. de reb. cre & iure. Specul. tit. de probat. §. fin. ver. 10.
l. Bart. d. l. admonendi. & d. l. nuda ratio. Butr. & Imo. d. c. 2. ꝟ. de fi. instru.

55. enim iustam probationem facit. † Vltima species semiplenè probandi est *ex præsumptionibus* siue *coniecturis*, quæ cùm gestæ rei indicijs inhæreant, per se tamen non plenè probant, sed inducunt solùm quandam credulitatem: vnde verisimiles, vel probabiles dicuntur, de quibus suprà quoq; diximus. Huius exemplum est etiam in fuga, [m] quę magnam suspicionē pariat aduersus fugientem, non tamen plenè probat nondum cognita re ipsa. † Et hæc de vtriusq; tam plenæ, quàm semi-
56. plenæ probationis speciebus dicta sint. Interim in probationum materia velut pro coronide obseruentur sequentes theses. Prima: Duæ semiplenæ probationes simul coniunctæ faci-
57. unt [n] plenam. Secunda: Sub nomine probationis regulariter plena probatio [o] continetur. Vnde si in statuto, vel alia dispositione diceretur, qualemcunq; probationem sufficere, ea verba de plena & idonea probatione intelligenda esse, [p] Bartolus, Baldus, & [q] Salicetus censuêre: nisi in tali materia versaremur, in qua semiplenè probare satis sit, tùm enim secundum
58. subiectam materiam probatio [r] acciperetur. † Tertia: Appellatione probationis veram & propriam probationem intelligimus, [s] quæ scilicet fit testibus aut instrumentis, non quæ ex præsumptionibus [t] vel coniecturis: quod tamen de ijs coniecturis accipiendum est, quæ in iudicantis arbitrio consistunt, secus in præsumptionibus à iure probatis: tales enim veris & legitimis probationibus æquipollere suprà dictum est. Vnde vulgò dicimus, [u] iuris præsumptiones esse liquidissimas probationes. † Quarta: Probatio quæ ex diuersis probatio-
59. num speciebus resultat, & plena efficitur, non propriè probatio dicitur, [x] sed præsumpta. † Quinta: Non debet quis
60. ad probandum admitti, quod probatum eius causam non [y] adiuuat: vt si quis probaturus aliquem esse seruum, loco articuli probatorij poneret, quod mater eius in seruitute fuerit, non est admittendus ad illud probandum, cùm etsi hoc probatum sit, inde tamen non sequatur, eum esse seruum: [z] quia ex manumissione possit esse liber ex matre serua natus. Sexta: Probandi facultas non est coarctanda siue angustanda, [a] sed potius amplianda: atque ita imperatores quandoq; [b] rescripserunt. Possent & alia hic congeri, sed ista ad rubricam dicta sufficiant.

*

m. *vt tractatur in auth. si verò. C. vt om. Iud. tam ciui. quam mil. & in l. quis sit fugitiuus §. idem ait. ff. de ædil. edi. Nouel. de colla.*

n. *l. excusatur. §. ætas. et ibi glo. ff. de excus. tut. Alex. in consil. 19. & 21. vo. 1. et consil. 29. col. 1. vol. 2.*

o. *Bal. c. 1. In prin. si de inuest. in. do. et vas. et not. in l. Lucius. ff. de cond. & demon.*

p. *l. etsi instrumenta. C. de fi. instru.*

q. *vterq; in l. 1. C. eo. tit.*

r. *Bal. in l. peremptorias. col. vlt. vers. et adde. C. sent. resc. nō pos. & Bar. in consil. ad reprimend. col. vl.*

s. *c. forus. §. causa. ff. de verb. signi.*

t. *tex. in l. 1 ff. si tabu. test. nul. ext.*

u. *l. licet Imp. ff. de leg. 1. l. si quis locuples. 1. ff. de manu. testa.*

x. *Deci. hic ad finē.*

y. *glo. c. cùm contingat. ver. nihilominus ff. de offi. deleg.*

z. *l. ad probationem C. de probatio.*

a *l. pen. in fi. & ibi glo. in verbo. angustetur. vers. et facit. C. de hære. & Manich.*

b. *in l. generaliter. C. de iureiu. & in l. quoniam. C. de hæreti.*

GREGORIVS IX. TANCREDO Regi Vinceſtriæ.

CAPVT I.

Ex epiſtolæ verbis: & infrà. Tua excellentia poſtulauit, vt imperatori ſcriberem, quatenus pacta in chartophylacio requireret, quæ dudum inter Iuſtinianum principem & prædeceſſores tuos fuerunt emiſſa, vt ex his colligeret, quod tibi ſeruare deberet. Sed ad hoc faciendum vehementer obſtitit: quia nulli dicendum eſt, ea quæ contra te ſunt, apud temetipſum debes documenta requirere, in mediumq́; proferre.

Summæ rerum.

1. *Princeps ex contractu inito obligatur.*
2. *Princeps ciuilibus tantùm legibus ſolutus eſt, non etiam naturalibus aut gentium.*
3. 5. *Princeps an naturaliter tantùm, vel etiam ciuiliter obligetur.*
4. *Ex contractu principis etiam eius ſucceſſores tenentur.*
6. *In editionis materia quatuor diſtincta capita.*
7. *De perſonis, quæ ad edendum cogi poßunt.*
8. *Reus non tenetur edere actori ad fundandam ſuam intentionem.*
9. *Cur lex poſitionibus reſponderi iubeat.*
10. *Poſitiones conſuetudine magis, quàm iure introducta.*
11. *Poſitiones qua ratione in vſum recepta.*
12. *Caſus, in quibus actori tenetur reus edere propria inſtrumenta.*
13. *Vſurarius an & quandò teneatur edere actori.*
14. 26. *Quicunq; ex officio ſuo deſcribunt aliquid, tenentur edere.*
15. *Argentarij, argentariam facere.*
16. *Numularij, campſores, collybiſta, trapezita.*
17. *Iudex poteſt reum ex officio cogere ad edendum.*
18. 19. *Actor fundata iam aliquo modo intentione ſua reum ad edendum cogere poteſt.*
20. *Reus pro ſe inſtrumentum in iudicio proferens, illud actori petenti tenetur edere.*
21. 23. *An actor reo edere teneatur ad fundandam eius exceptionem.*
22. *Rationum appellatio omne genus ſcripti continet.*
24. *Poſitioni criminoſa non tenetur quis reſpondere.*

25. An ter-

1. Ex hac Decretali circa petitionem regis Vinceſtriæ, cũ primis colligunt interpretes, † principem ex contractu,quem cũ aliquo,etiam ſuo ſubdito inijt,obligari, & ad illius obſeruationem adſtringi: & hoc dogma verum eſſe, extra pugnam eſt. In contractibus enim cùm æqualitas mutua inter contrahentes eſſe debeat, [a] & principem communi iure vti oportere, conſequens eſt. Neq; aduerſatur,quod [b] Vlpianus alibi ſcribit,prin-
2. *cipem legibus ſolutum eſſe*: † quoniam hoc ad leges ciuiles ac ſolennes coërcendum eſt, his enim legibus princeps non eſt obnoxius: id eſt, non obligatur teſtando ad obſeruationem teſtamentariam. nec iudicando ad iudiciariam, nec ſtatuendo ad legitimam: has enim ſolennitates & formas intermittere poteſt princeps, à dictamine verò rationis, à diuinis,naturalibus, aut gentium legibus nunquam ſoluitur princeps ſine iuſtiori cauſa,vt grauiter admodum præ ceteris Mar. [c] Salomonius ad prædictum Vlpiani reſponſum annotat atq; demonſtrat. Sed nec conuentionum, ſiue contractuum legibus Princeps ſolutus [d] eſt,quæ iuris gentium ſunt, naturaliq; ratione conſiſtunt: adeò vt nec de poteſtate abſoluta contractibus valeat contrauenire, ab eis recedere, vel eos vlla ex parte violare,id quod [e] Caſtrenſis, [f] Baldus, & nouiſſimè [g] Zaſius graphicè docent. Quis enim cum principe vnquam contraheret, ſi illi reſilire cum alterius iactura impunè liceret? Hinc tradidit [h] Baldus,omnes contractus, qui à Principe fiunt,naturam contractuum bonæ fidei habere,id eſt,recipere largam interpretationem ex bono & æquo. Ceſſent ergo impuri illi Gnatones aulici occinere principum auribus, principem omnia poſſe, eiuſq; libidinem & voluntatem pro legibus habendam. Non enim princeps eſt honeſti iuſtiq; regula ſolutus, ſed honeſti iuſtiq; miniſter, ac ipſius iuris cuſtos, & conſeruator: [i] qui quam primùm à recto deſciſcit, non rex, non princeps, ſed Tyrannus appellari debet. Ciuilibus

a. Bal. in l. ex imperfecto. ad fi. C. de test. Zaſ. pulchrè in l. 2. §. eodem tempore. nu. 21. ff. de orig. iu.

b. l. princeps. ff. de legi.

c in enarratione d. l. princeps.

d. vt hîc in tex. noſt.

e. in l. digna vox. C. de legi.

f. c. 1. §. ad hæc. col. 5. ver. item nota ex glo. de pa. iura. fir.

g conſil. 10. nu. 5. lib. 2. vbi multa de hoc.

h. c. 1. §. ſi quis verò. in prin. de pac. conſtan.

i. Auguſt. lib. 2 de ciuit. dei cap. 20.

libus itaq; legibus, & scripto iure princeps [k] solutus est: cæterùm legibus naturæ, iustitiæ & honestatis, [l] itemq; conuentionum ac contractuum, perinde obligatur princeps, sicut quicunq; priuatus. † Qua tamen obligatione princeps ad contractuum obseruationem adstringatur, naturaline tantùm, an etiam ciuili, variarūt Dd: in hoc tamē frequentius [m] itantes, quod existiment, principem naturaliter tantum obligari, sed hanc naturalem obligationem istum habere effectum, vt actionem pariat. Quare [n] Deci⁹, *princeps*, inquit, *remanet quidem in terminis iuris gentium, ex sola tamen naturali obligatione conueniri potest* † Et talem obligationem non modò in persona ipsius principis, sed etiam successoris effectum agendi operari [p] volunt, si modò contractus sub dignitatis nomine celebratus fuerit. † Ego verò putârim defendi posse, principem vtraq; & naturali & ciuili obligatione teneri ad obseruationem suorum contractuum. Primùm, quia in contractibus debet esse æqualitas: quemadmodum ergo contrahens cum principe & naturaliter & ciuiliter ei fit obnoxius, ita par est, principem mutuò illi [q] obstringi. Deinde, quia si princeps contractum ineat cum aliquo, illum non vt princeps, sed tanq̃ priuatus inire censetur, cùm omnibus facultas contrahendi communis sit: ad instar ergo priuati vtroq; modo obligatur. Deniq; ꝓbant hanc sententiam Vlpianus [r] & Paulus, tradentes principem adeundo hæreditatē perinde obligari, sicut quemlibet alium. huiusmodi autem obligationem, quę ex hæreditatis aditione nascitur, [s] totā ciuilem esse ex Bartolo constat. Postremò idem conuincit [t] Iustiniani constitutio, in qua actio aduersus principem conceditur: ex hoc enim sequitur, principem contrahendo & naturaliter & ciuiliter obligari, cùm sola naturalis non [u] ꝓducat actionem. Et hanc sentētiam si amplectamur, nihil opus erit curiositate illa Doctorum, quasi naturalis obligatio singulari quodam beneficio in principe actionem efficacem pariat: cùm hoc nulla lege nominatim doceatur, & eadem facilitate posit destrui, qua asseritur.

3. (margin, beside "Qua tamen obligatione")
4. (margin, beside "Et talem")
5. (margin, beside "Ego verò")

k. d.l. princeps. l. l.2.§.1. ff. de reb. eo. et d.l. digna vox. et §. vlt. inst. qui. mo. te. inst.

m. Bal. et communiter alij. in l. 1. ff. de pact. et in d. l. princeps. Cano. in c. quæ in ecclesiarum. ſ. de constit.

n. hic, contra Bal. & Areti.

p. Panor hic. per tex & quæ ibi not. in c. quoniam. Abbas. ſ. de offi. deleg

q. ita Bald. et Aret. in d.l. princeps.

r. in l.1 §. vlt. cum l. seq. ff. de offi. procu. Cæs.

s. Bart. in l. ex hoc iure. col. pen. ff. de iusti. & iu.

t. l. bene à Zenone. C. de quadri. præscr.

u. inst. de obliga. in prin.

Iam verò propius ad textum accedentes, quòd ad pontificis repulsionem hic attinet, ea certè mala & iniqua fuisse videtur: ideoq; Dd. hic omnes, textu dissimulato, tenent, in simili edendum actori in negocio communi, vel cum prædecessoribus gesto, sicut Car. ~~Molinęus~~ hic ad Decium annotauit. Quoniam verò editionis materia propria dos est huius primi capitis † nos in ea materia declaranda, vt euidentius pateat, quatuor distincta faciemus capita, primùm de personis tractantes, quæ ad edendum cogi possint: deindè, quibus remedijs editio postuletur: tertiò, de forma edendi, & quomodo ea fieri debeat: quartò & vltimo, quo tempore & loco edendum sit. † Videamus de primo capite, quod pro meliore cognitione discindimus in qua tuor puncta siue membra. primū explicabit, an & quando reus actori obnoxius sit edere: alterum, quandò actor reo: tertium, 6. 7.

quandò

quando tertius quiſpiam teneatur edere: quartùm, quo tempore & loco edendum ſit. In primo puncto hanc obſerua regulam:
8. † Reus non eſt compellendus, vt actori probationes & inſtrumenta ꝓpria in necem ſuam exhibeat. ˣ Non enim ſumenda ſunt arma ex domo aduerſarij, quibus lædatur, ſed actor inſtructus eſſe ʸ debet, & proprias probationes à ſemetipſo ᶻ adferre: ſiquidem (vt carmine prouerbiali dicitur) bis interimitur, qui ſuis armis perit.
9. † Sed cùm hæc ita ſint, ᵃ cur lex poſitionibus reſponderi iubet? nonné reus hoc modo in id adigitur, vt propria voce & indicio ſuo pereat? Et pleriq; aiunt, id tolerari, quia quantùm ad rei confeſsionem actor aliunde inſtructus eſſe non potuit.
10. † Sed ſciendum eſt, poſitiones conſuetudine magis, quàm iure inductas ᵇ fuiſſe: cùm alioqui ᶜ iure ciuili interrogationes ſolùm admittantur inſtruendi iudicij, non litis decidendæ cauſa.
11. † In vſum autem receptæ ſunt poſitiones ea ratione, quod æquum viſum eſt, licere actori, vt periculum de aduerſarij ſui voluntate faceret, an citra alias ꝓbationes, longioremq; moram veritatem confiteri vellet, ᵈ & finem liti imponere. quæ ratio in inſtrumentorum & tabularum editione ceſſat, quæ non ex voluntate aduerſarij, ſed contra inuitum petitur, nec controuerſiæ imponit finem, cùm varijs modis inſtrumenta impugnari, ᵉ ſubuertiq; poſsint: atque ita ᶠ Alciatus rectè tradit.

12. Supradicta tamen regula multas patitur exceptiones. Prima eſt in fiſco agente, eiuſuè procuratore: ᵍ huic enim ſingulari fauore reus inſtrumenta propria edere compellitur ad fundandam eius intentionem. quod tamen obtinet, ſi cauſa ſit ciuilis, quia in criminali reus nullo modo nec fiſco edere ʰ tenetur, ne illud poëticũ exclamet, *Heu patior telis vulnera facta meis.* Item, ſi facultas probandi aliàs difficulter haberi poſsit: quod ad omnes caſus, in quibus contra regulam reus edere adſtringitur, accommodandũ eſſe ⁱ Panormi. Decioq; placuit. Quod autem de fiſco diximus, hoc idem in his locum ſibi vendicat, qui fiſco comparantur: qualis eſt eccleſia, ᵏ matrimonium: nam huius fauore reus illi edere obſtringitur, qui matrimonium propugnat ac defendit, licet in impugnante matrimonium ſit ſecus. Item cauſa dotis & ˡ alimentorum: à pari enim procedunt ᵐ dos, alimẽnta & fiſcus. item libertatis: denique ⁿ miſerabiles perſonæ, quarum cauſa fauorabilis ᵒ ac pia iudicatur.

13. Secundò excipitur à prædicta regula vſurarius: ᵖ is enim edere tenetur actori ad fundandam eius intentionem: quod tamen non ſimpliciter verum eſt, ſed ita demum, ſi duo concurrant, & quod is, à quo editio poſtulatur, ſit vſurarius, & quod pro reſtitutione vſurarum ᑫ conueniatur. Nam ſi ex alia cauſa vſuras non contingente dicatur illi iudicium, ad edendum non eſt cogendus: vt ʳ Cardinalis, & Anchoranus cenſuêre, ꝓ-

x. l. 1. & l. qui accuſare C. de eden.
y. l. ſi quando. C. de dila.
z. l. nimis graue. C. de teſtib.
a. c. 1. & 2. de confeſſ. lib. 6.
b. Bart. l. 2. §. 1. C. de iura. prop. cal.
c. l. de ætate. §. qui interrogatq. ibi Bar. ff. de inter. actio.
d. cle. ſæpè. § et quia. de verb. ſigni.
e. Bar. l. nuda. ff. de donat.
f. d. l. 1. C. de eden.
g. l. nec quicquam. ibi Bar. & aly ff. de eden.
h. l. 2. §. diuus. 1. ff. de iure fiſ. Dd. in l. 2. C. de eden. Soci. reg 112. fall. 3.
i. l. vlt. C. de ſacroſan. eccleſ.
k. Io. And. Butr. Panor. hic, idẽ Io. And. in add. ad ſpec. de inſtru. edit. § videndũ. ver. ex præmiſsis.
l. l. 1. ff. ſol. matri. l. hoc legatum. in fi. ff. de cond. & demon.
m. l. 2. C. de priui. fiſ. & l. 2. C. de iu. dot.
n. l. quæ ſint illæ, vide apud Bar. in l. 1. C. quan. Imp. in pup. et vi.
o. Specul. de inſtru. edi. §. nunc aliqua. verſ. & ſcias.
p. cle. 1. §. cæterùm. de vſur.
q. d. cle. 1. ibi, ad exhibendum cum de vſuris agetur.
r. ibidem in d. cle. 1.

batq;

batq; idem [s] Baldus. Prædictam exceptionem [t] pleriq; & ad iudæos vsuram exercentes producunt, cùm & hi [u] vsurarij sint, nec melioris conditionis iudæi esse debeant, quàm ꝓfitentes christianum nomen: præsertim cùm iudæi nedum christianis, sed quibuscunq; infidelibus peiores reputari soleant, [x] maioriq; odio digni sint. Nec impedit, quòd pœna in vsurarios non edentes [y] à Clemente V. constituta, nempe ecclesiastica censura (quæ est sententia interdicti, suspensionis, vel excommunicationis) in iudæos non cadat: quia tametsi talis pœna illis directò non conueniat, per indirectum tamen quadrat, caditq; in ipsos, vt Decius ait, & à pari procedunt indirecta [z] & directa excommunicatio. Supradictam exceptionem etiam ad alias personas odiosas porrigite, quæ comparantur [a] fœneratoribus, vt sunt publicani, [b] nautæ, caupones, stabularij: quamuis enim inter fœneratorem, & huius sortis homines considerari posit quædam diuersitas: satis tamē est similitudinem respectu præsumptionis fraudis, qua de agitur, subesse, vt rectè [c] Decius voluit.

Tertiò excipiuntur à superiori regula, quicunq; ex officio 14.
suo describunt aliquid: quales fuerunt apud Romanos argen-
tarij, [d] item numularij seu mensarij. † *Argentarij* enim Romæ 15.
publica Senatus autoritate maiorem negotiationē exercebant,
ideoq; tabernas in foro habebant conductas. neq; enim per-
mutabant solùm, sed etiam fœnori dabant pecuniam siue pro-
priam, siue aliorum: vnde [e] argentariam facere seu exercere
dicebantur. Dicti etiam sunt [f] *collectarij*: hi quoque ꝑerant au-
ctionibus, id est, venditionibus, quæ in publico solenniter fie-
bant rerum ad supellectilem, vel alios vsus ꝑtinentium. Sed &
contractus apud eos celebrati eorum calendarijs inscribeban-
tur, habebantq; idem officium, quod hodie publicè apud nos
exercent notarij in contractibus describendis extra iudicium.
Ideoquè hanc exceptionem & ad notarios producendam esse,
[g] vulgò obtinuit. Cæterùm *numularij* erant, qui ad instar argen-
tariorum pecuniam tractabant permutando & fœnerando, sed
non publica autoritate: ideoque rationes eorum minoris fidei
& autoritatis erant edendæ, cùm postularentur ab ijs, [h] quorū
causa scriptæ essent. † Sub hac exceptione comꝑhenduntur e- 16.
tiam *campsores & collybistæ*, à pecuniarū ꝑmutatione seu cambio
dicti. *Cambio* enim elegans & antiquū verbum, id ferè signifi-
cat quod ꝑmuto: & per collybon Græci pecuniæ ꝑmutationē
intelligunt, vel potius (vt Pollux ait) *ἀργύριον ἀλλαγὴν*: vnde *lagium*
alij dicunt, deductionem videlicet quandam, quam sibi reti-
nent, vel ob mercedem suam, vel quia sua tantùm intersit pe-
cuniam, quam permutationis vice exhibent, potius retinere
ob monetæ varietatem. Continentur item *trapezitæ* à mensa
sic vocati, omnesquè mercatores nostri seculi, qui alterius cau-
sa scripserunt aliquid. [i] nam rationum suarum codices exhi-
bere te-

s. in c. clerici. vers. sed nunquid. ꝭ. de ui. & ho. cleri.
t. Bal. l. 1. § rationes. in fi. ff. de eden. glo. d. cle. 1. verba cēsura.
u. dist. 19. c. si Romanorū. l. 1. § et generaliter. ff. de lega. præsta.
x. 1. quæst. 1. c. nonnè. fa. c. cum viris. ꝭ. de iud. dist. 54. c. nulla.
y. in d. cle. 1.
z. c. quærēti. de verbo. signi.
a. c. quanto. ꝭ. de priuil. c. post miserabilem. ꝭ. de vsur. vbi etiā iudæi ad vsurarum restitutionem compelluntur.
b. l. 1. § 1. ff. nau. cau. stab. l. quantæ. ff. de publi. et vecti. Bal. l. dissoluta. C. de cond. ex le.
c. Deci. hic.
d. l. quædā. § numularios. et l. argentarij. in prin. et l. prætor ait. § is etiam. ff. de eden.
e. d. l. argentarius. § 1. et l. Stichus. ff. de sta. libe.
f. l. quisquis. C. si cer. peta. Alcia. lib. 4. dispun. cap. 22.
g. in d. l. argentarius. in princi. specu. de instru. edi. § videndū vers. et nota. Bar. in Nouel. de tabellio. in prin. vers. quæro an tabellio. vbi allegat tex. in §. illud. eo. tit. Bal. l. vlt. ad fi. C. de eden.
h. l. quædam sunt. § vlt. ff de eden.
i. Dd. communiter in d. l. 1. C. de eden. et in l. 1. § editiones. ff. eo. tit.

bere tenentur. Imò & quilibet creditor obnoxius est edere rationes,[k] quas non sua tantùm, sed debitoris etiam gratia scripsit.

k. l. non est verum. C. de eden. & vide tit. C. de cohort. lib. 11

17. † Quartò non obtinet præfata regula, quando iudex ex officio cogit reum ad edendum. Iudex enim si intelligat veritatem periclitaturam, nisi subueniat, potest præcipere reo, vt edat actori etiam pro origine suæ petitionis fundanda, præsertim quando ipsi perijsset facultas probandi absque sua culpa: id quod Innocen. Butrius & Imola hic probant, idemq́; [l] Domini Rotæ quandoque secuti sunt. Et ideo [m] Vlpianus *vel ex alia*, inquit, *iusta causa subuenitur*. Hanc tamen exceptionem [n] Felinus & [o] Baldus impugnant.

l. decis. 218. incip. licet pars. in Nouis i idem tradit Alex. in l. vlt. C. de eden.

m. l. 1. in fi. ff. eo.

n. hic num. 12.

o. in l. dissoluiè C. de condic. ex le.

18. † Quintò non procedit regula, vbi actor iam fundata aliquo modo intentione sua, à reo sibi edi postulat ad eandem intentionem coadiuuandam[p] & confirmandam. Facilius enim aliquid conceditur ad confirmationem eius, quod iam fundatum est, quàm si actus vel dispositio inprimis radicari[q] deberet. Vnde si petam à te decem, tenore chirographi tui sigillo confirmati, tu negas scripsisse te, vel inficiaris sigillum: iam rectè petam, vt edas sigillum tuum, vel aliquid scribas manu tua, quod conferatur cum chirographo. Idem obtinet, si petam fundum decem iugerum, tu fatearis fundum deberi, neges autem modum siue mensuram: vel si petam fundum iure dominij, tu fatearis mihi deberi, sed non aliter, nisi ad fruendum. his & similibus casibus si ego actor me ad tua instrumenta referam, cogeris edere.

p. Panor. hic. Bar. Bal. Ang. et alij in d. l. 1. §. editiones et d. l. vlt.

q. fa. tex. in l. Titij. 2. & l. creditor. ff. de actio. emp.

r. d. §. editiones.

s. in l. 1. col. 2. C. vt quæ de aduo. et in c. præsentium ĵ de testibus.

t. in d. l. 1. ca.

19. † Quarè traditum etiam est, reum teneri, vt actori edat ad probandam eius replicationem vel triplicationem: id quod mox suo loco docebimus.

u. l. non est nouum. & l. instrum. & l. vlt. secundum Alex. C. de eden.

20. Sextò, si reus proferat instrumentum in iudicio pro se, illud actori petenti obligatur [r] edere. quod locum habet, etiamsi is, qui vsurus est instrumento, illud tantùm in certis capitulis producat: nam contra producentem probabit etiam ipso inuito, vt [s] Baldus voluit, [t] Alexandro interim reclamante. Et hęc de primo membro dicta sint.

x. ll. iam citatæ.

y. Deci. hic.

z. l. eum seruus. ff. de condi. & demon. l. prætor. §. 1. de eden. l. chartæ. ff. de bono. pos. con. tab. l. emptor. §. Titius. ff. de pac.

21. † In altero membro, an contrà actor reo conuento edere ad fundandam suam exceptionem, seu duplicationem sit obnoxius? hanc serua regulam:[u] Actor tenetur edere instrumenta reo conuento ad fundandam defensionem suam, & excludendam intentionem actoris. Nec aduersatur, quod [x] leges ad probandam hanc regulam à Doctoribus allegatę in rationibus loquantur:

22. † quia [y] rationũ appellatio generalis est, instrumenta, codices & registra, omne denique scripti genus [z] continens. Et propterea [a] Iurisconsulti eam sæpe vocant *instrumentum*, quoniã ratio edita instruat litẽ. Non etiã obsistit, quod in iudicijs seruanda sit [b] æqualitas: nã hoc fallit, vbi leges nominatim contrariũ constitu-

a. l. 1. ff. de fi. instr. l. notionem §. instrumentorum. ff. de verbo. signi.

b. l. fin. C. de frue. & lit. expen. c. non licet. de reg. iu. lib. 6. & l. non debet. ff. eo.

[c] constituunt, vt in nostra specie. † Ideo autem in conclusio- 23.
ne *defensionis* mentionem feci, quia si reus excipiendo referret
quæstionem dominij, vel alicuius famosi criminis, tunc actor
non cogeretur edere instrumenta [d] sua: verbi gratia, tu petis
à me decem: ego assero eam pecuniam tibi solutam esse, refe-
rens me ad librum tuum, certè cogeris librum exhibere. Sin
autem tibi agenti possessorio retinendæ obijciam me esse [e] do-
minum, non concedetur mihi editio. Idem est, si tibi agenti
opponam crimen aliquod, quia non debet actor cogi detegere
turpitudinem suam. † Qua ratione constitutum quoque est, 24.
neminem obligari, vt criminosæ positioni [f] respondeat. Pari
ratione si exceptio non contineat meram defensionem, sed in
se impugnationem complectatur, vt est in exceptione [g] com-
pensationis: item reconuentionis respectu: aut si non exclu-
dat æquitatem petitionis, id est, non perimat debitum, qualis
est exceptio excommunicationis vel banni, & quæuis dilato-
ria: [h] his casibus actor non est cogendus edere. † In tertio 25.
puncto traditur regula negatiua, [i] quòd tertius, cum quo no-
bis non est lis siue iudicium, etsi apud eum reperiantur ratio-
nes vel instrumenta, inuitus tamen edere non cogatur, nisi vo-
luntariè exhibens non sit repellendus. & talis editio ex mera
voluntate proueniens, cuilibet fieri potest. † Hanc autem re- 26.
gulam intellige de priuato homine, qui non describit aliquid
ex officio suo, vt excludas argentarios, tabelliones, & id genus
alios, qui ex officio describere solent: hi enim edere obligan-
tur, etiamsi cum alio sit controuersia. sufficit [k] nanq; postula-
toris interesse. † Quanq̃ in plerisque casibus etiam priuatus 27.
ad edendum adstringatur, vtcunque non cum ipso, sed cum a-
lio lis sit instituta. Quid enim si talis conueniatur, non vt edat
simpliciter, sed pro eo, quod domini interest? [l] sanè ad editio-
nem cogi potest. Quid item si scriptura aliqua apud tertium
reperiatur, quæ ab alio conscripta sit meo mandato? hac spe-
cie tametsi hoc mandatum tertium possessorem non afficiat, [m]
æquum tamen est, vt mihi postulanti editio fiat. Quid deniq;,
si notarius amisisset originale, siue protocollum, illudq; ad ter-
tium peruenisset? certè [n] exhibere tenebitur: quia præmissa re-
gula locum habet, si tertius instrumentum ab ipso protocollo
sumptum habeat, secus si apud eum extet protocollum. † Ap- 28.
pellamus autem protocollum indicem illum, memorialemq;
scripturam, quam sibi notarij in codice aliquo facere solent,
gesti actus substantiam breuiter annotantes, quam extendere
deinde atq; absoluere [o] possint. Amplius ait [p] Baldus, no-
tarium, si amiserit protocollum, agere posse aduersus possesso-
rem instrumenti, vt ipsi edat instrumentum cum die & consule,
vt & alijs deinde notarius edere possit: quod signa. Et hacte-
nus quidem de personis, quæ edere tenentur.

c Alex. in d. l. fin.
d Bal. in l. vlt. C. de eden per l. amplius. ff. rem ra. hab. & l. 2. §. diuus. ι. de iu. fis.
e. iuxta l. quod meo. ff. de acqui. pos.
f. Bart. in l. transactione C. de transac.
g. d l amplius. ff. rē ra. hab.
h. Bal. in d. l. vlt. C. de eden.
i. glo. singul. in l. in fraudem. §. neq; instrumenta. in verbo. edi. & ibi Bar. ff. de iure fis.
k. l argentarius. in prin. ff. de eden.
l. l. 3. §. interdum. ff. ad exhib. l. procurator. C. de eden. glo. in d. l. dissolutè. C. de condic. ex le.
m. tex. elegans in d. l. 3. §. interdum. & Deci. hic num. 60. versi. septimò fallit.
n. Bal. in d. l. vlt. col. 5. vers. vltimò circa materiam. C. de edē. per tex. in l. quædā. §. is autem. et l. prætor. §. si quis seruus. ff. de eden.
o Bar in l. gallus. §. idem credendum ff. de lib. et posth. et Virgli. in §. nihil autem Inst. de testa. ordi.
p. in d. §. idem credēdū. l. si quis ex argent. §. pen. ff. de eden..

Expedi-

29. † Expedito priori capite consequenter videndum est, quo iure siue remedio editio postulari valeat: quo in articulo plures considerari hypotheses possunt, [a] quas Bartolus alibi annotauit. Nobis verò illam speciem prosequi suffecerit, quæ propriè ad materiam tituli de *edendo* pertinet. Et in hac communis est interpretum conclusio, huiusmodi editionem, qua de in præsentiarum loquimur, non iure actionis à principio, sed officio iudicis exigi debere, [b] id est, iudicem inuocandum esse, vt decernat & mandet exhibitionem scripti siue instrumẽti, causa summatim cognita,& delato plerunque iuramento exigenti, quod non calumniæ causa postulet. Et quamuis [c] Alexander contendat, iure actionis potius actionem postulari: priori tamen sententiæ, meo iudicio, leges magis consonant. Sic [d] Vlpianus: *Prætor*,ait, *causa cognita edi iubebo*. Et [e] Paulus, *quædam sunt personæ*, inquit, *quas rationes nobis edere oportet: nec tamen à prætore per hoc edictum compelluntur*. Et paulò post: [f] *non cogitur*, ait, *à prætore per metum actionis in factum rationes edere*. Vides vbiqúe verba ad iudicem referri, non ad partem: ideoqúe dicendum, [g] officium iudicis competere ad editionem exigendã. Porrò non inutilis est hæc disputatio, aut sine fructu, tum propter formam [h] concipiendi libelli, tum etiam, qa si iure actionis deberet fieri editio, ex interpellatione extraiudiciali constitueretur in mora is, à quo postulatur editio: secus si officio

30. [i] iudicis nobili. † Quòd si verò edere iussus à iudice per dolum non obtemperet, sed decretam editionem detrectet aduersario, tum demum conceditur actio in factum ad id, quod interest agentis, instrumenta seu rationes [k] fuisse editas. Neque enim parui referre solet, instrumenta vel alia id genus scripta fuisse edita: quippe cùm postulator causam suam ob hoc amiserit, quòd actionem vel exceptionem ꝓbare non pos-

31. set [l] talibus scriptis. † Aestimatur autem, quanti interfuerit eius, qui editionem exegit respectu tempore decreti prætorij, seu iudicialis. Quare [m] Caius, *is autem*, inquit, *qui in hoc edictum incidit, id præstat, quod interfuit mea rationes edi, cùm decerneretur à prætore, non quòd hodiè interest*: & ideò licet interesse desijt, vel minoris vel pluris interesse cœpit, locum hæc actio non ha-

32. bebit, neque ad augumentum, neque ad deminutionem. † Cum itaqúe hæc duo remedia, & officium iudicis ad postulandam editionem, & in factum actio ad interesse, ordine quodam cõpetant, dubitari sanè potest, an vtrunque remedium vno atque eodem libello comprehendi valeat, vt scilicet petatur decretum editionis à iudice ad edendum rationes, etsi non ediderit, condemnari reum ad id, quanti interest actoris, editionem sibi fuisse factam. Et mihi videtur, cùm ad compendium litis spectet talis cumulatio, nihil obstare, quò minus admittatur: exemplo aliarũ actionũ, quæ cumulari coniungiqúe possunt.

Iam verò propositus ordo exigit, vt de forma edendi dispicia-

a. in l. quædam. in princi. ff de eden. & l. 1. C. eo. tit. & Panor. hic.

b. l. si quis ex argẽt. §. exigitur ff. de edẽ.

c. in l. 1. C. de eden.

d. in d. l. si quis ex argent. § prætor.

e. in l. quædam, in prin. iam dic. tit.

f. eod. tit.

g. per doctrinã glo. in l. si soror. C. de collat. & Bar. in l. 1. C. de cond. ex le. adde etiam l. 1. & 2. C. eo. tit. & tex in l. pen. §. vlt. ff. ad leg. falc.

h. Alex. in d. l. 1. col. 5.

i. l. cùm postulassem. ff. de dam. infe.

k. d. l. si quis ex argent. §. ex hoc edicto. ff de eden.

l. d. l. argentarius §. cum autem de eden.

m in l. vbi exigitur. ff. de eden.

ſpiciamus: qua in re duo inueſtigari ſolent. Primùm an integrum debeat inſtrumentum edi, vel certè partem, qua de agitur, exhibere ſufficiat. Deinde an editio facienda ſit cum die & conſule.

Primum thema [a] Caius iuriſconſ. definit hiſce verbis: *Edi autem ratio ita intelligitur, ſi à capite edatur, nam ratio niſi à capite inſpiciatur, intelligi non poteſt,* ſcilicet vt non totum cuiq; codicem rationum, totaſq; membranas inſpiciendi deſcribendiq; poteſtas fiat, ſed vt ea ſola pars rationum, quæ ad inſtruendum aliquem pertinet, inſpiciatur & deſcribatur. † Hinc traditum 34.
[b] eſt, ceu pro regula, illam inſtrumenti petiti partem tantùm edi debere, quæ ad inſtructionem cauſæ pertinet. Sic etiam ſufficit legatario eam teſtamenti partem edere, in qua legatum [c] continetur. † Prædicta tamen regula tùm obtinet, quando 35.
capitula inſtrumenti ſunt ſeparata, diuerſamque materiam comprehendunt, ſecus ſi connexa ſint, aut de eadem materia loquantur, ita quod ad capitulum, quo de agitur, nònnihil conferant: [d] nam tunc in talibus partibus inſtrumentum integrum exhiberi debet. Sequentia enim non rarò lucem ac declarationem adferunt præcedentibus, [e] & ſæpè etiam illa corrigunt. Quare & legatario omnia edenda eſſe, quæ ad legatum conferunt, etiam inſtitutionem hæredis, ex qua legatum pendet, [f] Alber. Roſatus voluit. † Deinde vera eſt regula, 36.
quando editio fit aduerſario petenti, ſecus ſi inſtrumentum edatur iudici, quia totum exhiberi debet. Sed & leges atque ſtatuta integrè, & ſine deminutione produci debent, non ſolùm cùm iudici, verumetiam cùm parti aduerſæ [g] edenda ſunt: propterea quòd ſtatuta ſunt publica, & ex æquo communia omnibus. [h] Totum tamen volumen ſtatutorum non opus eſt edere.

† In altero themate ita ſtatuendum eſt ex iuriſconſultorum 37.
ſententia, quòd ſi de rationibus loquamur, eæ cum die & conſule ſint edendæ: quoniam accepta & data non aliter poſſunt adparere, niſi dies & conſul [i] edantur. Per conſules enim olim deſignabatur tempus, ſicut nunc per Pontifices. Eſt quoque ratio edenda à capite, vt ſuprà ex Caio retulimus. † Inſtrumen- 38.
ta verò edi poſſunt ſine die & conſule, ſcilicet, quo inſtrumentum conſcriptum eſt, non in quem concepta ſolutio. *Nam dies ſolutionis, ſicut ſumma, eſt pars ſtipulationis,* vt [k] alibi Vlpianus ait: quaſi dicat, cùm tempus adijcitur contractui, tunc plerunque eſt forma contractus, ſicut & diſpoſitionis: ergo edi debet. Ideò autem non eſt edendus dies inſtrumentorum, ne excogitetur aliquis modus per calumniam arguendæ falſitatis [l] ex tempore. Si quis tamen bona fide voluerit ſolenniter accuſare falſitatem inſtrumenti, tunc dies conſcriptionis eſt edendus, id quod poſt Accurſium

Bartolus

a. d. l. Argentarius. §. edi.

b. Bart. & Bal. in l. vlt. C. de pre. imp. offe. Specul. de inſtr. edi. §. videndum. col. 7.

c. Bart. d. §. edi. & l. fin. §. vlt. ff. quemad. teſt. aper. tex c. contingit. ĩ. de fi. inſtru.

d. l. inciuile eſt. & ibi Bal. ff. de legi.

e. l. ſi tibi ff. ſi cer. pet.

f. in d. §. edi.

g. l. 1. § pen. de eden. Bar. d. §. edi. Idem in rub. ff. de no. ope. nu. verſ. iuxta hoc quæro. per d. c. contingit. ĩ. de fi inſtru.

h. Bar. & Alex. d. rub. de ope. no. nunct.

i. l. 1. §. rationes. de eden.

k. d. l. 1. §. diem autem.

l. l. 2. §. diem autem ff. quem teſt. ape. & l. vlt. C. de fideicom.

39. m Bartolus probat. † Quòd si de actis iudiciarijs edendis quæstio est, ea edi debent cum die & consule tali modo, vt fidem faciant, de quacunque causa loquamur, siue ciuili, siue n criminali.

40. † Porrò ad formam quoque editionis pertinet aliquando, vt eam exigens iuret, quòd non calumniæ causa edi sibi desideret: *ne fortè* (inquit o Vlpian.) *vel superuacuas rationes, vel quas habet, edi sibi postulet, vel vexandi argentarij causa.* Hoc enim cumprimis æstimare debet iudex, quare actor petat editionem, vtrùm instrumenta vel rationes ad eum pertineant. Vnde si dubitationis aliquid incidat in eo, quod actor dicat verum, meritò potest exigi ab ipso iuramentum calumniæ etc. vt & suprà dictum est.

41. † Restat quartum propositæ materiæ caput, nempe, quo tempore, quóque loco edendum sit. Si de tempore quæras, pro regula obserua: Rationes vel instrumenta edenda proferendaque esse in iudicio eo tempore, quo expedire, congruumque esse videtur ad fundandam intentionem, exceptionem vel replicationem: modò id fiat post litem contestatam, p & non ante. Nam etsi editio instrumenti ante ceptum iudicium facta sit, non tamen fidem præstet, nisi lite contestata instrumentum rursus iudicialiter producatur: sicque q Pontanus ex facto consultus respondit. & parti quoque petenti dilati contradicendi causa r conceditur. Quod tum procedit, si instrumenti editio ad effectum probationis fiat, secus si petatur edi in eum finem, vt quis deliberare possit. talis enim editio præparationem respiciens mox in exordio fieri debet, priusquam acceptum sit iudicium. Exemplum sumi potest in fisco, & ijs, qui fisco comparantur, quibus editur à reo ad originem suæ petitionis fundandam. Hi enim mox à principio postulare possunt editionem, s vt cognoscant, an inde fundari possit ipsorum intentio. Aliud exemplum est, quando instrumentum petitur ratione dominij: nam ante litem ceptam peti potest, vt instrumentum exhibeatur, quia exhibitio præparat, t viamque struit rei vendicationi. Innocentius adfert adhuc aliud exemplum non inelegans: vt si agens in libello mentionem faciat alicuius instrumenti, putà quia reum sibi dicat obligatum ex causa mutui ad decem ex tali instrumento: hac specie rectè eius editionem postulabit reus, vt deliberare possit, an cedere velit, aut contendere. Hoc exemplum commentatores vulgò probant, cum hac tamen mica salis, si actor facultatem edendi habeat, & verisimile sit, aduersarium ignorare tenorem instrumenti. Nam si vel non possit edere actor, vel reus à seipso præsumatur instructus, non differetur iudicium, sed vlterius procedendum u erit.

m. in d. §. diem autem. & fa. l. optimā. C. de contra. stip.
n. Bar. d. l. 2. §. diē autem. et in l. exemplum. ff. de eden.
o. in sæpè d. l. si quis ex argent. §. exigitur.
p. glo. & ibi Bal. in l. 1. §. edenda. ff. de edend.
q. consil. 156. et consil. 322. idē tenet. Butr. hic. col. pen.
r. per ea quæ no. Dd. in l. 4. §. hoc autem iud. ff. de dam. infe.
s. Panor. hic.
t. l. 1. C. ad exhib.
u. Fell. & Deci. hic num. 64. vers. hoc vlti.

† Porrò si de loco, vbi fieri debeat editio, disputetur, dicendum est, eo loco faciendam editionem, vbi is, qui edere iubetur, exercuit officium. Sic Vlpianus [x] *si argentarius*, inquit, *in alio loco argentariam exerceat, alibi autem ad editionem compellatur, minimè hoc facere cogetur*. Et Baldus [y] dicit, ibi instrumentum à notario edi debere, vbi est à principio confectum. † Addit tamen idem Vlpianus hoc cessare, *si postulator descriptum velit* (sic enim ibi legendum est, non rescriptum, vt Accursius hallucinatur, idq; pro decreto iudicis falsò exponit) *vbi de ea re agitur, ibi dari, suis scilicet* [z] *sumptibus*. hoc enim ipsi indulgendum est, spaciumq; ad proferendas eas tribuendū. Descriptū autem ibi accipit Vlpianus pro copia siue exemplo publico vel priuato, si id petenti sufficiat, nec aliam eius fidem desideret, vel (si ita causæ qualitas exigat) solenniter autoritate magistratus descripto & sigillato: † quod à nostris hodie *vidimus* seu *Transumptum* appellari solet. Et videmus cotidiè ad hoc decerni literas (vt vocant) compulsoriales superiorum iudicum ad inferiores, aut subsidiarias, siue mutui compassus literas à paribus ad pares vel superiores, quibus petant exhiberi transferriq; in authenticam formam tale scriptum publicum vel priuatum. Potest etiam iudex mittere personas idoneas ad locum, vbi extare instrumentum noscitur, quæ videant originalem scripturam, seu autographum, deq; eius substantia & effectu iudici fidem [a] faciant. Et hæc quidem de editionis materia hactenus: siqs verò vberiores hac in re commentarios desiderat, videat quæ Doctores in locis suprà citatis passim tradunt. 42. 43. 44.

x. l. pretor. §. vlt. ff. de eden.

y. per tex. l. 1. et 2. C. vbi in rem ac.

z. in d. §. vlt.

a. vide de hoc Bar. in d. §. vlt. & tex. in c. accepimus. ff. de fi. instru. & l. indices C. eo. tit.

ALEXANDER III.

CAPVT II.

Sicut consuetudo laudabilis: & infrà. Sanè quoniam apud vos consuètum esse didicimus, vt cum aliquis intentionem suam [a] fundauerit instrumentis, aut testibus, ei [b] sacramentum nihilominus deferatur, quod si subire [c] noluerit, fides probationibus non habetur. Nos ([d] cùm tunc demum ad huiusmodi sit suffragium recurrendum, cùm aliæ legitimæ probationes deesse noscuntur) talem consuetudinem reprobamus.

Summæ

Summæ rerum.

1. *Consuetudo, quòd plenè probans oneretur iuramento, iure non valet: & de qua plena probatione hoc sit accipiendum, nu. 6.*
2. *Quocunq; modo quis plenè probauerit.*
3. *Statutum, quod plenè probanti iuramentum iniungit est iure nullum: & nu. 6.*
4. *Actor quando dicatur fundare intentionem suam.*
5. *Habens pro se regulam, transfert onus probandi in aduersarium.*
7. *Plena probatio est, quæ suppletione non indiget.*
8. *Iuramentum quare sacramentum dicatur, & quid amplius significet.*
9. *Iuramentum licitè recusatur, quando quis plenè probauit, siue sit actor, siue reus, & nu. 10.*
11. *Actore nihil probante, an reus ad iurandum cogi possit.*
12. *Themata in hoc cap. à Dd. tractata.*
13. *Consuetudo vel statutum superfluam probationem exigens, an & quatenus valeat.*
14. *Consuetudo legitimationem per instrumentum probari vetans, iure valet.*
15. *Consuetudo, quòd non valeat instrumentum, nisi duo notarij rogatò adsint, valet.*
16. *Consuetudo requirens in testamento tres notarios, valet.*
17. *Consuetudo in dubio non præsumitur rationabilis.*
18. *Allegans consuetudinem, eius qualitatem probare tenetur*
19. *Ad consuetudinis validitatem requiritur, quòd sit rationabilis, & legitimè præscripta.*
20. *Consuetudo vel statutum legitimæ probationi detrahens, an & quatenus valeat.*
21. *Statutum, quòd sola fama plenè probet, valet.*
22. *Consuetudo, quod libris mercatorum credatur, valet: quòd tamen limitatur, vt nu. 23.*
24. *Consuetudo, quòd testes in condendo testimonio possint esse extra conspectum testatoris, non valet.*
25. *Statutum afferens credendum esse testibus ineptam rationem sui dicti allegantibus, iure improbatur.*
26. *Consuetudo indistinctè fidem adhibens testibus de credulitate deponentibus, vel quòd in instrumento omittatur locus & dies, iure reijcitur.*
27. *Consuetudo vel statutum restringens probationem ad certum modum, iure subsistit: fallit tamen, vt nu. 28. 29. 30. 33. & aliquot seq.*
31. *Amißio scripturæ seu instrumenti quomodo probetur.*
32. *Probatio per indicia quando recipiatur.*

Iusiurandum varia sub se comprehendit genera, de quib[a] alibi dicem[9].Hoc autē cap.de iuramēto iudiciali loqui- *a. §. tit. de iureiur. in rubr.*
1. tur,quod probationem controuersiæ respicit, † improbat con- suetudi-

ſuetudinem dictantem, quòd actor plenè ſuam probans intentionem, nihilominus ſacramenti religione eandem affirmare debeat. Huiuſmodi enim conſuetudo tanquam ſuperflua & abſurda, meritò ſubuertitur: tum quia diſſentanea eſt rationi, quæ ſuperflua non [b] admittit: tum quia contra ordinem iudiciorum eſt, cùm actore probante mox reum conuictum condemnandum eſſe abſq; alio adminiculo iura clament: tum etiam quia repugnat legi diuinæ, quæ iuſiurandum ſine cauſa non [c] indulget, & ad faciendam fidem duorum teſtimonio
contenta [d] eſt. † Eſt autem hæc cap. noſtri diſpoſitio ge- 2.
neraliter accipienda, quocunque modo actor intentionem ſuam plenè demonſtrauerit: quia nunquam poterit deferri iuramentum plenè probanti, etſi alijs modis, quàm per teſtes, vel inſtrumenta probatio exiſtat, putà per confeſsionem aduerſarij, vel facti euidentiam, aut violentam coniecturam, quam *præſumptionem iuris & de iure* vulgò vocant, vt ſuprâ ad rubri. diximus: quia vbiq; ratio textui inſerta [e] militat. Nec aduerſatur, quòd in textu de teſtibus & inſtrumẽtis tantùm fit mentio: id enim exempli cauſa factum videtur, conſtatq́; exempla
non reſtringere [f] regulam. † Porrò quod hîc de conſuetu- 3.
dine dicitur, idem producunt interpretes ad leges municipales, [g] quæ legitimè probantem ad huiuſmodi iuramentum ſubeundum adſtringerent.

a **Fundauerit)** id eſt, probauerit plenè & legitimè quo-
cunque modo probandi. † Tum enim actor dicitur funda- 4.
re intentionem ſuam, quando probat id, [h] quod intendit. Sed & ex ſola præſumptione intentio fundata dici [i] poteſt: quia habens præſumptionem pro ſe, ab onere probandi releuatur,
idq́; in aduerſarium [k] transfert. † quemadmodum & is, qui 5.
pro ſe regulam habet, fundata intentione gaudet, grauatq́; ad-
uerſarium probationis onere. † Quanq̃ autem in ſe vera hæc 6.
ſunt, ad præſentem tamen ſpeciem, qua de cap. noſtrum loquitur, non pertinent: quoniam in ea non ſat eſt, intentionem vel ex communi regula, vel ſimplici præſumptione radicari, ſed eam ex iuſta plenaq́; probatione fundatam eſſe oportet. qualis eſt, quæ per teſtes vel inſtrumenta, vel confeſsionem ad-
uerſarij fit: tum enim iuramentum nihil ſupplere poteſt, † cùm 7.
[m] Baldo teſte, plena probatio ſit, quæ ſuppletione non indiget. Sed quando ex communi regula, vel præſumptione intentio fundatur, illa probatio plena iuſtaq; non eſt, eaq; propter ſuppleri per iuriſiurandi venerationem non prohibetur, ceſſatq́; ratio textui noſtro inſerta.

b **Sacramentum)** id eſt, [n] iuſiurandum. † ſic dici ſoli- 8.
tum, quaſi ſacræ rei arctiſsimum vinculum, quod nullo modo ſit ludendum, vt etiam Cicero lib. tertio Offic. grauiter diſputat.

b. l. hac ſtipulatio. §. diuus. ff. vt leg. no. caue.

c. l. etſi Chriſtus. ſ. de iureiu.

d. Deuter. 19. Math. 18. c. in omni. ſ. de teſtib.

e. arg. l. illud. ff. ad le. Aqui. et l. à Titio. ff. de verb. oblig.

f. c. 1. ſ. ne cler. vel mona.

g. Bal. et alij hîc. Roma. in l. admonendi. col. fi. verſ. item an valeat conſue. ff. de iureiu. fa. tex. in l. de quibus. ff. de leg.

h. Panor. hîc.

i. per Deci. hîc.

k. l. generaliter. §. ſi petitum. ff. de fidei-com. liber.

l. per glo. in rub. de reg. iu. lib. 6. in fine.

m. in d. l. admonendi. quæſt. 1. & fa. tex. in c. benè quidem. in prin. 96. diſt. & c. ſi omnia 6. quæſt. 1.

n. ſic etiam accipitur in l. 8. C. de lega. l. 2. §. miles. de his qui no. infa. & l. 14. ff. de his qui. vt indig et l. vlt. ff. de re mili.

disputat. Dicebatur item sacramentum apud veteres ea pecunia, quæ in æde sacra in sportulam reponebatur, quam, qui vicisset, ° lucrabatur. Inde est apud M. Varronem & Cicero. sacramento vincere. Et quia inde ceptum est, ex huiusmodi ære iudicibus honoraria persolui, iudicum sportulæ inde nomen traxerunt. Item principium litis dicitur, cùm fit sponsio, nisi res ita sit. Vnde Vlpianus, *dum in iudicio*, ait, *honor petitur, qui ingressu sacramenti offerri debuit.* Sacramentum etiam dicitur, militare iusiurandum, in quod milites, qui nomina dabant, adigebantur: Græci ὅρκον στρατιωτικὸν ᵖ appellant: quo qui liberabantur, ᑫ sacramento solui dicebantur.

o. Varro lib. 4. de ling. lati. Sex. Fes. lib. 17. Siponti. in 11. epigram.

p. huius fit mentio in l. 8. C. de lega. l. 3. C. Theodos. de immu. concess.

q. l. 2. §. miles. [illegible] de his qui no. infa. l. 14. ff. de his quæ vt indig. et l. vlt. ff. de re milit.

9. c Noluerit) † Licita ergo causa est recusandi iuramentum iudiciale, quando actor aliàs plenè suam intentionem docuit, & meritò quidem. Iuramentum enim tum demum deferendum est, si id necessitas deficientibus alijs probationum adminiculis exigat. Vnde si præter necessitatem iurare quis iubetur, iustam detrectandi causam habet: cùm iurisiurandi religione non vt cibo, sed tanquam condimentis vti oporteat ad
10. necessitatem, iuxta præceptum naturæ. † Prædictum dogma Panor. & ad reum producit, vt si actore nihil prorsus probante reo iurandi conditio deferatur, eam iustè recusare ᵗ possit. Sicut enim actore suam intentionem docente reum condemnari oportet: ita vicissim, si actor nihil probet, aduersarium absol-
11. ui ᵗ æquum est. † Castrensis & Alexander ᵗ contrà reum ad subeundum iuramentum adstringi putant, licet actor nihil probauerit. Manifestæ enim turpitudinis & confessionis est, nolle nec iurare, nec iuramentum referre, inquit alibi ᵘ Paulus. Quod ego tamen verum recipio, si actor mox ab exordio postulauerit, vt vel sibi, vel aduersario deferretur iusiurandum ad explicandam semel totam litem. Nam si actor mox à principio probandi in se prouinciam susceperit, nec probauerit, ea specie reus omninò absolui debet, non attenta iurandi conditione sibi delata. Satis enim absurdum esset, actorem cùm desperauit aliam probationem, tum denuò ad religionem ˣ iurisiurandi conuolare. Et isto casu defendi potest supradicta Panor. assertio.

r. per not. in c. vlt. ĵ. de iureiu.

s. d. c. vlt. et l. qui accusare. C. de eden. Specul. de iur. dela. §. 1.

t. in l. manifestæ. et l. admonendi. & l. iusiurand. §. ait prætor. ff. de iureiu.

u. d. l. manifestæ.

x. l. si quis iusiuran. C. de reb. cred. vide etiam Bart. Soci. con. 134. difficilis, et dubius. et Dd. in d. l. manifestæ.

d Cum tunc demum) Aetiologia est, quamobrẽ pontifex huiusmodi consuetudinem abrogandam esse censuerit.
12. † Porrò huius reprobatæ consuetudinis occasione doctores tria hìc expendere solent: Primùm an consuetudo superfluam probationem exigens, iure subsistat. Deinde num consuetudo legitimæ probationi detrahens, valida sit. Denique quid obtineat, si consuetudo tantùm restringat facultatem probandi ad certum modum: putà vt nulla probatio recipiatur,

 nisi quæ

nisi quę per testes, vel quę ꝑ instrumēta fiat. Nos omisis & re-
sectis superfluis quæ in vtramq; partem disputari possent, hęc
themata certis conclusionibus absoluemus. In primo themate
hanc serues conclusionem: † Consuetudo vel statutum ma- 13.
iorem probationem exigens, quàm ipsum ius, non valet, nisi id
fiat iusta & legitima subsistente causa. Iustam autem causam
Decius putat, si fortè in loco consuetudinis mali ac deprauati
essent homines, quorum malignitati obuiandum y esset: vel si
quid probandum sit contra id, quod est verisimile, quia ea spe-
cie rectè efficacior probatio z exigitur. † Qua ratione a Ol- 14.
dradus consuetudinem valere respondit, quæ legitimationem
per publicum instrumentum probari vetaret: † Et b Baldus 15.
moribus recipi posse dixit, vt non valeat instrumentum, nisi
duo tabelliones rogatò accedant: qualem consuetudinem asse-
rit Parisijs & Pictauij esse: † defenditq; c Decius statutum 16.
Mediolanense, quo cauetur, in quouis testamento rogatos ad-
esse debere tres notarios: quia honestum est occurrere frau-
dibus & malitijs hominum. † Memineris tamen, in dubio 17.
non præsumi, consuetudinem ratione suffultam esse, vel ex iu-
sta causa processisse, nisi id doceatur, vt rectè Panor. docet, A-
retino frustra reclamante. Nam & d alibi pontifex ita demum
consuetudinem recipit, si eam laudabilem esse constiterit. De-
inde quia cùm lex sit iusta e & rationabilis consuetudo, per
quam legi derogatur, eatenus irrationabilis censeri debet, vt
quæ legi iustam causam habenti repugnet, donec causa noua
appareat, ex qua consuetudo contraria iustificetur. Accedat,
quòd f alibi tum demum per consuetudinem iuri scripto de-
rogari traditur, si rationabilis sit, ac legitimè præscripta.
† Qui ergo allegat consuetudinem, eius qualitatem probet 18.
necesse est. Cùm enim, vt iam g diximus, pro regula trada-
tur, consuetudinem non generare præiudicium legi scriptæ,
& à regula excipiatur, nisi rationabilis sit: consequitur eum,
qui se in huiusmodi exceptione fundat, ad eam probandam
h adstringi. † Nec impedit, quòd Areti. scribit, ex diutur- 19.
nitate temporis consuetudinem præsumi rationabilem: quia
solus temporis cursus non præstat robur consuetudini, nisi ra-
tione subnixa esse doceatur. Hæc enim duo coniunctim re-
quiruntur in consuetudine, i & quòd sit rationabilis, & quòd
legitimè fuerit præscripta.

† Alterum thema definiri potest sequenti conclusione: 20.
Consuetudo vel statutum volens quòd probatio imperfecta de
iure communi, pro legitima & plena habeatur, si ex iusta causa
k ꝓcedat, valet. † Qua ratione statuto sanciri posse l Bald⁹ volu- 21.
it, vt in aliquo casu sola fama plenam inducat ꝓbationem. † Et 22.
consuetudo defendi potest, quæ libris mercatorum iustam fi-
dem m tribuit: quęq; priuatæ alicuius scripturæ credendum n
esse dictat. Cæterùm si non subsit rationabilis causa, tum
secus est,

y. l. in fundo. ff. de rei vend. c. pastoralis. in prin. ī de offi. dele.
z. c. quia verisimile. ibi Butr. de præsump.
a. consil 105.
b. consil. 412. par. 3.
c. hoc cap. arg. l. fin. C. de fidei com.
d. tex. in c. 3. ibi, vt si consuetud. ī de eo qui. mit. in pos. can. rei. ser.
e. c. erit autem lex. dist. 4.
f. c. vlt. ī. de consue.
g. per d. c. vlt.
h. l. in exceptionib. ff. de probat.
i. per tex. in d. c. vlt. & ibi Dd. communiter.
k per tex. in c. cū dilectus. ī. de fide instru. Panor. & Deci. hîc plura allegant.
l. in c. 1. ī. de appel.
m. Odofr. & Alber. in l. 2. in fi. C. de consti. pecu. Raph. Cuma. cons. 136.
n. Bal. in l. de quibus col. 1. vers. item per pactum. ff. de leg. Alex. l. 1. §. vlt. ff. de ver. oblig.

ſecus eſt, præſertim ſi inde occaſio delinquendi [o] præberetur.
23. † Hinc [p] Baldus rectè cenſuit, nisi ſtatutum, quo libris mercatorum eredendum eſſe cauetur, quantitatem debiti, negociatorumque qualitatem diſtinguat, huic tanquam iure inualido ſtandum non eſſe. Quanquam enim ſtatui poteſt, moribusq; introduci, vt libris mercatorum credatur: non poteſt tamen ſtatui, vt paſsim omnes mercatorum libri fidem faciant in iudiciis: quia daretur latiſſima occaſio ad inhoneſtam falſitatem contra naturæ [q] præcepta, vt grauiter [r] Panor. alibi do-
24. cet. † Sic non poteſt moribus vtentium recipi, vt teſtes ad teſtamenti factionem adhibendi ſint extra conſpectum teſtatoris: [ſ] quia inde magna præberetur anſa fabricandi falſum.
25. † Pari ratione nulla vnquam lege ſanciri poſſe, quòd credatur teſtibus malam & ineptam rationem ſui dicti [t] redde nti-
26. bus: † nec conſuetudine introduci, quòd indiſtinctè teſtibus de credulitate deponentibus fides [u] præſtetur: vel quòd in inſtrumenti confectione dies & locus [x] omittatur, Bald. Butri. Hoſtien. & Decius rectè prodidêre, quia aperiretur feneſtra fraudibus & malicijs. † In tertio themate concluſio
27. ſtra fraudibus & malicijs. † In tertio themate concluſio ſit. Conſuetudo vel ſtatutum coarctans probandi copiam ad certum probationis modum, putà vt probatio non aliter quàm per inſtrumenta, vel per teſtes [y] fiat, iure ſubſiſtit. Tale ſtatutum [*] adſtruitur eſſe apud Leodienſes, quod habens plures vxores ſucceſsiuè ſi moriatur, bona cenſeantur acquiſita durante primo matrimonio, & niſi liberi ſecundi matrimonij contrarium probent, vel per curiam ipſam, à qua bona originem duxerunt, vel per inſtrumentum deſuper à curia confe-
28. ctum, non debeant audiri, nec alia probatio admitti. † Hæc tamen concluſio aliquoties non obtinet. Primùm ſi ad certam probationis ſpeciem adſtrictus, per confeſsionem aduerſarij probare vellet, nam tunc [z] audiendus eſt: cùm & renuncians probationi non prohibeatur vti confeſsione aduerſarij.
29. † Deinde ſi per inſtrumentum probare obnoxius probationem quinq; teſtibus facere contenderet, hoc illi, ſtatuto non attento, [a] indulgendum eſt: eùm illud ex iure communi interpretationem [b] recipiat, quod loco ſcripturæ ſiue inſtrumenti quinq;
30. teſtes admittit. † Tertio ſi inſtrumentum, quod extabat, fuerit perditum, probata amiſsione, doceri per teſtes poterunt [c] contenta eiuſdem. Tria autem hoc caſu probanda ſunt: primùm actũ fuiſſe celebratum: deinde ſcripturam de eo factam: denique e-
31. andem amiſſam eſſe. † Amiſſio verò probari debet per media quędam facti. nam ipſa in ſeſe priuatio eſt, nec admittit probationem, niſi oſtendatur aliquod factum, per quod contigerit. Media autem, per quæ amittimus rem ſine culpa noſtra, quædam tam ſunt aperta, vt facilimè doceri poſſint, ſicut eſt incendiũ, ruina, naufragium, impetus aquarum, incurſus latronum: quędam verò clandeſtina ſunt, vt furtum, aut ſi quis per errorem ſuſtu-

o. arg. l. conuenire. ff. de pac. conuen.

p. in l. 1. col. 4 C. de confeſ.

q. c. erit autem lex. diſt. 4.

r. in c. bonæ memoriæ. 2. ĩ. de poſtu. præla.

ſ. Ang. & Imo. in l. 3. ff. de teſti.

t. Bald. l. ſi non ſpecialiter. cir. fi. C. de teſta.

u. Butr. & Hoſti. in c. 1. ĩ de appell.

x. Deci. hic.

y. Specul. tit. de proba. §. vlt. verſ. ſed pone. Panor. & dd. cõmuniter hic.

** Add. de hoc ſtatuto vide. quæ annotaui in reſpon. 2. Decad. 1. nu. 18. & aliquot ſequentibus.*

z. Moder. poſt Feli. hic per c. cum Ioan. ĩ. de fi. inſtr. l. ampliorẽ. C. de appel. Bal. auth. ſed nouo iure. in fi. C. ſi cer. pet.

a. tex. ſingul. in l. teſtium. C. de teſti.

b. arg. c. cũ dilectus. ĩ. de conſuet.

c. d. l. teſtium.

sustulerit: & in his admittuntur côiecturæ. † Nam regulariter, 32.
vbicunque negocium est tale, quod semotis arbitris fieri solet, ibi indiciorum probatio recipitur, [d] censeturque sufficiens & valida. Itaque probabitur furtum his indicijs, si ianua noctu fuerit effracta, aut cistæ dissectæ, vel si famulus aufugerit, & id genus alijs. † Quartò non habet locum prædicta 33.
thesis, si scriptura vnà cum testibus produceretur: quia iste casus mixtus à statuto non excluditur, si modò huiusmodi scriptura aliqualem fidem habeat: aliàs secus esse [e] Baldus censet.
† Quintò, tale statutum siue consuetudo intelligitur respectu 34.
debiti: quantitas verò debiti per testes probari [f] poterit. Vt, si promiseris mihi resarcire damnum in aliquo casu, idque per instrumentum probetur: tum quantitas damni per testes doceri non vetatur. Quod tamen ita procedit, si lex simpliciter dicat, debitum testibus probari non oportere: secus si causam debiti testibus probari interdicat, tum enim nec quantitas debiti testibus affirmari [g] poterit, † Sextò volunt plerique, non 35.
obstante tali statuto procurare litigatorem posse, vt testes officio iudicis [h] recipiantur. Septimò statutum procedit in principali dispositione, secus videtur in qualitate accessoria, quia ea testibus doceri [i] poterit. † Octauò obtinet huiusmodi sta- 36.
tutum, quando pars aduersa opponit: nam si ea obticente iudex testium probationem admittat, valebit [k] probatio. pars enim aduersa tacendo adprobare hoc genus [l] probandi intelligitur. Sunt & aliæ plæræq; exceptiones ac fallentiæ, quas præ cæteris [m] Feli. & Decius examinant: nobis potiores, & non multùm controuersas annotasse sufficiat.

d. l. consensu. C. de repu. l. filium. ff. de his qui sunt. su. vel. al. iu. cum simil.

e. in l. certi. §. quoniam. si cer. pe. sa. tex in c. series. ∫. de testi.

f. Bar. in d. §. quoniam.

g. Deci. hic.

h. Specu tit. de proba. §. videndum restat. ver. sed quid si debitor.

i. Deci. hic. per glo. in c. duobus. vers. adpareat. de rescri. lib. 6.

k. Bal. in d. l. certi. §. quoniam.

l. arg. l. si quis testibus. C. de testib.

m. vterq; hic.

LVCIVS III. CISTEREN. episcopo.

CAPVT III.

Ex literis tuis intelleximus, te & archidiaconum confines habere præbendas in villis, quas singuli singulas [a] possidetis, & prætextu terminorum inter vos controuersiam agitari, eò quòd dicas eum antiquos fines egressum, partemque tui fundi occupasse. illo in contrarium asserente, se partem eandem fundi possedisse [b] quadraginta annorum spacio [c] inconcusse, tu autem, quòd per idem tempus quietè illam possederis, asseueras: quare vtrùm incumbat petitori vel posseso-

poſſeſſori probatio, quæſiuiſti? Ad quod ſcire debes, quòd [d] iudicium [e] finium regundorum tale eſt, vt in eo vtraq; perſona vices duorum habeat, [f] videlicet [g] actoris & rei. Vnde hinc inde teſtes produci poſſunt, ad cognitionem iudicis inſtruendam: quibus examinatis [h] iudex quos pręcellere intellexerit ad fidem ſibi faciendam admittat. Quòd ſi ambarum partium teſtes ſint æquè idonei, poſſeſſoris teſtes præferentur: cùm promtiora ſint iura [i] ad abſoluendum, quàm ad condemnandum, præterquam in liberali cauſa, in qua ſi vtriuſq; partis teſtes, quia æquales fuerint, pro libertate ſententia proferetur. Nam poſſeſſori probationem aliquando dari iuris manifeſti eſt, cùm iure cautum ſit, quòd qui obiecerit præſcriptionem longiſsimi temporis (quam nemo rectè obijcit niſi qui poſſidet) & eam probauerit, in cauſa debeat obtinere.

Summæ rerum

1. *PRebenda propriè non poſsidetur.*
2. *Prebenda in quibus conſiſtat.*
3. *Poſſeßionis verbum aliter in legibus, aliter in diſpoſitione hominis accipitur.*
4. *Preſcriptio prebenda.*
5. *Regere, & actio finium regundorum.*
6. *De dictione, videlicet.*
7. *In actione finium regund. vterq; eſt actor & reus.*
8. *Et qua ratione id fiat: & nu. 10.*
9. *Paulus de castro reprehenditur.*
11. *In familiæ ercisc. communiq; diuid. iudicio quomodo vterq; litigantium ſit actor & reus.*
12. *Quomodo item in actione finium regundorum.*
13. *In iudicis arbitrio conſiſtit, quæ probationes praualere debeant: et*
14. *Modò illius arbitrium iuxta leges reguletur.* (nu. 20.
15. *In dubio pro reo pronunciandum.*
16. *In diſcutienda fide teſtium, certi gradus obſeruandi.*
17. *Primo gradu collocatur autoritas perſonarum.*
18. *Secundus gradus eſt, vt teſtimoniorum fides ad naturam cauſæ exigatur.*
19. *Tertius gradus conſiſtit in numero teſtium.*

 21. Reus in

21. *Reus in dubio absoluendus: fallit vt nu. 23.*
22. *In dubio tutius est absoluere, quàm condemnare.*
24. *Fauor causæ præponderat fauori personæ.*
25. *In dubio an pro fisco pronunciandum.*
26. *Excussa l. non puto. ff. de iure fis.*

a Possidetis) scilicet largè, & in fusiori significatione accepto vocabulo. † Canonicus enim, siue clericus propriè non 1.
possidet præbendam, sed possessio est penes [a] ecclesiam: vel penes ipsum est ius præbendæ, quatenus est ius spirituale.
† Consistit nanque præbenda partim in temporalibus, quate- 2.
nus ipsi assignantur aliqua [b] temporalia: partim in iure spirituali, [c] cui præbenda est annexa. † Ex quibus infertur, quòd 3.
vbi lex possessionis voce vtitur, eum qui naturaliter tantùm possidet, comprehendat, non [d] qui ciuiliter. secus est in dispositione hominis. Nam si testator leget possessionem, quam in tali loco habeat: vel aliquis dicat, se cuipiam possessionem donare, aut aliter alienare: non de nuda possessione facti, sed de ipsa quoque proprietate sensisse [e] intelligitur: cùm ea non soleat à proprietate his verbis separari. alioqui vsum quis, aut vsumfructum legaret, [f] non possessionem.

b Quadraginta an.) † tanto enim spacio præscriberen- 4.
tur fines præbendarum, sicut & alia bona. [g] ecclesiastica: quod de rebus ecclesiæ temporalibus accipiendum est, nam [h] fines episcopatuum & parrochiarum non possunt præscribi.

c Inconcussè) id est, quietè & sine vlla turbatione, [i] seu molestatione.

d Iudicium) id est, actio: inter cæteras enim [k] acceptiones iudicium sæpiusculè pro actione vsurpatur.

e Finium regun.) Imitatione vetustatis regundorum 5.
dicitur pro regendorum. † Regere autem in hac actione accipitur pro discernere vel constituere: quoniam hæc actio propter fines, quorum contentio incideret, discernendos ac discriminandos introducta fuit, quam alibi [l] vbertim explicauimus: ideoq; ab imperatore [m] finalis quæstio, & [n] item limitis actio nuncupatur.

f Videlicet) † Hæc dictio ponitur hîc declaratiuè, licet 6.
interdum limitatiuè quoq; accipiatur, & præcedentia restringat. Nam cum [o] Paulus I. C. scribit: Sed quamuis fideiussoris pactum reo non profit, plerunque tamen doli exceptionem reo profuturam Iulianus scripsit: addit [p] Vlpianus, videlicet si hoc actum est, ne à reo quoque petatur.

g Actoris & rei) † In actione ergo finium regundorum 7.
vterque litigantium & actor & reus dici potest, eo respectu, vt Pa-

a. 12. quæst. 1. c. vlt. §. vlt.
b. glo. vlt. in c. is cui. de sent. excom. lib. 6.
c. tex in c. dilecto. ĵ. de præben.
d. vide de hoc Bal. l. 1. C. commu. de vsuc. & l. naturaliter. §. nihil commune. ff. de acqui. pos. Ang. in l. sciendum. §. possessor. 1. ff. qui satisd. cog.
e. l. interdum. ff. de ver. signi. Bar. in l. cum antiquitas. C. de vsufr.
f. Bart. in l. vxorem. §. legauerat de leg. 1.
g. gl. ord. in c. quicũque. 16. quæst. 4.
h. c. licet. & c. inter. 16. quæst. 3.
i. fa. tex. c. cum venissent. ĵ. de rest. in inte. c. illud. in fi. ĵ. de præscrip. l. non ideo. in fi. C. de lib. am. & l. quæcunq. in fi. C. de bo. quæ lib. & c.
k. de quib. vide glo. in §. præterea. inst. qui. non est per. sa. test.
l. in §. quædam. inst. de actioni.
m. l. si constiterit. C. fini. regund.
n. c. inter memoratos. 16. quæst. 3.
o. l. idem ff. de pac.
p. in l. seq. fa. l. si in vendi. ff. commu. prædio.

vt Panor. voluit, quia ſcilicet vterq; agit & conuenitur, vt
termini antiqui reparentur, vel de nouo poſiti conſeruentur.
Sed hoc confunditur illa ratione, quoniam is tantùm agere vi-
detur in hoc iudicio, qui primus ad iudicium q prouocauit.
8. † Quare r Caſtrenſis hoc ita declarat, vtrumq; & actoris & rei
vicem ſuſtinere ante prouocationem, & priuſquam iudicium
inchoëtur: tum enim vtriq; eorum liberum eſt, alteri dictare
9. iudicium. † Hanc tamen Caſtrenſis expoſitionem textus noſter
impugnare videtur, dum inqt, in hac finium regundorũ pſecu-
tione poſſe teſtes hinc inde produci ob id, quia vterq; ſit actor
& reus: ergo etiam poſt inchoatam litem. nam regulariter teſtes
non niſi poſt litem conteſtatam admittuntur, vt s alibi dixim⁹.
10. † Baldus verò, qui in hoc cæteris (mea ſententia) melius loqui-
tur, ideò vtrunq; in hiſce duplicibus iudicijs & actoris & rei
perſonam referre dicit, quia hinc inde adiudicatio fiat & con-
11. demnatio. † Quæ expoſitio in familiæ herciſcundę communiq;
diuidundo iudicio plana eſt, ac indifficilis, in quo vterq; poſſi-
det, agiturq;, vt res communis diuidatur. Nam iure commu-
ni quilibet partem habet t etiam in minimo ceſpite terræ. Ideo
facta diuiſione pro ea parte, quæ in totum vni adiudicatur, is
cui fit adiudicatio, actor dicitur, propterea quòd partem quæ
erat alterius, hac ratione conſequitur: pro altera verò parte,
quę ſua erat, & alteri in totum conceditur, is idem reus dici-
tur, qa priuatur iure, quod ſibi prius in ea parte competebat,
12. ſicq; & actorem & reum repręſentat. † Cęterùm in actione fi-
nium regundorum videtur qdem hæc Baldi conſideratio non
habere locũ, præſertim ſi intendatur ab eo, qui non poſſidet:
quoniam ea ſpecie is ſolùm, qui poſſidere repitur, re⁹ videtur,
u & alter actor. Sed x reſpondendum eſt, etiam eum qui poſſi-
det, actorē videri. Primùm enim q poſitis finibus pro parte
dominij, quæ ipſi poſſeſſori adiudicatur, is actor cenſebitur:
rurſus contemplatione partis, quæ aduerſario deſignatur, à
qua ipſe excluditur, idem poſſeſſor rei perſonam refert. Et
pari modo de parte aduerſarij dicendum eſt: ſicq; & in hoc fi-
nium regund. iudicio vterq; litigatorum vices duorum habe-
bit, actoris ſcilicet & rei, cùm vterq; conſiderato effectu vin-
cat & ſuccumbat: quod vtiq, potius ex natura ipſa actionis,
quàm ex forma petitionis prouenit.

13. h Iudex quos præcel.) † Hinc colligit Panor. quòd
productis teſtibus ex vtraq; parte, in iudicis arbitrio conſiſtat,
quas probationes præualere velit. Et generaliter Butri. omnes
pbationes in iudicantis arbitrio verſari aſſerit: refertq; y Ca-
ſtren. an aliqd plenè pbatũ ſit, ex mera iudicis voluntate z pen-
14. dere. † Quod tamen ita temperandũ eſt, ſi modò talis poteſtas ſi-
15. ue arbitrium iudicis ſecundũ leges reguletur. † Vnde in dubio
iudex in fauorē rei pnunciare obnoxius eſt: quod ſi ſec⁹ facere
velit,

q l. in tribus. ff. de iud. l. 2. § in tribq. ff. com. mu. diuid.

r. in d. l. in tribus.

s. ſ. vt li. non conteſt. c quoniam frequenter. in prin.

t. l. 2. C. qui. & quan. pars. lib. 10.

u. § commodum. inſt. de interdi.

x. Deci. hic.

y. in l. admonendi. ff. de iureiu.

z. per tex. l. 3. § 1. ff. de teſti.

velit, hoc illi non aliter [a] licere volunt, quàm si causam in actis exprimat, ob quam à communi regula discesserit.

† Porro si iudex de fide testium excutienda rectè statuere velit, necesse omninò est, vt gradus veluti quosdam obseruet, ne confundatur animi motus, & cæcutiat in dijudicanda veritate. 16.
† Primùm enim respicienda est autoritas personarum, quę versatur in dignitate, moribus, [b] grauitate. Hinc est, quòd seniorem iuniori, honoratum plebeio, virum fœminæ, ingenuum libertino præferre [c] oporteat: itèm inculpata vita præditum reprehensibili, locupletem egeno, extraneum cognato, (nisi de ipsa cognatione quæratur) denique hominem integrũ [d] diffamato. 17.
† Secundò testimoniorum fides ad causæ naturam exigenda est, hoc est, videri debet, qualia sint testimonia, nempe quàm verisimilia, quàm naturæ negocij conuenientia, vt inde iudex aliam præponat alijs. Sic [e] Archadius, *Si verò ex his, ait, quidàm eorum aliud dixerint, licet impari numero, credendum est, quod natura negocij conueniat, aut quod inimicitiæ aut gratiæ suspicione* [f] *careat.* 18.
†Tertiò perpendi debet numerus testium, si testes, & personarum & testimoniorum fide, sint pares: tum enim demũ ex numero eorum res est statuenda, id est, quibus oporteat potius [g] accedere. Sicut enim nonnunquam præstatur aliquid multitudini: ita rursus periculosum est, turbam sequi. 19.
† Rectè ergo traditum est, quòd iudex totam hanc rem, tanquam bonus vir, ex bono & æquo deliberare possit ac debeat, dummodò hosce gradus in discutienda fide testium non prætersiliat. 20.

1 Absoluendum) † Pro regula traditur, in dubio reum esse absoluendum: hoc est, si testes ab vno vel vtroque litigatorum producti personarum autoritate, testimoniorum fide, & numero fuerint pares, humanius est, [h] vt pro reo iudicetur. 21.
† Tutius enim est, ne innocentia prematur, absoluere quàm condemnare in rebus [i] omninò dubijs. Quoniam si erroris periculum subire oporteat, melius est de iniqua misericordia, q̃ iniusta crudelitate rationem [k] reddere. 22.
† Quod tamen obtinet, nisi actor fauorabiliorẽ causam persequatur, putà libertatis, dotis, matrimonij, pupillorum, viduarum, pauperum, aut similem, [l] pro qua pronunciare melius sit. 23.
† Fauor enim causæ præponderat fauori personæ, siue rei conuenti. 24.
† Sic & in fauorem fisci pronunciandum esse in dubio, [m] non attenta superiori regula, à plerisque traditum est. Sed contrà hoc validè pugnat Modestini responsum, qui non putat delinquere cũ, q in dubijs q̃stionib⁹ contra fiscũ facilè [n] responderit. Verùm perq̃ durum videtur, quod lex, q̃ aliàs fauet, derogando etiam iuri priuatorum, in hoc fiscum grauet, quòd in dubio aduers⁹ ipsum pronun- 25.

a. Bal. in l. eùm magistratu. in si C. quã. pro. non est ne.
b. l. 3. ff de testi.
c. l. vlt. ff. de fi. instr. l. semper. ff. de iu. immu. l. non debet. de do. ma. l. in multis. de sta. ho. l. filia. C. de inoffi. testa. & l. si eum dotem. §. eo autem tempore. ff. sol. matr.
d. d. l. 3. in pr. de testi §. sancimus. Nouel. eo. tit. l. spadonẽ. §. vlt. de excu. tut. l. cum hi. §. sed et personarum. ff. de trãsac et c. licet causam. §. quanquam. j. hoc ipso tit.
e. l. ob carmen. §. vl. ff de testi.
f vide etiam l. si plures. & ibi Bar. ff. de accusa.
g. d. l. 3. §. eiusdem quoq; ff. de testi. c. in nostra præsentia. j. hoc tit.
h. tex. hĩc. et l. maiorem. ff de pac. l. vlt. C. qui bo. ced. pos.
i. l. Arrianus. ff. de acti. & obli. et l. respiciendum. de pœn.
k. c. allegant. 2 6. quæst 7.
l. l. 1. in pr. ff. solu. matr. l. inter pares. ff de re iud. l. lege Iulia ff. de manu. l. 1. C. cũ inter pu. et vid. l. si pars iudicantiũ. ff. de inof. test. l. vt inter diuinũ. C de sacros. eccle. c. si. j. de re iud et c. si quis acceperit. 33. q. 2.
m Specul. tit. de test. §. postquam Ioan. And. & Butr. c. in materia. j. de testi. Alex. l. 1. in prin. sol. matr.
n. in l. non puto. ff. de iure fis.

pronunciari possit. Videamus ergo, quomodo hunc obicem
26. tollere oporteat. † Et [o] Cumanus Modestini responsum re- *o. in d.l.1. sol. matr.*
stringit ad fiscum agentem ex delicto alicuius ad pœnam: nam
tali specie cùm fiscus prætendat causam lucratiuam, agatq; ex *p. l. si præses. ff. de*
causa odiosa, meritò aduersus eum in dubio iudicari debet: *pæn.*
quoniam in effectu de pœna agitur, in qua benigniorem inter-
pretationem recipiendam [p] constat. Hanc Cumani coarctatio- *q. vt colligitur ex l.*
nem & ipse probo, vtcunque Alexander eam ceu diuinatori- *1. in prin. ff. de iu.*
am reijciat. nam in Pandec. tit. de iure fisci principaliter de *fis.*
bonis, quæ propter delictum fisco adplicantur, tractari [q] no- *r in d.l. non puto.*
tum est: & specialiter hoc idem subsequens [r] Modestini respon-
sum dictat, & vtriusque legis idem est autor.

GREGORIVS VIII. PRAEPOSITO sancti Cataldi.

CAPVT IIII.

Proposuisti quòd causa matrimonij quæ inter O. de Casanoua & S. mulierem vertitur, tibi fuit de mandato apostolico [a] delegata. cumqúe partes essent in tua præsentia constitutæ, mulier proposuit se nec à viro cognitam, nec potuisse cognosci: quod tam proprio iuramento, quàm testimonio septem [b] mulierum probauit, quæ per aspectum corporis eam esse virginem asseuerant, viro per iuramentum suum contrarium afferente: & infrà. Videtur igitur nobis, quòd iuramento puellæ, et testimonio illarum septem mulierum fides est [c] potius adhibenda.

Summæ rerum.

1. *MAtrimonialis causa cognitio ad quem spectet.*
2. *Probatio virginitatis.*
3. *Iuramentum puellæ quare hîc viri iuramento præferatur.*
4. *Statutum dictans, iuramento alicuius credendum, quomodo intelligendum: & nu. 5, 7. 9.*
6. *Statuto caueri potest, ne in aliquo casu testimonium per testes admittatur.*
8. *Lud. Romanus reprehenditur.*
10. *Taciturnitas vim consensus habet.*
11. *An et quando peritis in arte credendum.*

Perito-

a Delegata) † Tametsi de iure communi nullus prælatus 1.
citra episcopum posſit cognoſcere de matrimoniali cauſa: eſt
enim hæc cognitio velut peculiaris & propria dignitatis [a] epi-
ſcopalis. tamen ex hoc cap. diſcimus, matrimonij cauſam e-
tiam inferiori ab epiſcopo delegari [b] poſſe, quod Dd. [c] alibi
latius examinant.

b Mulierum) † Nam probatio virginitatis per honeſtas 2.
matronas fieri debet, quæ inſpiciendo mulierem hoc atteſten-
tur: tum ob honeſtatem, tum quia in huiuſmodi rebus mulie-
res viris cenſentur eſſe [d] peritiores.

c Potius) ſcilicet, quàm iuramento viri. † ſed cur ita? 3.
an non minor fides dictorum adhibenda eſt fœminis, quàm vi-
ris, vt in quibus ob ſexus imbecillitatem maior ſit [e] inconſtan-
tia? Reſpondeo, in noſtra ſpecie ſolum iuramentum puellæ non
attendi, ſed quia huic etiam aliud probandi adminiculum ac-
cedit, nempe inſpectio corporis, quæ cùm iuſiurandum puel-
læ adiuuet, fit vt ipſius iuſiurandum viri iuramento præfera-
tur: quia melius res ingeritur animo (inquit alibi [f] gloſs.) o-
culata fide, quàm per aures.

† Hinc generaliter annotant interpretes, quòd etſi lege mu- 4.
nicipali caueatur, credendum eſſe iuramento alicuius, hoc ta-
men ita ſit accipiendum, niſi per legitimas probationes ex ad-
uerſo doceatur contrarium. Sed cur ita? an quia cùm iuramē-
tum vnius non præſtet integram fidem, ſi plena probatio habe-
atur, ea iurijurando præualere [g] debet? Sed hinc ſequeretur,
plena probatione facta excludi probationem contrariam: quod
tamen [h] falſum eſſe conſtat: An verò, quia probatio fortior præua-
lere, & potentior attendi [i] debet, ſatiſq; eſt, iuſiurandū autori-
tate legis ſiue ſtatuti hoc opari, vt pro plena probatione habeatur?
quod iure communi [k] non eſt, præſertim quando de eo, quod iu-
rantis intereſt, [l] tractatur. Huiuſmodi ergo lex cùm iuri com-
muni aduerſetur, ſtrictè interpretari debet, & non produci, vt pro-
bationem contrariam excludere [m] videatur. atque ita & ego
ſentio. † Aliquoties tamen non eſt locus prædictæ doctrinæ: 5.
primùm

a. c. accedentibus. de exceſ. præla. & c. 1. de conſan. & affi.
b. c. ex literis. de reſti. in inte. c. literas de reſti. ſpol. c. cauſam matrimonij. de offi. deleg.
c. in locis iam citatis.
d. c. cauſam matrimonij ſ. eo. c. fraternitatis. et c. vlt. ſ. de frigi. & mal.
e. c. forus. §. vlt. ſ. de verb. ſigni.
f. in c. quod autem interrogaſti. 27. q. 2.
g. Panor. hic.
h. per c. licet cauſam ſ. de teſti c. cum Ioannes ſ. de fi. inſtru.
i. Deci. hic per l. cū de indebito. ff. de probat.
k. c. vlt. ſ. de ijs quæ vi. me. cau.
l. l. omnibus. C. de teſti.
m. arg. c. cùm dilectus. ſ. de conſue. & l. ſi quando. C. de inoffi. teſta.

Primùm si lex vel statutum vltrà procedendo inhiberet posse
6. contrarium probari: quia tum à statuto [n] non receditur. † Nam
pari ratione caueri lege potest, quòd probatio per testes in ali-
7. quo casu non admittatur, [o] Bart. alibi docet. † Deindè si lex
municipalis diceret, *Iuramento omninò credatur,* vel, *Iusiurandum habeatur pro plenissima probatione:* ea specie contrarium probari
8. nō posse, Lud. P. Romanus censuit: † verùm [q] Decius hoc im-
probat, & rectè. Nam etsi hoc casu lex municipalis præcisè lo-
qui videatur: intelligi tamen debet, quantùm ad integrandam
probationem iuramenti: quia iure communi iusiurandum non
facit plenam fidem. [r] satis ergo est, si statutū hoc operetur, nec
9. excludenda est probatio in contrarium. † Vltimò non obtinet
prædictum dogma, si iusiurandum præstaretur præsente & non
contradicente eo, [s] aduersus quem iuratur: † quia taciturni-
10. tas etiam in præiudicialibus vim consensus habet, [t] si fiat in
iudicio.

Porrò occasione huius cap. tractant hìc Doctores genera-
11. lem illam thesin, † quando & qualiter peritis in arte creden-
dum sit? ad quam in varijs factorum negocijs recurri solet. [u]
hanc & nos relictis ambagibus sequentibus conclusionibus ex-
pediemus. Prima tractabit, per quem electio peritorum fieri
debeat: Altera, de numero peritorum, quot in quauis facti spe-
cie sint necessarij: Tertia, an periti iurare obligentur, vt eorū
attestationibus credatur: Quarta & vltima, an sententia lata
iuxta relationem peritorum retractari posit, si per alios peri-
12. tiores deinde contrarium doceatur. Ad primam. † Electio
peritorum consensu partium fieri debet: quibus discordan-
tibus iudex ipse [u] eliget. Idem in consultore eligendo locum
13. habet, [x] & similibus. † Quod tamen ita accipiendum est, vt
obtineat in facto ex partium controuertentium facultate de-
pendente. nam si factum non pendeat ex libera potestate par-
tium, tum consensu earum prætermisso iudex ex officio ad eli-
14. gendum [y] obstringitur. † Secunda conclusio. Medici, chyrur-
gi, vel quicunq; alij periti plures numero adhiberi debent, id
est, [z] ad minus duo: pluralis enim locutio duorum numero
15. [a] contenta est. † Aliquoties tamen hoc non procedit: primùm
si quis perspectæ fidei & peritiæ à ciuitate conductus esset an-
nuo salario. nam illi soli credendum esse [b] Bartolus censuit. De-
inde, si partes litigantes contentæ sint vno solo perito, tunc ille
16. vnus [c] sufficiet. † Tertiò, si in loco, vbi adhibendi sunt periti,
tantùm vnus reperiatur, tum is solus [d] sufficit. nisi fortè res exi-
steret ardua & valdè perplexa, aut de magno grauiq; præiudi-
cio ageretur: tùm enim Panor. existimat, aduocandos esse pe-
ritos ex locis vicinis, vt compleatur [e] numerus, licet Felinus &
17. Decius hìc diuersum sentiant. † Tertia conclusio. Deponen-
tibus de peritia artis regulariter non creditur, nisi præstent
iuramen-

n. arg. l. diem proferre. §. siaq. ff. de arbi.
o. consil. 100. et dixi ĩ. c. 2. hoc. tit.
sa. c. isqui fidem. ĩ de sponsa. l. si quis adult. C. de adult.
l. j. in prin. C. de rei vx. acti.
p. in l. si duo. ff. de acquir. poss.
q. Deci. hîc.
r. arg. d. c. cùm dilectus. ĩ de consue.
s. Calder. in c. statutum. §. cùm verò. & ibi Domi. de rescrip. lib. 6. & Feli hîc.
t. l. cùm ostendimus. §. vlt. de fide instru.
u. Io. And. ad Specul. tit. de homi. §. 1. vers. sed pone. Bart. in l. 1. §. ex hoc rescripto. ff. de ven. inspi. & est casus in l. 3. vlt. rū C. fini. regun.
x. Bart. in c. in venditione. §. vlt. ff. de bo. aut. iud. possid.
y. Panor hic per tex. in c. causam. ĩ hoc tit.
z. c. significasti. ĩ de homici.
a. c. pluralis. de reg. iur. lib. 6.
b. in l. 2. pro illum tex. C. de pond. et au. ill. lib. 11.
c. arg. l. theopompus. ff. de do. præle. Feli. hîc per l. si irruptione ff. fini. reg. o. quia iudicante. ĩ. de præscrip. sa. l. 1. §. vlt. & quæ ibi not. ff. de verb. obli.
d. tex. opt. in §. quod autem. vers. neq. Nouel. de non alie.
e. Pan. hîc per c. suggero. 3. q. 9. vlt. dist. 65.

iuramentum, non quidem veritatis, ne si fallantur, subeant an-
ceps periurium, sed saltem [f] credulitatis. † Quod verum esse 18.
intelligitur, si aliàs certa rei notitia haberi nequeat: nam si de-
ponant periti de re eiusmodi, quæ non solùm iudicio intelle-
ctus, sed etiam sensu aliquo corporeo percipi valeat: vt mensu-
ra agrorum per agrimensorem: tunc periti iurare debent præ-
cisè de [g] veritate. Quid enim vetat, agrimensorem vel arithme-
ticum de veritate iurare, cùm artis suæ regulis ad vnguem cal-
lere possit artem? † Cæterùm si periti communi partium as- 19.
sensu electi sint, iurare non [h] obligantur. nam aliàs [i] traditur,
quoties fides alicuius adprobata sit ab vtraq; parte, non requi-
ri, vt dictum ipsius iureiurando valletur. † Sed etsi cuipiam, 20.
ceu bono viro, simplex facti alicuius declaratio tantùm com-
mittatur, non autem desideretur artis alicuius peritia, non o-
pus est, vt iuret. Quod [k] pleriq; producunt etiam procedere,
si modica peritia exigatur, quia scilicet res facilè per artem per-
cipi valeat: nam sine iuramento credetur etiam non perito. † 21.
Idem est, [l] si iudex ex motu proprio ad dictum periti alicuius
se informare vellet, quia non est necesse ipsi deferre iuramen-
mentum. † Deniq; peritus autoritate publica destinatus ali- 22.
cui officio, si ab initio suscepti officij iusiurandum præstitit, in
singularibus relationibus [m] iurare non cogitur.. † Quarta con- 23.
clusio. Iudex q̃ pnunciauit [n] ex responso peritorum cuiuspiam
artis, si deinde à peritioribus instruatur, priorum responsum
fuisse falsum, vel non consentaneum veræ peritiæ & discipli-
næ, potest illam suam sententiam reuocare, etiam lapso tem-
pore, quod ad appellandum conceditur. † Comprobatur hæc 24.
conclusio ex alia [o] lege, vbi imperator ipse statuit contra re-
scriptum & responsum suum, quod ad libellum partis emaná-
rat, postquam cum pluribus iurisperitis tractans plenius de
veritate & iure fuisset edoctus. Præterea si sententia retracta-
tur, quando falsis instrumentis circumuenta est religio [p] iudi-
cantis: quare non æquè retractaretur, quando circumuenta
est falso & imperito eius responso, cuius veritate & imperitia
sola fretus iudex pronunciauit? † Sic quoq; vulgò [q] traditur, 25.
sententiam latam ex probationibus non veris, sed priuilegiatis,
non transire in rem iudicatam, veritatemq; quoquo tempore
perscrutari posse. Ex quo hic Butrius eleganter infert, sentēti-
am ex attestationibus de credulitate, vel ex consilio sapientis
latam non sortiri vim iudicati, sed semper retractari posse, etsi
non sit appellatum, cui [r] Ponta. [s] & Alexander alibi subscri-
bunt. † Panormi. [t] verò prædictam communē opinionem im- 26.
pugnat, nec talem sententiam retractari posse autumat: pri-
mum ideò, quia publicatis attestationibus propter timorem
subornationis non liceat alios testes [u] producere. Deindè si
retra-

f. Ioan. And. Panor. Deci. & cæteri hîc. & in c. fraternitatis. ꝭ. de fri. & male. Bart. in proœ. ff. in prin.

g. Bart. in d. proœ. ff. verſ. ſed dubitatur. Bal. in l. hac edictali. §. his illud. C. de ſecun. nup. Mod. in d. c. quia iudicante.

h. Feli. hîc.

i. Bart. in l. Lucius. in fi. ff. de fideiuſ.

k. Ber. in l. de ætate. col. pen. ff. de mino.

l. glo. & ibi Bal. in c. ſi duo. tit. de pace tene. Feli. hîc.

m. arg. c. ad audientiam. ꝭ. de fi. inſtru. Nico. de Neap. in l. 1. §. 1. ff. de ven. inſpi. Bald. in d. §. his illud in 2. col.

n. ita eſt communis Dd. aſſertio hîc. Io. And. ad Specu. de homi. §. 1. verſ. ſed pone Bal. in l. ab hoſtibus. §. ſi vir. ff. ſol. matr.

o. tex. in l. diui fratres. ff. de iu patro

p. l. admonendi. ff. de iureiu. l. vlt. & per to. tit. C. ſi ex fal. inſtru. vel teſt. iud. ſit.

q. Inno. c. tua nos. verſ. ſed quod eſt mirabile. ꝭ. de coha. cle. & mul. Ang. l. 1. C. ſent. reſcin. non poſ. l. ſub ſpecie C. de re iudi. & l. diuus. de teſt. mil.

r. in l. cum quidam §. quod dicitur. ff. de acqui. hæred. idem conſ. 228.

s. Alex. in d. §. ſi vir.

t. Panor. hîc.

u. cle. 2. de teſti. c. fraternitatis. ꝭ. eo. & auth. at qui ſemel. C. de proba.

retractatio ſententiæ licita eſſet, hac ratione produceretur proceſſus in infinitum, quod fieri prohibetur, cùm infinitas [x] euitari debeat. Sed reſponderi poteſt, ſubornationem illam, quæ in teſtibus conſideratur, hîc neutiquam ſubeſſe. tum quia periti illi potius ſunt iudices [y] quam teſtes, vt [z] Baldus voluit: tum quia autoritate iudicis inducuntur, deponuntqúe de propria ſua peritia. Proinde infinitas facilè moderari poterit à iudice, qui non ſimpliciter admittet contrarium probare volentes, ſed habita præuia cauſæ [a] cognitione.

x. c. 2. de reſcri lib. 6. l. 1. C. de ſent. quæ. pro eo quod inter.

y. l. certi iuris. C. de iudi.

z. Bal. hîc. et Bart. in tract. teſtiū. verſ. teſtis dicit aliqua.

a. iuxta not. dictum Inno. in c. tenor. j. de re iud. et Deci. hîc.

CLEMENS TERTIVS.

CAPVT. V.

Tertio loco fuit à nobis ita quæſitum: Ecce quidam regularis [a] ſigillo capituli, quoddam inſtrumentum cuidam amico ſuo [b] ſignauit, in quo facta ei [c] alienatio quarundam rerum eccleſiæ immobilium continetur. Quo exhibito in iudicio procurator vniuerſitatis, illud aſſeruit de aſſenſu conuentus non fuiſſe confectum, & [d] adulterinum vel furtiuum eſſe ſigillum. [e] Cumq; fratres ad perhibendum teſtimonium produxiſſet, [f] iurati dixerunt, quòd quoties de hoc inter fratres aliqua erat mentio, conſilium totius conuentus & vox fuit vnanimis, quòd nolebant alienationem rerum illarum, ſed res domus integras conſeruari volebant. Sed quoniam contra hoc, nihil pars aduerſa probauit, reſpondemus ſecundum aſſertionem teſtium tantummodò iudicandum.

Summæ rerum.

1. *ACceſsio ſigilli quid operetur.*
2. *Sigillum abſq; ſcriptura non probat.*
3. *Adpenſio ſigilli in fraudem facta non nocet illi, cuius eſt ſigillum.*
4. *Gerens ſe pro nobili, vel doctore, cùm non ſit, pœnā falſi incurrit*
5. *Alienatio rei eccleſiaſticæ probatur etiā per priuatam ſcripturam.*
6. *Appellatione inſtrumenti priuata ſcriptura continetur.*
7. *Exceptio alternatiua an & quando admittatur: & nu. 8.*
9. *Clerici in fauorem ſuæ eccleſiæ teſtificari poſſunt:*
10. *Idem eſt in perſonis alicuius collegij, vel vniuerſitatis.*

11. *An absolutè admittantur, vel tantùm in subsidium, si alij testes deficiant: & nu. 13. 14. & 16.*
12. *Vbicunq; ex natura facti alij testes deficiunt, testes minus idonei admittuntur: & nu 18.*
15. *Testibus non creditur sine iuramento.*
17. *Legatarij in testamento possunt esse testes.*
19. *Præsentia non præsumitur, nisi doceatur: & nu. 20.*
21. *In probanda negatiua testis etiam non interrogatus tenetur rationem reddere sui dicti.*
22. *Testes præferuntur instrumento.*
23. *Ampliatio c. veniens ĩ. de testib.*
24. *Instrumenti falsitas quomodo probanda.*

a Sigillo) † Nam sigillum in dubio præsumptionem actus 1.
veri, consensumque illius inducit, cuius nomine adpositum est, [a] nisi doceatur contrarium. Necesse tamen est, vt scripturæ accedat: per se enim sigillum est testis mutus & incertus, nec fidem [b] præstat. Et quamuis [c] Angelus existimet, ex solo sigillo absque scriptura probari atque colligi voluntatem eius, cuius est sigillum: † id tamen mihi verisimile non fit, cùm sigil- 2.
lum in eum vsum destinatum sit, vt scripturæ imprimatur. Eaque ratione [d] leges de sigillo loquentes semper sigilli cum scriptura connexim mentionem faciunt: ex quo satis adparet, sigillum solum non sufficere, nec sine scriptura [e] probare.

b Signauit) † Hæc obsignatio siue sigilli adpensio in 3.
fraudem facta non nocet illi, [f] cuius est sigillum: quinimò adponens illud, falsum committit, [g] & vt falsarius puniri debet.
† Idem aiunt interpretes & in eo obtinere, qui se pro nobili vel 4.
doctore gerit, cùm non sit: [h] quia pœnam falsi incurrit. Quod verum intelligitur, si talis actum aliquem faciat doctori congruentem, [i] secus si se verbo tantùm doctorem iactet, quia tum non falsi pœna, sed extra ordinem puniendus est.

c Alienatio) † Hinc annotat Panor. alienationem rei ec- 5.
clesiasticæ etiam immobilis probari per priuatam scripturam. Nam si hic scriptura interuenisset, ea sola absque sigillo fecisset [k] fidem. † Ex quo infert [l] Decius, appellatione instrumenti 6.
(de quo tex. hic loquitur) priuatam scripturam comprehendi. Quapropter rectè sensit [m] Specul. quòd dilatio ad producendum instrumentum indulta à iudice, priuatam scripturam includat.

d Adult. vel fur.) Sed quomodo hîc exceptio alterna- 7.
tiua admittitur, cùm alternatio pariat [n] obscuritatem, & exceptio obscura sit [o] reijcienda? Respondeo, alternatiuã exceptionẽ hîc ideò esse licitã, quia in vtraq; eius parte intentio [p] excipientis cõcluditur. † Aliquando etiã permittitur alternatio, vt 8.
quãdo natura obligationis est alternatiua, siue hoc proueniat ex dispositione

a. Bart. in l. quæ dotis. in fi. ff. sol. matri. & Feli. hic.
b. Bal. in tit. de pa. consti. in ver. sigillo communi.
c. in l. consentaneũ. C. quo & quan. Iud.
d. tex. hîc. & c. 2 ĩ. de fi instru. & c. 2. ĩ. de solutio.
e. arg. c. significauit. ĩ. de appellat.
f. hîc. et l. 2. C. de re. ali. non alie.
g. c. tam literis. ĩ de testi. c. vlt. ibi glo. fi. de his quæ fi. à prœl.
h. Bar. in l. eos. §. vl. ff. de fal. Bal. l. data opera. C. de accusa et l qui sub prætextu. in fi C. de sacr. eccle.
i. Feli. et Deci. hic Bal. d. l. qui sub prætextu.
k. c inter dilectos & ibi Inno. ĩ. de fi. instru
l. Deci. hic.
m. in tit. de dila §. nunc dicendum. ver. item nota.
n. c. vt quis duas. de ele. lib. 6.
o. l. in lege. ff. de cont. emp. l. 3. §. ibidem. ff. ad exhi. Bar. l. 1. ff. de excep.
p. vt hîc. et c. ex parte. ĩ. de rescri. et c. ex parte. ĩ. de so. comp.

diſpoſitione q hominis, ſiue r legis. Item quando alternatim duo ponuntur, quorum alterum ineſt alteri: vt ſi cumulentur nullitas ac iniuſtitia, de quo s alibi Dd. abundè, ad quos ſtudioſos remitto.

9. c Cumq; fratres) † Hinc obſeruandum, quòd clerici a-
10. licuius eccleſiæ poſsint in fauorem eiuſdem teſtificari. † Quod & ad perſonas alicuius collegij vel vniuerſitatis producitur, vt t Barto. voluit. quod ea ratione fit, quoniam damnum & lucrum non pertinet ad eos proprio nomine, & ſic cauſa vniuer-
11. ſitatis non poteſt propriè dici ſingulorum. † Dubitatum tamen eſt, an huiuſmodi teſtes abſolutè admittantur, an ſolùm in ſubſidium ſi alij teſtes haberi non poſsint? Et u Panor. cenſet, eos ſine diſcrimine admittendos eſſe. Speculator x contrà eos in ſubſidium tantùm recipit: nec repugnare hoc cap. quod de actu ab ipſo capitulo celebrato loquitur: quo caſu q alij veriſimiliter adeſſe non poſſunt, indulgetur illis de capitulo, y vt
12. teſtimoniũ dicant. † Pro regula enim traditur, quotieſcunq; ex natura facti alij teſtes veriſimiliter adeſſe non ſolent, tùm teſtes minus idoneos z admitti. Hanc ſententiam licet minus rece-
13. ptam, iure tamen veriorem eſſe & ipſe iudico. † Negari enim non poteſt, quin huiuſmodi teſtes aliquatenus ſuſpecti ſint, cùm de eo, quod ipſorum pariter intereſt, a agatur, ſicq; prorſus integri cenſeri nequeunt: rectè ergo deficientibus alijs, & ſi veritas aliàs doceri non poſsit, pro idoneis b habebuntur. Nec me quicquam mouent c iura hac de re generaliter loquentia: quia ea ex alijs d iuribus declarari debent, vt reſtringantur ad
14. caſum neceſsitatis, ſi aliter veritas non poſsit inquiri. † Porrò ſupradicta procedunt in cauſis ciuilibus, non etiam e in criminalibus: in his enim illi de vniuerſitate vel collegio non eſſent idonei teſtes, cùm ibi probationes luce meridiana clariores exigantur.

15. f Iurati dixe.) † Teſtium enim dictis nulla fides adhibetur, niſi prius aduerſario præſente iurent, f ſe in cauſa veritatem dicturos eorum quæ ſciuerint, omnemq; falſitatis calumniam euitaturos. Nam hac ratione impuberes, & minores 14. annis g à teſtimonio arcentur tam ciuilis, quàm criminalis controuerſiæ, quia ſcilicet iurare non h poſſunt. Et prædictum dogma in religioſis quoque obtinet, i ſi in teſtes producantur. Item & in epiſcopo, k niſi remiſſum ſit illis iuramentũ l à liti-
16. gantibus. † Quamuis autem fratres illi, de quibus in textu, iuratò teſtimonium dixerint: multis tamen rationibus videntur eleuari poſſe ipſorum teſtimonia. Primùm, quia in re vel cauſa quodammodò propria teſtificati eſſe videntur. nam negotia etſi in conſequentiam ad eos ſpectent, quia tamen in his etiam commodum vel detrimentum ad eos ex euentu litis redundare ſolet, ſuſpicio affectus facit, vt quodammodo pro-

 pria cau-

q. c. 1. ſ. de plus peti.
r. c. cum dilecti. & c. cum cauſa. ſ. de emp. & vend.
s. in l. 1. C. quan. pro. non eſt. nec & l. ſi expreſſim. C. de appel.
t. in l. in tantùm. §. vniuerſitatis. ff. de re. diuis. glo. & Bal. in. l. ſi municipes. ff. quod cuiuſq. vni no.
u. per. tex. in c. inſuper. vbi Dd communiter hoc ſequuntur. & in c. cum nuncius. ſ. de teſtib. qui textus generaliter loquuntur.
x. tit. de teſte. §. 1. vers. ſed nunquid. idemq; glo. hic ſentit. et probatur ſatis in c. etſi Chriſtus. ſ. de iureiu. ibi, deficientibus alijs teſtib.
y. quib. accedat. c. veniens. 2. in fi. ſ. de teſti.
z. vt hic. & d. c. veniens. & l. conſenſu. C. de repud.
a. l. omnibus C. de teſt.
b. arg. l. 2. §. diuus. ff. de iure fiſ.
c. hic & d. c. inſuper. & c. cũ nuncius.
d d. c. etſi Chriſtus.
e c. ſuper prudentia 14. quaſt. 2. Panor. in d. c. inſuper.
f. l. ſi quando. in prin. & l. iuriſiurandi. C. de teſti.
g. l. qui teſtamento. in prin. ff. de teſta. §. teſtes autẽ. inſt. eo.
h. l. qui iuraſſe in pr. de iureiu. l. videamus. in prin. de iu li. iur. 22. q. 5. c. paruuli. et c. pueri.
i. probatur hic. et c. nuper. c. tuis. ſ. de teſti. k. c. fi. ſ. de iu. cal. l. d. c. tuis. ſ. de teſti.

pria causa censeatur. † Nec obstat, quòd secus in legatarijs sta- 17.
tuitur, [m] qui rectè adhibentur testes in causa testamentaria: id
enim fit, tum fauore vltimæ voluntatis, tum ob multitudinem
testium, [n] qui ad testamentum exiguntur, quæ suspicionē mitigat. † Sed responderi potest, eos hic recipi in subsidium, pro- 18.
pterea quòd non aliter probari poterat id, de quo disputabatur: & suprà diximus, quando ex natura facti alij testes adesse non possunt, etiam non omninò integros admitti ad detegendam veritatem. Deinde videtur infirma horum esse attestatio, quoniam de præsentia sua, quòd adfuerint, quando in capitulo de alienatione tractabatur, nihil deposuerunt: sicque verisimile est, eos ex relatione aliorum testimonium dixisse. † Præ- 19.
sentia enim, tanquam solennitas quædam extrinseca, non præsumitur, nisi doceatur, etiamsi communiter soleat interuenire. Nam & in contractu pupilli autoritas tutoris non censetur interueniſſe, [o] & tamen à communiter accidentibus adhiberi solet. Huic obiectioni respondet [p] Baldus, quòd in nostra specie testes satis de ipsorum præsentia deposuerint. Eo enim ipso, quòd totum capitulum contradixisse, vocemq́, vnanimem fuisse asserunt, ne fieret alienatio, vtique & se fuisse præsentes necessariò includunt: cùm & ipsi de capitulo fuerint. † Sicq́; ob- 20.
serua, quòd si testis non interrogatus speciatim de præsentia, assertiuè testificetur, pręsumendum sit, cum fuisse præsentem: & hoc ex benigna interpretatione, [q] quæ in dictis testium maximè locum habet. Tertiò eleuari potest hæc fratrum attestatio: nam cum deponant super negatiua, quòd nolebant alienationem fieri rerum immobilium, & ad probandam hanc negatiuam non adferant vllam rationem sui dicti, eorū probatio nullius videtur esse roboris: † cùm in negatione probanda testis 21.
etiam interrogatus rationem reddere sit obnoxius, [r] si firmum velit esse suum testimonium. Ratio autem congrua in docenda negatiua illa esse dicitur, quòd actus fieri non potuisset, quin ipse testis [s] vidisset. Verùm & hunc obicem facilè sustuleris, si animaduertas, testes in hac hypothesi non simpliciter negatiuam deposuisse, sed potius affirmatiuam, probando de contradictione capituli: quia ostensa alicuius contradictione in actu quopiam, probatum quoque videtur, cum non consensisse, cùm in eadem voluntate durare [t] præsumatur.

g Secundum assert. tes.) † Hinc nota, testes præfer- 22.
ri instrumento, & per testes instrumentum reprobari, qui tamen non sint omni exceptione maiores. Quod Abbas ideò esse putat, quia instrumentum hic authenticum quidem fuerit, sed non publicum: ad hoc enim infirmandum testibus opus esset integris, [u] quorum fides nulla ex causa legitima posset eleuari. † Decius verò largius, etiam publicum instrumentum per illos de capitulo infirmari posse censet, cùm eadem vtrobique sit ratio: nam hæc duo [x] æquiparantur, & aliter factum collegij probari non posset. † Ex quo ampliatur cap. Veniens. in tit. 23.
de Testib.

m. l. 1. de codicil. §. legatarijs. inst. de testa.

n. l. qui testamento. in prin. ff de testa.

o. l. quæcunq. in fi. de publi.

p. in hoc cap.

q Bal. hic. & in l. de quibus. col. vlt. ff. de legib.

r. Bal. in l. cum hi. C. de transac. l. solam. in fi. C. de testi. & Bart. consil. 102.

s. vt no. Bart. in l. 1. §. hoc interdicto. ver. vlterius quæro. ff. de iti. ac. pri.

t. c. maiores. ĩ. de baptis. glo. not. 20. quæst 3. c. præsens. verb. nunquam.

u. l. optimam. C. de contra. et commit. stip. Cano. communiter. in c. cùm Ioannes ĩ. de fi. instr.

x. c. 2. ĩ. de fi. instr. & c. 2. de solu.

de testib. quòd illi de collegio admittantur quoque in casibus, in quibus testes omni exceptione maiores desiderantur: quod
24. obserua. † Cæterùm quomodo instrumentorum falsitas per testes possit detegi, quotque testes ad hanc rem sint necessarij, interpretes [y] alibi tractant, & nos infrà eandem materiam [z] suo loco examinabimus, ne illi dotem debitam subtraxisse videamur. Abbas quoque multa hîc impertinentia de iudicijs [a] accumulat, quæ nos suis locis discutienda relinquimus.

y. Dd. in c. insuper. ꝭ. de testi. et c. cum Ioannes. ꝭ. de fi. instru.

z. Ibidem. & in c. in nostra. ꝭ. de testi. vide etiam Bart. et Imo. in l. 1. ff. quem. test. ape.

a. de quibꝰ vide Dd. præsertim Io. de Imo. et Feli. in c. quia verisimile. ꝭ. de præsump.

CAPVT VI.

Iurauit quidam ([a] vt asseris) se quandam in vxorem legitimam [b] accepturum: quam cum vellet [c] traducere, quidam iuramentis secundum morem exhibitis, legitimè probauerunt ipsos in [d] quinto consanguinitatis gradu sibi inuicem attingere. Quia verò requisisti à nobis quid agendum sit, cùm quidam alius probare velit contra prædictam probationem iuramentis canonicis factam, & partibus publicatam nullo eos sese consanguinitatis gradu contingere: respondemꝰ quòd standum est [e] probationi priori.

Summæ rerum.

1. *DE formula loquendi, vt asseris.*
2. *De vocula, assertus.*
3. *Referēs simpliciter alterius dicta, ea nō videtur fateri.*
4. *Per verba futuri temporis contrahuntur sponsalia.*
5. *Per verba præsentis temporis contrahitur matrimonium.*
6. *Verba, ducere, traducere, quid significent.*
7. *Traductio mulieris ad domū, facit sponsalia transire in matrimoniū.*
8. *Prohibitio matrimonij hodiè non excedit quartum gradum.*
9. *Probato impedimento consanguinitatis in matrimonio, post publicatas attestationes, alij testes ad docendum contrarium non admittuntur.*

10.11. *Declaratio c. series. & c. cùm in tua ꝭ. de testib.*

12. *Si ius aliquod exceptiuè ad communes regulas veniat, illud extendi potest ex similitudine rationis.*

13.14. *Si impedimentum non possit remitti consensu partium, licitū est etiam post publicata testimonia, alios testes producere:*

15. *Modò id fiat cum praeuia causæ cognitione.*

a Vt asseris.) Hunc loquendi modum quidam hîc commendant in eum vsum, vt si quis dicta aduersarij sui referat, nec

rat, nec ea approbare velit, hac loquendi formula vti debeat, *vt asserit:* sic enim non censebitur ea vel confessus esse, vel probasse, quæ retulit. † Hinc est, quod causidici vulgò soleant 2.
adijcere voculam, *assertus:* vt assertus procurator, assertus libellus, assertum [a] testamentum &c. Quanq́ autem hæc cautela vtilis est, non tamen est necessaria: † quia etsi omittatur, ad- 3.
huc tamen simpliciter alterius dicta referens, ea fateri non videtur, vt [b] Dd. alibi tradunt.

a. vide tex. in c. ad hæc. et ibi Butr. §. de referi. Bal. c. fluduisti. s. de offi. leg.

b. glo sing. in l. Gallus. §. idem videndum. in ver. pronepos. in fi quam Ang. Imo. et Alex sequuntur. ff. de lib. & posthu.

b Accepturum) † Per huiusmodi [c] verba futuri tem- 4.
poris, quando quis promittit, se ducturũ vel accepturum talem in vxorem, sponsalia de futuro contrahuntur: Quandoq; tamen etiam per verba futuri temporis sponsalia de præsenti contrahuntur, videlicet quando respiciunt executionem matrimonij. tum enim vtcunque in futurum concepta sint verba, sponsalia de præsenti contracta intelliguntur, saltem tacitè: [d] vt si dicam, promitto quod ab hoc tempore habiturus sim te in vxorem legitimam: vel promitto ex hoc die me Titium in maritum habituram, vt hic Panor. notat: quod ad instrumenta nuptialia conficiunda conducere potest. † Cæterùm si verba e- 5.
nuncientur in tempus præsens, vt duco vel accipio te in vxorẽ, quin nuptiæ de præsenti contractæ sint, [e] nulli dubiũ est: continent enim in se purũ, & absolutum consensum ipsorum contrahentium. Et hæc quo ad vinculum matrimoniale non differunt à vero matrimonio: sed quo ad executionem ipsius matrimonij dicuntur sponsalia.

c. c. de illis & c. penul. j. de sponsal.

d. tex sing. in c. ex parte j. de sponsa.

e. c. sicut ex literis. & c penul. j. de sponsa.

c Traducere) † Verbum hoc *ducere*, item *traducere*, bifa- 6.
riam accipi solet: primùm de iure, vt sic designetur matrimonium de præsenti: deinde de facto, id est, ꝑ actuali traductione ad domum. Si tamen simpliciter prolatum sit, de ipso contractu matrimonij intelligi debet, sicq; hic [f] accipitur: secus si dicatur de traductione [g] ad domum. Veteribus enim mos fuit, nuptam è patris domo noctu tædis prælatis velatam in mariti domum deduci. † Et diligenter notes, si præcedentibus spon- 7.
salibus de futuro mulier deinde ad domum mariti traducatur, mox sponsalia transire in matrimonium: atque ita [h] Baldus & Deci. censuere, idemq; Soci. ex facto consultus respondit.

f. et in c. 1. j. de sponsa. c. debitum. de biga. cum similib.

g. l. mulierem. ff. de ri. nup. l. pen. ff. de do. in. vi. et vxo. Soci. consil. 223. Deci. hic.

h. in l. cum inter. in prin. C. de dona. an. nup.

d Quinto) Hoc olim obtinebat, quòd copulatio matrimonij in quinto consanguinitatis gradu prohiberetur. † Hodiè 8.
[i] verò prohibitio hæc non excedit quartum gradum, siue de consanguinitate, siue de affinitate loquamur.

i. tex. in c. non debet. j. de cons et affi.

e Proba. priori.) † Hinc ergo discimus, si in matrimo- 9.
nio contrahendo, probatum sit impedimentum consanguinitatis, eiusq́ue probationis attestationes iam publicatæ, alios testes admittendos non esse, qui defectum impedimenti docere, sicq́ue matrimonio contrahendo subuenire vellent. Quæ cap. nostri decisio fundat se ex communi iuris regula, [k] qua dicitur, *post publicationem attestationum non recipi testes de eisdem articulis, vel dire-*

k. de qua in c. fraternitatis. vbi et nos dicemus j. de testi. et c. cum Ioannes. j. de fi. instru.

10. *vel directò contrarijs, cùm subsit timor subornationis.* † Verùm cum hac determinatione velut ex diametro pugnat, quòd [l] Clemens III. & [m] Innocentius III. alibi scribunt, probata consanguinitate recipiendos esse testes alios ad candẽ improbandam. Glos. verbosè hic agit in dissoluenda hac antinomia. Receptior [n] solutio est, quòd [o] Clementis III. rescriptum procedat in matrimonio iam contracto: nostra verò decretalis in sponsalibus siue matrimonio contrahendo. In contracto enim matrimonio propterea etiam post publicata priorum testium dicta admittuntur alij, quia ibi subest periculum animæ, si dirimatur coniugium legitimè [p] copulatum: quod in contrahendo non est. Etsi enim de præsenti non contrahantur sponsalia, cessat tamen omne periculum: ideoq; cùm cesset ratio exceptionis, meritò communi regulæ eo casu adhæremus, vt publicatis attestationibus super articulis directò contrarijs alij testes non recipiantur.
11. † Ex quibus conficitur, [q] beneficium prædicti rescripti [r] Clementis III. in matrimonio contrahendo sibi locum non vendicare, ob id certè: quia quod non est, priuilegio gaudere non [s] potest. excepto vno casu, quando scilicet obiectum impedimentum non esset probatum: tum enim admittentur testes post publicata testimonia ad impedimentum docendum, locusqué erit præfato Clementis III. rescripto, cùm pariter de euitando peccato tractetur, ne scilicet personæ in gradu ꝓhibito contra legem diuinam coniungantur.
12. † Hinc annotat Panor. si ius aliquod exceptiuè ad communes regulas veniat, illud produci extendiqué posse ex similitudine rationis. Quod in nostro themate non est mirum, cùm de fauore animæ agatur: qua specie semper licitam esse extensionem, [t] prodi-tum est.
13. † Pro huius autem materiæ ampliori declaratione obseerues velut pro regula: Quòd vbicunque vitium siue impedimentum consensu partium remitti non potest, vel in matrimonio, vel in sponsalibus, publicatio testium non impediat [u] alios testes produci, nec transeat sententia in rem iudicatam, cùm agatur de ꝑiculo animę. Neq; enim in potestate partiũ est, tacendo confirmare id, quod iure diuino nõ subsistit, vel in quo subest peccatum:
14. † Secus verò est, si vicium vel impedimentum per partes remitti valeat. Qua ratione traditum [u] extat, si pronuncietur validum esse matrimonium inter duas [x] personas, quarum altera negauerat, allegata solùm voluntate & inefficacia verborum: talem sententiam (nisi prouocationis [y] remedio suspendatur) transire in rem iudicatam. Ex quo enim non allegabatur impedimentum, denuò consensisse videntur.
15. † Interim non est omittendum, iudicis officio incumbere, prisquam exaudiat volentem vti beneficio rescripti Clemen. III. [z] vt præmittat aliqualem causæ [y] cognitionem: additq; [a] Baldus, exigendum ab ipso prius esse iusiurandum, quòd testes, quos producere contendit, non subornauerit. quod diligenter menti inprimas, tanquam memorabile.

INNO-

[l] c. series. ĩ. de testi.
[m] c. cùm in tua. ĩ. de testi.
[n] Feli. & Bal. hic.
[o] in d. c. series.
[p] tex. in c. licet ex quadam. ĩ. de testi.
[q] Bal. hic.
[r] d. c. series.
[s] arg c. pen. ĩ. de eccle. ædifi. vel reparan.
[t] Io. And. Butr. Abb. in c. ex tenore. ĩ. qui fi. sint leg. Bart. post glo. in auth. sacramenta pub. C. si aduer. vend.
[u] Panor. hic.
[x] in d. c. series.
[y] Abb. hic. Inno. in c. tenor. in glo. 2. ĩ. de re iudi.
[z] per tex in simili in §. quia verò. Nouel. de testi.

INNOCENTIVS III. ARCHID. Parisien.

CAPVT VII.

Poſt ceſſionem: & infrà. Cùm igitur per literas [a] iudicis ordinarij (quibus [b] ſtandum eſt donec probetur contrarium) nobis conſtiterit, quod V. [c] excommunicatus erat, cùm procurationis officium aſſumſit. Ipſum tanquam procuratorem non duximus admittendum.

Summæ rerum.

1. *EPitome huius cap.*
2. 4. *Appellatione ordinarij etiam inferior ab epiſcopo (continetur.*
3. *Plus & minus non differunt ſpecie.*
5. *Ordinarius quis dicatur.*
6. *De varijs acceptionibus verbi, ſtare.*
7. *Excommunicatus repellitur à procurando: & quæ ſit ratio: & nu. 8. non tamen ipſo iure, ſed ope exceptionis. nu. 10. 12.*
9. *Prohibito fine, media quoq; prohibita cenſentur.*
11. *Excluſus à procurationis officio eatenus admittitur, quatenus aduerſus ipſum non excipitur.*
13. *Lapſus Dd. in hoc cap. & verus eius intellectus.*
14. *Geſta per procuratorem excommunicatum valent.*
15. *Excommunicatus poteſt conſtitui procurator ad negotia.*
16. *Excommunicatus conſtitutus procurator cũ clauſula ſubſtituendi, poteſt alium ſubſtituere.*
17. *An literis ordinarij credendum ſit in quibuſcunq; actibus probandis, concluſionibus declaratur.*
18. *Literis authentico ſigillo obſignatis creditur in his, quæ ad officium ſigillantis pertinent: fallit vt nu. 20. & 25.*
19. *Idem in arbitris obtinet.*
22. *Literis ſigillatis non creditur ſine teſtibus in his, quæ aliena ſunt ab officio ſigillantis: fallit vt nu. 25. 26. 27. 28.*
23. *Literis mercatorum quatenus credendum.*
24. *Nuncio quatenus fides adhibenda.*
29. *Literæ cuiuſcunq; iudicis ſigillatæ & à teſtibus ſubſcriptæ plenè (probant.*

Quia) Interpretes variant in ſumma ſiue argumento huius cap. iſtud in hanc epitomen, velut textui amiciorem, contrahendum cenſeo. † Si per literas ordinarij probetur, aliquem 1.
ſemel fuiſſe excommunicatum, niſi poſtea abſolutus oſtendatur, à procuratione iudiciali repellitur.

a Iudicis ord.) † Cùm Pontifex ſimpliciter de ordina- 2.
rio loquatur, non ſolùm de epiſcopo, qui generalis eſt [a] & maior ordinarius, ſed & de quouis inferiori ordinario [b] accipi poteſt. quod Panor. ad interpretandam legem municipalem condu-

a. c. 1. ſ. de offi. ordi. & c. cùm epiſcopus. eo. tit. lib. 6.
b. tex. cum glo. in c. ordinarij. verbo. locorum. de offi. iud. lib. 6.

conducere censet. Quamuis enim episcopus maior ordinarius
3. sit: † quia tamen plus & minus non differunt [c] specie, non ab-
surdum est, sub generali nomine ordinarij etiam inferiorem
contineri: cùm species omnes sub genere [d] includantur.
4. † Quod tamen verum est, quando materia, qua de agitur, non
repugnat, sed etiam inferioribus accommodari potest, aliàs se-
cus: sicq; secundum subiectam materiam ordinarium accipi-
5. mus. † Est autem ordinarius, qui iurisdictionem generaliter
iure suo, non alieno beneficio exercere potest: vel qui natiuam
non datiuam iurisdictionem habet, id est, qui eam iure magi-
stratus, non mandato speciali obtinet.

c. l. fin. ff. de fun. instr.
d. l. si quid earum. §. interemptum. de leg. 3.

b Standum) Id est credendum, vel quibus est adhiben-
6. da fides. † quæ interpretatio ex natura huius verbi, *Stare*, in-
fertur, quæ generalis est. Nam stare alicui rei, idem est, quòd
acquiescere & non [e] contrauenire. Dicimus etiam stare pro
aliquo, pro, partes eius sequi, & ei fauere: stare decreto, pro,
obedire & non prouocare, **dem vrtheil statt geben.** Sed & pro ma-
nere & firmum esse [f] quandoq; accipitur. Dicimus item stare
per te, per illum, quò minus id fiat, cùm nos, vel alij causa su-
mus, [g] ne quid fiat, **Es stehet bey dir / oder bey dem / ob es ge-
schehe.**

e. l. diem proferre. §. stari. ff. de arbi.
f. l. sancimus. C. de testa.
g. vide l. 1. §. non exigitur. l. vlt §. vlt. ff. quod lega. & l. si per te non stat. C. de vsur.

7. c Excommunicatus) Id est, extra communionem ec-
clesiæ separatus, † Tantæ enim vis est excommunicatio eccle-
siastica, vt ea percussus etiam ab officio vili procurationis re-
pellatur: Quod Abbas & Areti. inductum esse censent, partim
vt periculũ communionis [h] euitetur, partim quia tale officium
illi proficuum esse possit, quod excommunicato non est indul-
gendum, vt facilius resipiscat. Nam eisdem rationibus & à te-
stificando, [i] & à iudicando excommunicatus repelli videtur.
Verùm hæ rationes nimis effusæ sunt ac generales, sic enim ex-
communicatus & à contrahendo arceretur, cùm in contracti-
bus de ipsius vtilitate agatur, subsitq; periculum cõmunionis:
quod tamen falsum esse constat. Potest enim excõmunicatus eme-
re, vendere, locare, aliosq; contractus exercere iure [k] proprio, idq;
8. Dd. vulgò asserunt. † Quare ex [l] Decij sententia dicẽdũ est, cùm
in specie cap. nostri ille excõmunicatus fuerit procurator con-
stitutus ad iudicia, meritò repellitur, ex generali illa regula, quod
excommunicatis iudiciorum portæ non panduntur, [m] sed à iu-
dicijs penitus secluduntur. Quemadmodum ergo excommuni-
catus in iudicio stare prohibetur: ita quoq; si in procuratorem
constituatur ad iudicia, constitutio impermissa atq; inutilis est.
9. † Prohibito enĩ fine, media quoq; prohibita intelligũtur, [n] per
10. quæ ad finem peruenitur. † Ex quo conficitur, procuratorẽ ex-
communicatũ non ipso iure, sed ope tantùm exceptionis à iudi-
dicio submoueri, vt Innocentius voluit: cuius sententiã vtcunq;
minus

h. c. 1. de excep. lib. 6.
i. c. decernimus. de excepti. lib. 6.
k. c. si verò. de sent. excommu.
l. in. c veritatis. ẽ de do. & contu.
m c. intelleximus ẽ. de iudi.
n. l. oratio ff. de spons. l. ibi Bal. C. quæ res expo. non de.

minus receptam, iure tamen verisimam esse, & ipse existimo.
Primùm enim, si excommunicatus ex illa generali regula nomine alieno litem suscipere prohibetur, quia scilicet in iudicio stare non posit, vt suprà dictum est: consequitur, eum ope tantùm exceptionis recusari, cùm si suo proprio nomine in iudicium veniat, non aliter, nisi exceptionis auxilio [o] excludatur.

o. c. 1. de excep. lib. 6.

Deinde hanc assertionem confirmat, quòd de minore scribitur, qui tametsi non habeat legitimam personam standi in iudicio: tamen si pro alio procurator constituatur, constitutio valet,
procediтq; iudicium, nisi minor ætas ipsi [p] obiiciatur. † Quin 11.
imò generaliter traditum est, eum, qui aliàs procurationis officio fungi prohibetur, si procurator constituatur, eatenus in iudicio versari posse, [q] donec repellatur: quid ergo vetat, non
idem in excommunicato respondere? † Nam quod pleriq; aiunt, 12.
hoc singulari quodã iure in odium excõmunicati introductum esse, vt ipso iure eius constitutio sit nulla: nullo colore defendi potest. Cùm enim huiusmodi odium in excommunicato suo nomine agente non consideretur: (quo casu maiori odio grauandus est, cùm de ipsius vtilitate tantùm tractetur) quantò minus considerandum est, si tanquam procurator vicem alterius in procurando refert, cùm tum de ipsius constituentis commodo agatur? Huc accedit, quòd longè minor prohibitio videtur, si quis alieno nomine, [r] quàm si proprio agat.

p. glo. in l. exigendi. in verb. non iustè. & ibi Bar. C. de procur.

q. Bar. in l. filiumfa. §. veterani. in fi. de procur.

r. arg l. furti. §. qui alieno. ff. de his qui no. infa.

† Nec huic sententiæ repugnat præsens cap. (quod fefellit Do- 13.
ctores) si eius hypothesin siue facti speciem rectè pensites: in eo enim consideratur tempus, quo assumptus erat ad procurationis officium: quia tempore assumptionis ex literis ordinarij constabat, ipsum excommunicatum fuisse. Cùm itaq; postea constituentis vicem in sustinendo iudicio vellet gerere, ex aduerso obiecta illi fuit excommunicatio, quæ ipsum in iudicio versari vetaret. Hæc cùm probanda esset ab excipiente, dubitareturq;, an sufficeret docere, ipsum tempore assumptionis fuisse excommunicatũ: responsum est, id sufficere. adhuc enim excommunicatus præsumetur, donec se absolutum [f] ostendat. Hunc intellectum, cui & verba textus subiectaq; probationis materia consonant, si receperimus, cap. nostrum Innocentij sententiæ nihil obstare, sed illam potius confirmare constabit, vt procurator excommunicatus, ad instar principalis excommunicati, ope tantùm exceptionis repellatur. Quòd si hanc conclusionem sequamur, multa eorum corruent, quæ Panor. & alij
communiter hic annotare solent. † Primùm, gesta per procu- 14.
ratorem excommunicatum valebunt, iudiciumq; eatenus procedet, donec per exceptionem excommunicationis submoueatur. Deinde, procurator absolutionem excommunicationis adeptus, admittendus erit: cùm actus à principio non fuerit
nullus. † Tertiò, excommunicatus poterit constitui procura- 15.
tor ad negocia. † Deniq;, si procurator assumptus sit cum clau-

f. c. sicut nobis. ibi Abb. de sent. excom.

sula sub-

16. sula substituendi, in suum locum sufficere alium non prohibebitur: quoniam huiusmodi substitutio per viam contractus expeditur, & in contractibus excommunicatus habilis [t] iudicatur. Et hæc ad enarrationem textus sufficiant.
17. † Porrò Doctores sumpta hinc occasione, cùm in cap. nostro fides adhibeatur literis ordinarij, in probãda excommunicatione, amplius inuestigare solent, nunquid istud sit regulare in alijs actibus probandis? Qua in re glos. hìc tres opiniones refert, Panor. sex alias annectit: nos ambagibus prætermissis, quæ veritati magis consentanea videbuntur, infrascriptis con-
18. clusionibus complectemur. Prima conclusio: † Literis authentico sigillo consignatis creditur absq; adminiculis testium in ijs, quæ ad officium sigillantis [u] pertinent. Et cum hoc temperamento mitiganda est eorum opinio, qui absolutè dixerunt, lite-
19. ras ordinarij sigillatas integram fidem facere. † Prædicta conclusio in arbitris quoque locum habet: nam & eorum literæ consignatæ plenam fidem merentur, in pertinentibus ad ipsorum officium, cùm eadem sit ratio, arbitriaque ad instar iudiciorum [x] redacta sint. Nec aduersatur Iustiniani [y] rescriptum, per quod moti Panor. & alij diuersùm responderunt: quia loquitur in his, quæ arbiter viua voce depromit, non de scriptu-
20. ra siue literis arbitri. † Huic tamen conclusioni locus non est in iudicialibus, in quibus non creditur indistinctè iudici in præiudicium alterius: quemadmodum infrà [z] suo loco dicemus. Non enim creditur literis episcopi, quando vt iudex procedit, præsertim in his, quæ non pendent ab arbitrio iudicis: secus in his, quæ iure officij iudex pro arbitrio disponere
21. potest, vt rectè [a] Baldus docet. † Deinde non obtinet conclusio, quando aduersus iudicem scribentem subesset præsumptio
22. aliqua fraudis: [b] tum enim eius literæ non facient fidem. † Secunda conclusio: literis authentico sigillo munitis non creditur absq; testium asseueratione vel subscriptione in his, quæ aliena sunt ab officio sigillantis. Autoritas enim sigilli restringitur ad causam & officium, ad quod sigillum [c] est destinatum. Et cum hoc moderamine defendi potest eorum assertio, qui literas sigillatas atque testium adminiculo non probare censent.
23. † Sic etiam, si lege municipali caueatur, libris mercatorum fidem esse adhibendam, hanc legem ad ea tantum, quæ mercantiam respiciunt, coarctandam esse, [d] Romanus ex facto consul-
24. tus respondit. † Paria & de nuncio traduntur, cui in his duntaxat creditur, quæ ad eius officium [e] spectant. Aliquoties ta-
25. men hæc doctrina non obtinet. † Primùm si consuetudo sit in contrarium, quia tunc indistinctè secundum dictamen consue-
26. tu[...]is præstanda esset fides [f] literis. † Deinde si leues sint causæ, & modici [g] præiudicij, quia in leuibus creditur etiam extra
27. [h] officium. Tertiò ex huiusmodi literis generaliter semiplena probatio [i] inducitur. Vnde traditur, in casibus, in quibus

t. vt no. in d. c. veritatis. ſ. de do. et contu.
u. c. 1. ſi episcop. dist. 13. c. non debet. dist. 75. c. cùm inter. ſ. de electi. c. 1. ſ. de treu. & pa. Inno. c. 1. ſ. de fi. instru. Io. And. ad Spec. de instru. edi. § nunc dicendũ. ver. secundũ supple. Bal. in rub. C. de fi. instr.
x. l. 1. ff. de rece. arbi.
y. in l. ne in arbitris. C. de arbi.
z. glo. hic. c. quoniam contra falsam. ſ. eo.
a. l. si qua per calumniam. col. vlt. C. de epi. & cler.
b. Deci. hic. arg. c. 1. ſ. de proba.
c. c. significauit. ſ. de appella.
d. consil 204. et 205. idem in l. admonendi. col. 26. ff. de iureiu.
e. Io. And. ad Specul. de cita. §. 1. in princi. Abb. c. cùm parati ſ. de appella.
f. arg. c. cùm dilecti. ſ. de fi. instru. Inno. in c. 1. eo. tit.
g. Bal. & alij hic.
h. c. 1. ſ. de cle pereg.
i. c. in præsentia. ibi Inno. ſ. de renun.

ſemiplena probatio ſufficeret, huiuſmodi literas integram fi-
dem[k] facere: quales ſunt, ſi de factis antiquis, aut probandis
finibus agamus. † Poſtremò ceſſat concluſio in ſcriptura prin- 28.
cipis, qui ſuperiorem non agnoſcit, is enim cùm poſſit in cauſa
propria eſſe iudex, & ſcripturæ ipſius plena fides[l] adhibenda
videtur. † Tertia concluſio: Literæ epiſcopi, vel cuiuſcunque 29.
alterius iudicis authentico ſigillo roboratæ, teſtium ſubſcri-
ptionem habentes, plenè probant in quibuſcunque[m] negocijs:
huiuſmodi enim literæ inſtrumento publico[n] comparantur,
quòd integram habere autoritatem faciendæ fidei, nemini du-
bium[o] eſt. Poſſunt quoque acta iudiciaria per tales literas
probari, quæ ſigillo ſunt vallatæ, teſtiumque ſub-
ſcriptionem[p] habent: qua de re[q] infrà
ſuo loco plura, & commo-
dius tractabimus.

k. Dec. hic.
l. Bald. in l. exemplo ad fi. C. de proba.
m. Abb hîc in 3. reg. ſito ſuæ concluſ.
n. t. 2. ſ. de fin. inſtru.
o. vt ſ. ad rub. diximus.
p. Abb. hic in 7. reg.
q. c. quoniam contra. ſ. eod.

IDEM ABBATI ET CONuentui Caſſen.

CAPVT VIII.

In præſentia G. ſancti Hadriani diacon. cardi. G. & B. fratres, veſtro ſyndico conſtituto coram ipſo fecere proponi, quòd cùm quondam A. frater ipſorum conderet teſtamentum, M. filium ſuum ſibi hæredem inſtituit, & præcepit, vt ſi abſq; liberis decederet, ad eos bona[a] deuoluerentur ipſius: vnde illa quæ de bonis ipſius veſtrum monaſterium detinebat,[b] ſibi reſtitui poſtulabant, & petebant vos ſuper hoc à ſua moleſtatione compeſci. Verùm ſyndicus ipſe[c] propoſuit ex aduerſo, quòd prædictus M. monaſterio veſtro obtulit ſe & ſua. Vnde vniuerſa, quæ habuerat, erant ad monaſterium deuoluta. quare vniuerſa, quæ ipſi de bonis eius inuaſerant: reſtitui monaſterio veſtro petebat, & ſuper cæteris ſilentium illis imponi. Ad hæc autem pars altera replicauit, quòd dictus M. oblationis ſuæ tempore minor annis fuerat, & quòd voti facti pœnitens quòd feruore infirmitatis fecerat, poſt conuale-

conualeſcentiam reuocauit: & infrà. Vnde cùm ſine liberis deceſſiſſet, ex teſtamento patris, ad ipſos erat ipſius hæreditas deuoluta. Verum ſyndicus reſpondere curauit, quòd licet dictus M. de monaſterio fuiſſet egreſſus, eidem poſtmodum [d] ſe & ſua obtulit humiliter & deuotè, & quòd nec contra oblationem ſuam veniret, [e] iuramento firmauit. Quare cùm conſtet quòd idem M. bis monaſterio veſtro obtulerit ſe & ſua, nec ex aduerſo probetur, quòd vtriuſque oblationis tempore fuerit minor annis probationem veſtram huiuſmodi exceptionis, probatio [f] non elidit: cùm etſi primæ oblationis tempore fuerit minor annis, ſecundæ tamen potuit maior extitiſſe. Præterea cum verbum illud, minor annis, duobus potuerit modis intelligi, cùm & qui minor eſt XIIII. an. & qui XXV. dici ſoleat minor an. intentioni veſtræ verbum dubium [g] non nocebat, cùm intra XXV. an. teneret donatio iuramento firmata. Sed & ſi teneret, quod factum fuerat à dicto A. quia tamen intelligendum non erat ſine hærede decedere, qui [h] monaſterium ſibi hæredem inſtituit, hoc monaſterio non nocebat: & infrà. Dilectus filius H. ſancti Euſtachij cardinalis, attendens quòd ſyndicus veſter intentionem ſuam plenè fundaſſet: & quòd nihil fuiſſet ex aduerſo, ſufficienter probatum, cùm etſi oſtenſum eſſet per teſtes, quòd M. ſuę oblationis tempore fuerit minor annis, vtrùm tamen primæ vel ſecundæ oblationis tempore minor fuerit, & quot annis minor, non fuiſſet expreſſum, de mandato noſtro ſententiam protulit: & prædictis G. & B. ſilentium imponens, ſuper ijs quæ à monaſterio poſtulabant: eos ad reſtitutionem, illorum,

 quæ de

quæ de bonis prædicti M. propria temeritate inuaserant, condemnauit. Nos igitur sententiam ipsam authoritate apostolica confirmamus.

Summæ rerum.

1. *HYpothesis huius cap.*
2. *Verbum, deuoluatur, est commune ad substitutionem directam & fideicommissariam.*
3. *Verba, quibus substituitur alia sunt directa:*
4. *Alia obliqua:*
5. *Et qua substitutio directa, vel obliqua sit.*
6. *Alia deniq; communia siue æquiuoca.*
7. *Hoc cap. loqui de substitutione directa.*
8. *In dubio interpretatio sic facienda est, vt substitutio sit directa.*
9. *In petitione hæreditatis generalis petitio toleratur.*
10. *In hoc cap. non esse actum rei vendicatione, contra Panor.*
11. *In rei vendicatione bona semper specificanda.*

12.13. *An libelli directò contrarij ab vtroq; litigatorum offerri possint.*

14. *Offerens se monasterio, etiam bona sua obtulisse censetur.*
15. *Ingressus monasterij priuat aliquem facultate testandi.*
16. *Donatio omnium bonorum facta ecclesiæ, an valeat: & nume. 17.*
18. *Propter piam causam nil inducendum, quod sit contra bonos mores.*
19. *Si dolo quis allectus sit ingredi monasterium, bona eius non auferuntur legitimis hæredibus.*
20. *Idq; procedit, siue circumuentio facta sit à toto conuentu, siue à singularibus personis, contra Feli. & Abba.*
21. *Ingressus monasterij dolo obtentus an retractetur.*
22. *Professio facta per metum non valet.*
23. *Voluntarium militem requirit Christus, non coactum.*

24.27. *Actus si ritè sit celebratus, præsumitur habilitas personæ, donec probetur contrarium: exempla vide num. 25. 26. & 28.*

29. *Probatio in genere facta an & quando probet.*
30. *Minor 25. annis, & maior 14. monasterium potest ingredi.*
31. *Probatio generalis, dubia, vel æquiuoca, an & quando concludat: & num. 33. 34. 35. 36.*
32. *Indicium quid sit.*
34. *Probatio à communiter accidentibus concludit.*
37. *Dicta testium dubia in fauorem producentis interpretanda.*
38. *Probatio non concludens, si tamen adminiculum præstet, debet admitti.*

1. Facti species, quæ in hoc cap. tractatur, talis est. † Cùm quidam A. nomine, cui duo erant fratres G. & B. in testamento filium M. hæredem instituisset, hac adiecta substitutione, vt si sine liberis decederet, hæreditas ad prædictos fratres deuolueretur: is filius, defuncto patre monasterium Cassense ingressus, huic se suaque bona deuouit & addixit, ibidemque nullis relictis liberis diem obijt. Orta itaque est grauis controuersia inter præfatos duos fratres, qui sese ex substitutione (quàm alij fideicommissariam, alij directam, alij compendiosam factam interpretantur) ad defuncti M. hæreditatem vocari prætendebant, cùm is sine liberis decessisset, sicque substitutis hæredibus locus esset, & inter Cassense monasterium, quod substitutionem euanuisse asserebat, eò quòd prædictus M. filius monasterium ingressus, se suaque illi obtulisset, & monasterium velut hæredem instituisset. Datus est itaque litigatoribus à pontifice quidam cardinalis auditor, vt is controuertentes vicissim audiens, hanc inter ipsos controuersiam sua sententia definiret, quod quomodo factum sit, quoquo ordine coram ipso progressum, capituli nostri series explicabit. Nunc ad textus explicationem pergamus.

2. a Deuoluerentur) † Hæc sunt verba substitutionis factæ filio M. à patre suo: quæ an directam, vel fideicommissariam importent substitutionem, dubitari potest, cùm verbum (deuoluerentur) sit verbum commune, vtrique substitutioni
3. [a] deseruiens. † Quod vt rectè intelligatur scire oportet, verba quibus substituitur, sub triplici esse differentia. Alia enim sunt *directa*, per quæ substitutus ad hæreditatem peruenit per se directò, non per mediam personam: qualia sunt, hæres esto, dominus [b] esto, hæredem [c] instituo, hæreditatem accipiat, &
4. similia. † Alia dicuntur *obliqua*, per quæ testator rogat, vt hæreditatem restituat, reddat, det alteri: idem si velit, iubeat,

a. Bart. l. 2. ff. de ali. et cib. leg. et l. centurio. vbi Dd. communiter. ff. de vul. & pup. Bal. l. Lucius eo. tit.
b. l. his verbis. in prin. ff. de hæred. instit.
c. eo. tit. ff. de hære. insti.

 mandet,

mandet, in summa sunt, per quæ substitutus bona hæreditaria non per se, sed ministerio alterius cõsequitur. † Hinc igitur sub- 5.
stitutionem, quæ fit directis verbis, *directam* nuncupamus, vt per quam substitutus hæreditatem testatoris directò & immediatè, ac iure velut proprio accipit. Quæ verò verbis obliquis concipitur, *obliquam* siue *fideicommissariam* dicimus, vt per quam substitutus hæreditatem testatoris ex manu alterius, & sic via obliqua consequitur. † Alia denique verba sunt *communia*, 6.
siue vt [d] Faber nominat, *æquiuoca*, quæ scilicet non tantùm directæ substitutioni conueniunt, sed etiam ad fideicommissariam accommodari possunt. qualia sunt, substituo, deferatur, deuoluatur, veniat, perueniat, redeat, habeat, & si quæ sunt id genus alia. † Ad propositum redeundo, cùm in huius cap. hy- 7.
thesi testator ita præceperit, vt filius suus absque liberis decederet, bona ipsius ad fratres testatoris deuoluerentur: sicque vsus sit verbo communi, quod ad vtramque substitutionem trahi potest, variârunt interpretes, qualis substitutio facta fuerit, directa, an fideicommissaria? Et Panor. fideicommissariam fuisse [e] existimat. quam sententiam videtur quoque firmare verbum, *præcepit*, quod obliquum esse constat. Butrius verò mauult directam interpretari, quod pariter sustineri potest. † Expediti enim iuris est, [f] in substitutionibus semper inter- 8.
pretationem faciendam esse, si verba id (vt in casu nostro) patiantur, vt substitutio directa intelligatur potius, quàm fideicommissaria siue obliqua. Quamcunque verò interpretationem recipiamus, parùm refert: firma enim vtraque specie manet cap. nostri determinatio.

b Sibi restitui.) Non facta rerum hæreditariarum specificatione. Agebant enim illi substituti fratres (si obliquam intelligas factam substitutionem) fideicommissaria hæreditatis petitione: vel (si de directa accipias) hæreditatis [g] petitione, † in qua toleratur generalis & incerta petitio, sine aliqua rerum 9.
specificatione. Est enim petitio hæreditatis iudicium vniuersale, vbi non respicimus res, vel partes principaliter, sed ius hæreditatis. Meritò ergo actor nõ tenetur exprimere in specie res hæreditarias, nec in principio, nec in progressu iudicij, [h] sed hoc executionis tempore fieri sat est. Nec aduersatur, quod nonnulli obijciunt, in nostro themate substitutis illis hæredibus actoribus non esse factam restitutionem: vel quia, ex quo grauatus pendente lite alienauit, censetur ipso iure facta [i] restitutio, vt Areti. voluit: vel quia ex æquitate canonica agi potest non facta restitutione, vt circuitus euitetur, quod Baldus censuit. nam interdum idem [k] iure quoque ciuili permitti constat. † Cæterùm quòd Abbas hic rei vendicatione actum fuisse 10.
existimat, quasi fratres illi ratione dominij bona defuncti sibi restitui petierint: hoc Decius rectè improbat, † cùm in hac acti- 11.
one bona semper specificari [l] debeant, quod hic factum non est.

[c] Proposuit

d. § vlt. Insti. de pupil. substi.

e. hic per l. hæredibus. §. 1. ff. ad Trebell.

f. text. sing. in c. si pater. de testa. lib 6.

g Imol. & Aret. hic

h. l. 4 ff. de peti. hæred. Abb. c. 2. ĩ. de lib. obla. & dixi de hoc in §. actionum. num. 127. Inst. de actio.

i. per l. si duobus. §. sin autem. ibi glo & Dd. C. comm. de lega.

k. l. vlt. C. ad Trebell.

l. Bart. in l. Titia. 1. §. Lucius. de lega. 2. Inno. c. cùm ad sedem. ĩ de rest. spol. & Ab. c. 2. ĩ. de lib. obla.

12. c Propoſuit ex aduer.) † Ex his verbis adparet, ſyn-
dicum monaſterij Caſſenſis conuentum in iudicio porrexiſſe a-
ctoribus libellum reconuentionis, ipſorum libello directò con-
trarium. Quod tamen pugnare videtur cum Innocentij [m] do-
ctrina, à Doctoribus communiter approbata, qua traditur;
vbicunque virtute primæ petitionis & inſtantiæ inchoatæ per
actorem definiri poteſt illud, quod reus conuentus nouo libel-
lo aduerſus eundem actorem deducit, huiuſmodi nouum libel-
lum neutiquam admittendum eſſe. Huius tamen contrarium
in cap. huius themate obſeruatum fuiſſe videmus, & vtrinque
libellos directò contrarios eſſe receptos. † Imola reſpondet,
13. hoc factum eſſe reſpectu diuerſarum rerum, quæ viciſſim pete-
bantur: [o] quo caſu id permittitur, cùm vtraque petitio ſit eiuſ-
dem vis, nec vna dicatur maior altera: vt & [p] Bartolus alibi
declarat. Nec infringit hanc reſponſionem, ſi quis dicat, in
textu noſtro eorundem bonorum intuitu videri datos eſſe li-
bellos contrarios: quia & actores (nempe fratres teſtatoris)
petierint bona, quæ monaſterium poſſidebat: & contra ſyn-
dicus monaſterij ſuper eiſdem poſtulârit parti actrici ſilentium
imponi. Quia reſpondeo, ſi ex parte rei conuenti petatur actori
ſilentiũ imponi, iſta non dicitur pétitio, ſed potius defenſio, vt
Butrius & Aretinus hìc declarant: ſicque non ſunt duo libelli
contrarij earundem rerum contemplatione.

14. d Se & ſua.) † Sufficiebat tamen ſe obtuliſſe monaſte-
rio, quia in cõſequentiam bona quoq; ad monaſterium [q] tranſ-
15. miſiſſet: ſicque gloſſam hic temperare oportet. † Porrò hinc
Abbas & Felinus notant, poſſe quem ſeipſum priuare poteſtate
16. teſtãdi per monaſterij [r] ingreſſum: † Ex quo Bartolus [s] alibi in-
fert, donationem omnium bonorum, præſentium & futurorum
factam eccleſiæ ſiue monaſterio, valere. Nam qui ſeipſum DEO
17. dicare poteſt, lõge fortius omnia bona ſua. † Sed hoc mihi per-
durum videtur. neque enim maior fauor eſt piæ cauſæ, [t] quàm
filiorum: ſed hoc in filijs non [u] reciperetur: quantominus in
18. pia cauſa. † Etenim propter piam cauſam non debemus quic-
quam moliri, quod ſit contra bonos mores, cùm eccleſia cul-
trix [x] ſit iuſtitiæ, actusq; turpis in eccleſiaſticis hominibus de-
teſtabilior habeatur, quàm in alijs. ſed in hac re cuiuis liberum
relinquo iudicium. Interim tamen videmus, Canoniſtas vul-
gò quicquid poſſunt, in ſementem eccleſiæ reponere.

e Dum Iuramento firma.) Hinc Panormi. colligit, li-
citum eſſe, oblationem ſuam factam monaſterio iureiurando
firmare, nec per hoc præſumi, aut ſiniſtram ſuſpicionem ori-
ri, quaſi per monaſterienſes auiditate ſuorum bonorum ad in-
grediendum fuerit perſuaſus. Hoc dogma in dubio verum eſ-
19. ſe poteſt: † ſin autem conſtaret, aliquem ſuaſiunculis & dolo
circumuentum eſſe, vt ſe monaſterio dicaret, nullum ex bonis

m. In c. cùm contingat §. de offi. deleg.
n. præcipuè Ang. in l. cùm ambo ff. de iudi. & Caſtren. l. in tribus eo. tit.
o. arg. l. ſi inter me & te. ff. de excep. rei iudi.
p. in l. fundum. ff. de excepti.
q. §. ſed hac præſenti. Nouel. de ſanc. epiſ. & auth. niſi rogati. C. ad Trebell.
r. auth. ingreſſi. C. de ſacroſanc. eccle.
s. In l. vlt. C. de pac. idemq; ſentit Abb. in c. vlt. §. de ſucceſ. ab inte. & c. 2. §. de conceſ. præben.
t. Dd. communiter in l. 1. C. de ſacroſ. eccle.
u. Dd. communiter in l. ſtipulatio hoc modo. de verb. obli.
x. c. 1. §. 1. de alienſeu.
y. §. cogitandum Noue. de Monac.

ſuis commodum ad monaſterium redundaret, ſed illa reſtitu-
enda eſſent legitimis hæredibus, qui aliàs ei ab inteſtato ſuiſ-
ſent [z] ſucceſſuri. † Quod ego indiſtinctè procedere cum Decio 20.
crediderim, ſiue talis circumuentio culpa totius conuentus,
ſiue ſingularium perſonarum facta ſit: vtcunque in poſterio-
ri ſpecie Felinus & Abbas contrà ſentiant, quaſi id monaſte-
rio, cui ex diſpoſitione Auth. ingreſſi. [a] Cod. de ſacroſan. ec-
cle. debeantur bona, non valeat præiudicare. Neque enim
tum de præiudicio eccleſiæ agi videtur, cùm bona monaſte-
rio licitè acquiſita non ſint: ducta ſimilitudine à ſeruo, cui mo-
nachi [b] æquiparantur. † Quanquam autem ſi per fraudem 21.
quis allectus monaſterio ſe deuouerit, bona ipſius monaſterio
non acquirantur: ingreſſum tamen & profeſſionem nihilomi-
nus valere volunt, nec hanc ratione doli [c] retractari poſſe.
Quod forte recipi poteſt, niſi talis dolus interueniret, qui e-
tiam prudentiſſimum quemque falleret, tum enim ingreſſum
vitiari, nec profeſſionem obtinere, Innocentius [d] humani-
ter & rectè cenſuit: cùm talis dolus conſenſum quoque tolle-
re videatur: † & profeſſio per metum facta nullius ſit [e] robo- 22.
ris. Sic etiam [f] Panor. ſcribit, quòd mulier imperio paren-
tum coacta ingredi monaſterium, poſſit deinde liberè recede-
re: imò quòd timor & ſola reuerentia patris impediat ingreſ-
ſum [g] religionis, nec mirum: † voluntarium enim militem vult 23.
Christus, non [h] coactum.

f Non elidit) Syndicus monaſterij in noſtra hypothe-
ſi ſe ſola oblatione fundauit, qua probata, habilitas offeren-
tis præſumenda erat. † Vbicunque enim actus cum debita for- 24.
ma celebratur, habilitatem perſonæ eatenus præſumi, quan-
diu ex aduerſo probatione neceſſariò concludente doceatur
contrarium, communi calculo [i] tradunt interpretes. † Quod 25.
Imola [k] præ cæteris extollit, inferens ex eo, producentem te-
ſtamentum à minore XXV. annis conditum, non adſtringi,
vt probet teſtatorem, tempore conditi teſtamenti, maiorem
XIIII. annis [l] fuiſſe: cùm in dubio ad teſtandum quilibet
habilis & [m] idoneus cenſeatur. † Pari ratione omnis contra- 26.
hens legitimæ ætatis eſſe [n] præſumitur, vnde onus probandi
contrarium transfertur in aduerſarium. † Porrò huiuſmodi 27.
præſumptio admodum efficax robuſtaque eſt, vt per genera-
lem & imperfectam exceptionem ſiue probationem ex aduer-
ſo factam ſubuerti aut elidi non poſſit, licet aliquatenus obfu-
ſcetur & reddatur dubia, quòd textus noſter euidenter [o] pro-
bat. Facit quod Bart. [p] alibi ſcribit, intentionem actoris ple- 28.
nè probantis non elidi vllo modo ex contraria aduerſarij pro-
batione imperfecta. Quod tamen ad ciuiles controuerſias re-
ſtringendum eſt: in criminalibus enim cauſis exceptio ſiue
probatio intentionem actoris dubiam reddens eam penitus

q excludit:

z c. conſtituit. 2. q. 3. de quo facit feſtum Abb. hîc. et in c. præterea. 1. ſ. de offi. dele. Specu. tit. de ſta. mo. §. vlt. ver. 64. & Bal. auth. ſi qua mulier. ad fi. C. de ſacroſ. eccleſ.

a. canonizata in c. ingredientibus. 2. quæſt. 3.

b. Deci. hîc. per tex. in l. quod ſeruus. de acqui. poſſeſ.

c. per tex. in d. c. conſtituit.

d. in c. cùm dilectus. ſ. quod me. cau.

e. c. 1. ſ. quod me. cau.

f. in c. cum iuramen. ſ. de regula.

g. per glo. ſingul. in c. præſens. verb. patre. 2. quæſt. 3. Imol. in l. ſi cùm dotem. §. eo autem tempore. ff. ſolu. matri.

h d. c. præſens.

i. in hoc cap.

k hîc.

l. l. qua ætate. ff. de teſta.

m. Bal. in auth. omnes peregrini. C. com. de ſuc. & l. nulli. C. de epi. & cler.

n. l ab ea parte. ff. de proba. Bal. in l. 1. C. ſi mi. ſe. ma. dixe.

o. vt Panor. hîc latius deducit.

p. in l. admonendi. ad fi. ver. quæro quid ſi actor. de iureiu.

[q] excludit: in delictis eo ipso quod intentio actoris ex aduerso redditur dubia, satis est ad absolutionem rei.

29. g Non nocebat) † Probatio in genere facta non prodest, quando quælibet species generis non consequitur illum effectum, ad quem proponitur. Sume exemplum ex textu hic: In eo enim etsi probatum esset, quòd M. tempore oblationis minor ætate fuerit, hoc tamen non sufficit: quoniam bifariam quis minor annis dici potest, & ante XXV. annos, & post XIIII. annos. In posteriori specie probatio concludebat:
30. in priori verò non item. † Minor enim XXV. annis, & maior XIIII. religionem ingredi, seu monasterio se deuouere non [r] prohibetur: & ideò vtraque species non concludit secus si dixisset, minor annis XIIII. vel XII. quia vtraque conclusisset. Et per istum textum decisæ sunt in diuersis locis variæ quæstiones, quas Butrius & Imola [s] alibi congessêre, ad quos iuris studiosum remitto.

31. † Porrò ex prædictis consequitur, probationem generalem, dubiam, vel æquiuocam non concludere, nec declarandam esse iuxta intentionem probantis. Hoc tamen aliquoties non procedit: primùm, si agatur de probatione, quæ non potest esse, nisi præsumpta, tunc sufficit probare per præsumptiones: vt est in filiatione probanda, [t] quòd aliquis sit illius filius, &c. Secundò, si agatur de probandis indicijs, sola veri-
32. similis probatio recipitur. † Est enim indicium coniectura ex probabilibus & non necessarijs caussis [u] orta. Erunt autem coniecturæ idoneæ, quando frequenter & facilè [x] concludunt.
33. † Tertiò, si probatio dubia & generalis adiuuetur præsumptione iuris, satis concludit: sufficit enim probare terminos, ex quibus lex præsumit. Exemplum est in textu, vbi probato ingressu in monasterium, fundata fuit intentio monasterij: cùm ingressio præsumatur facta ab eo, qui sit legitimæ ætatis. Pari ratione, si testis dicat, scio conditionem Titij, quia sum illi coniunctus, hoc testimonium recipitur: cùm lex præsumat, coniunctum scire qualitatem [y] coniuncti. Idem in teste obti-
34. net, dicente se scire hoc, quia sit [z] vicinus. † Quartò, si probatio concludat à communiter accidentibus, vtputa quia aliquid vt plurimum ita sit, licet interdum possit esse aliter, huiusmodi probatio nō est [a] infirma: & scribit [b] Baldus hunc locum à communiter accidentibus mente tenendum esse, & exemplificat in [c] homicidio, [d] incendio, [e] meretrice, & [f] similibus. † Quintò, si
35. probatio dubia verificari possit, & cōcludat in quolibet intellectu iuxta intentionem probantis, [g] valet: nam & alternatiuam exceptionem procedere constat, quando quælibet [h] concludit.
36. † Sextò, si communis loquendi vsus acciperet verba in aliqua certa

q. Bart. in l. ... §. se rep... ff. de no. ope. nu...
r. c. 1. de regula. lib. 6.
s. c. super his. ȷ̃. de accusat.
t. l. filium. ff. de his qui s. s. vel ali. iur. l. si vicinis. C. d. nup.
u. Bal. in l. non hoc. C. vnde legi.
x. Feli. hic.
y. l. tutela. C de rest. in inte. mi. l. 1. ibi Bar. ff. si cer. pe. & l. de ætate. ff. de min.
z. Bar. in d. l. 1. Salice. & Castren. d. l. non hoc.
a. glo. sing. in l. neq; natales. C. de probat.
b. ibidem.
c. eodem loco.
d. Bal. l. 3. §. cognoscit. in prin. ff. de offi. præfec. vigil.
e. Bal. d. l. neq; natales & ibi Butrig.
f. vide Nicol. Euer. in top. lega. loco 56.
g. Feli & Deci. hic & Butr. in c. plerunq; ȷ̃. de rescri.
h. Feli. c. tertio loco. ȷ̃. hoc tit.

certa significatione, tum probatio verbis etiam de sui natura
æquiuocis facta, adaptatur ad intentionem probantis, pro-
pter communem vsum loquendi: quod velut singulare [i] Ma-
thesillanus quoque annotauit. Porrò pro coronide huius do-
gmatis duo aduertenda in eo sunt: † primum est, quòd licet 37.
probatio dubia non releuet, dicta tamen testium in mitiorem &
benigniorem partem in fauorem producentis interpretari [k]
debeant. † Alterum, quamuis probatio non sit concludens, ta- 38.
men per iudicem admittenda est, si modò adminiculetur. Iu-
dex enim omnes probationes recipere est obnoxius siue ple-
næ & perfectæ sint, siue imperfectæ ac semiplenæ: imò etsi
duntaxat indicium & adminiculum præstent: quod Doctores [l]
alibi vberius prosequuntur, vbi videri potest.

i. Mathes. notab 101.

k. Inno. in c. cum clamor. ∫. de testib. Bal. in l. Lucius ff. de infam.

l. Bal. & alij in l. ordinarij. C. de rei vendi.

h Monasterium) † Ioan. de Imola hunc textum ceu 39.
singularem notat, quasi probet, monasterium esse loco hære-
dis, atque adeò loco liberorum. Nomen enim *hæredis* hoc loci
pro liberis [m] accipitur: quia aliàs non videretur verificata
conditio testamenti, quæ requirebat defectum liberorum. Bar-
tolus [n] verò negat iure doceri posse, quòd monasterium libero-
rum vicem obtineat: multa enim absurda inde sequerentur,
quæ Felinus hîc recenset. At [o] Baldus monasterium per quan-
dam similitudinem lòco filij fingit, id est, habere iura filio com-
petentia existimat, sed tantùm in casibus à iure expressis. † E- 40.
go Bartoli sententiam vt veriorem amplector, nempe, mona-
sterium nunquam loco filij habendum esse. Nec obsistit [p] Iu-
stiniani Nouella, qua motus fuit Imola. ea enim id solùm pro-
bat, quòd monasterium causet defectum conditionis grauato
adpositæ, si sine liberis decesserit, quia si grauatus restituere
hæreditatem, si sine liberis decesserit, deuoueat sese vitæ mo-
nasticæ, ibique decedat sine liberis ex se natis, perindè exclu-
ditur substitutus, ac si filios reliquisset: non ea ratione, quòd
monasterium dicatur filius, sed quia lex præsumit, quod si te-
stator cogitasset, institutum hæredem sese monasterio manci-
paturum esse, non grauasset eum tali fideicommisso, ne impe-
diatur vita & religio monastica. Non etiam obloquitur textus
noster hic, quia conditio, qua de hîc agitur, per solum ingres-
sum monasterij euanuerat: & quòd deinde subijcitur, *mona-
sterium loco hæredis haberi*, non sunt verba papæ, sed ipsius syn-
dici, solam narrationem & allegationem facti continentia, ex
qua non licet arguere: id quod [q] Iason quoque voluit. Et hæc
ad textus declarationem dicta sint hactenus.

m. ad quod facit §. sed & hoc præsenti. in Nouel. de sanctis. epis. & auth. si qua mulier. C. de sacros. eccl. vbi Dd. hoc aiunt probari.

n. ibidem.

o. In d. l. filium.

p. In d. §. sed & hoc præsenti.

q. In d. auth. ingressi C. de sacros. eccles.

Porrò quia [r] gloss. hîc ad textum inter cætera annotat,
quibus modis substitutio hæc, *si sine liberis decesserit*, euanescat,
tractando quinque quæstiones: eandem materiam nos vt cla-
rius pateat, in certas conclusiones contrahemus. † Quò ad
primam

r. In verb. absque liberis.

primam quæstionem, an substitutio hæc, (*si decesserit sine liberis,*)
euanescat naturali tantùm filio existente: hanc tene conclusionem.
Substitutus per hæc verba, *si hæres meus decesserit sine liberis*, excluditur, si ex hærede instituto existant naturales tantùm. nam appellatione *liberorum* veniunt etiam naturales tantùm ex concubinis geniti, [f] qui & ipsi liberi vocantur.
42. Hoc tamen indistinctè verum non est. † Primum enim non obtinet in constituto in dignitate, cùm is de naturalibus non videatur [t] cogitasse, nisi fortè in aliqua parte testamenti mentionem eorum [u] fecisset. † Deinde cessat in spurijs, qui scilicet ex vulgata meretrice suscepti sunt: hi enim nunquam substitutum excludunt, [x] vt communiori Doctorum calculo receptum est, [y] cùm non sint filij, nec ius ipsos [z] agnoscat, sed omni prorsus beneficio [a] excludantur, adeò, quòd nec alimenta illis [b] debeantur iure ciuili, tametsi ex [c] æquitate canonica alimenta eis relinquenda sint. † Tertiò non procedit in [d] adoptiuis: quemadmodum & lex municipalis, præferens masculos fœminis, in adoptiuis non habet [e] locum. † Quartò fallit in sacerdote vel clerico existente in sacris, si institutus sit hæres & grauatus hæreditatem restituere, ipso moriente sine liberis: quia tunc illa conditio non intelligitur de naturalibus tantùm, sed de ipsa [f] ecclesia: hoc tamen [g] Decius impugnat. † Quintò nō est locus præfatæ conclusioni in filia testatoris hærede instituta: quia conditio liberorum non accipietur de naturalibus tantùm, propterea quod hoc ignominiosum & turpe testatori foret, si ex filia sua naturales tantùm nasci deberent, præsumitur enim testatorem habuisse rationem [h] honoris, cogitasseq́; quòd maior honestas in fœminis, quàm in masculis requiratur. † Sextò cessare conclusionem Baldus [i] existimat, si in defectum filiorum substituta sit ecclesia, quia naturalis ex instituto genitus eam non excludet, etsi legitimationem impetrasset, propter dignitatem ecclesiæ. Alexander [l] verò hoc improbat ea ratione, quia textus ibidem testatoris dignitatem & conditionem inspiciendam esse docet, non ipsius substituti. Facit etiam cōtra Baldum, quòd ipsemet [m] alibi docuit, si decedenti substituta sit ecclesia, subintelligendam illam conditionē, *si is sine liberis decesserit*: quoniam magis attendi debet naturalis ratio, [n] quàm fictio. † Septimo & vltimò cessat conclusio, quando conditio illa, *si sine liberis decesserit*, non est in substitutione nominatim expressa à testatore, sed subintellecta [o] à lege, tum naturalis tantùm non excludit [p] substitutum. Et quanquam [q] Bartolus hanc exceptionem impugnare videatur: cùm enim lex subintelligat prædictam conditionem tanquam expressam à testatore, ergo idem debet esse, ac si testator eam expressisset, † tacitum enim & expressum regulariter à pari [r] procedunt. Attamen contra Bartolum eam defendi posse crediderim, idque hoc argumento: † Nam quod talis conditio (*si sine liberis decesserit*) à lege subauditur,

43.
44.
45.
46.
47.
48.
49.
50.

f. tex. multùm notab. in l. ex facto. §. si quis rogatus. ff. ad Trebell.
t. d. §. si quis rogatus.
u. arg l. si quis filiabus ff. de leg. 1.
x. in d. §. si quis rogatus.
y. 32. quæst. 7.
z. auth. ex complexu C. de ince. nup.
a. auth. licet. C. de natur. lib.
b. d. auth. ex cōplexu.
c. in c. cùm deberet. ∫. de eo qui du. in ma.
d. per tex. in l. si ita quis. §. is cui. de leg 2.
e. ita Ioan. de Ana. respondit consil. 37.
f. Abb. hic Bart. in l. hæredibus. §. 1. ff. ad Trebell.
g. hic.
h. arg. l. isti quidem. ff. quod me. cau.
i. l. palàm. §. quæ in adulterio. cuncta glo. ff. de ritu nup.
k. hic.
l. in d §. si rogatus.
m. in l. cùm acutissimi C. de fideicom.
n. l. filio quem pater. ff. de lib. & posth.
o. vt in d l. cùm acutiss.
p. l. generaliter. §. cùm aūt C. dē inst. & substit.
q. in l. cùm auus. C. de condi. & demon.
r. l. cùm quid. ff. si cert. pet. l. Titium. ff. verb. oblig.

s. l. eum qui Kalend. §. quoties. de verbo. oblig.
t. l. eius militis. §. militia missus. de milit. testa.
u. l. vlt. et auth. licet. C. de natu. lib.
x. l. filium. ff. de his qui sunt su. vel al. iu.
y. d. §. si quis rogatus.
z. d. l. ex facto. §. si quis autem. ad Trebel.
a. d. l. ex facto. §. vlt.
b. Inst. de haere. qual. et diffe. in prin. & l. haeredis. ff. de verb. signif.
c. d. l. haeredis.
d. in d. §. vlt.
e. vide Bar. & Dd. in l. Gallus. §. etiam. ff. de lib. & posthu. et d. l. haeredis. & l. sciendum. de ver. sig.
f. in d. l. ex facto. §. vlt. et d. l. Gallus. §. etiam.
g. lib. 1. tit. 13. et lib. 2. tit. 34. in vsib. feud.

ditur, hoc fit solùm iure singulari: cùm ea quæ sine conditione proferuntur, iuxta regulam iuris communis, pura esse debeant [s] non conditionalia. Sed quando conditio exprimitur à testatore, hoc fit iure communi: constat autem ius singulare multò debilius esse [t] iure communi. Huc accedit, quòd lex non ita afficitur naturalibus, sicut iustis [u] liberis. Naturales enim non sunt veri [x] filij. Nec obstat tacitum & expressum à pari procedere: quia id locum habet, quando tacitum procedit ex iure communi, secus si ex iure singulari, prout Imola alibi [y] declarat.

Secunda conclusio: † Conditio; *si decesserit sine liberis*, semper de superuenientibus seu nasciturus, intelligenda est. Et ideò si liberi institutum hæredem, qui rogatus est restituere, vel simul cum eo moriantur, non facient substitutionis seu fideicommissi [z] conditionem deficere. Et in hoc dogmate interpretes communiter consentiunt, estque sine pugna. 51.

Tertia conclusio: † Testator substituens alicui per hęc verba, *si sine liberis decesserit*, de solis liberis, non autem de extraneis sensisse [a] intelligatur, sicque in substitutionibus singulare est, quòd appellatione *hæredum* soli liberi comprehendantur, non etiã extranei. Aliàs enim *hæredis* nomẽ generale est, & in plures species [b] distinguitur, omnesque eius appellatione successores continentur, etsi [c] verbis non sint expressi. Sed quæ est huius angustæ interpretationis ratio? an vt absurdum euitetur? quia quasi impossibile est, quem sine hærede decedere ex testamento, vel ab intestato: an verò, quia aliàs fideicommissum redderetur inutile? [d] quòd Alexander censuit: vt ergo conditio aliquando euenire possit, de descendentibus solùm intelligitur, alioqui quilibet extraneus, & tandem fiscus substitutum [e] excluderet. † Et hinc argumentum ducitur, si quis concedat feudum aliquod, vel precarium, siue emphyteusin tibi tuisque hæredibus, quòd de solis liberis, seu descendentibus intellexisse videatur: aliàs in infinitum se protenderet, quod tamen quomodo accipiendum sit, Doctores cùm hic, tum [f] in alijs locis abundè discutiunt. In iure certè feudali *hæres* propriè filius intelligitur: itaque sine hærede decessisse dicitur qui sine [g] filio decessit. 52. 54.

CAPVT

CAPVT IX.

Licet causam quæ vertitur inter ecclesiam Rauen. & commune Fauentiæ super [a] iurisdictione, honore ac districtu in villa sancti P. & castro Arioli, quod [b] de iure ad se spectare dicta ecclesia proponebat:& infrà. Porrò attestationibus publicatis syndicus Fauentinorum proposuit, se velle in personas testium ex parte altera productorum quædam obijcere ac probare, œconomo ecclesiæ asserente id fieri non debere. super quo interloquendo decreuimus, ipsum nullatenus audiendum, cùm intra [c] trium mensium spatium in nostris literis comprehensum, testes huiusmodi producere non curauerit, [d] intra quem terminum pars vtraq; testes inducere potuit, tam in personas testium, quàm super negotio principali. Post hoc idem obiecit in testes prædictos, quòd corrupti falsa dixissent. Vnde quia talis exceptio non solùm ante sed etiam [e] post sententiam potest opponi, licet nonnulli crederent, Fauentinorum partem exceptionem huiusmodi, per excogitatam malitiam ad impediendum processum negotij, obiecisse, quia tamen nolumus à iuris tramite declinare, magistris G. & T. præcipimus, vt testes quos super hac exceptione procurator Fauentinorum duceret producendos intra mensem, recipere & examinare curarent, de singulis circumstantijs subtiliter inquirentes, indulto extunc altero mense procuratori ecclesiæ supradictæ, infra quem si vellet ad reprobationem testium illorum produceret coram eis: & infrà. Quanquam autem pars Fauentinorum testes multos produxerit, super negotio principali, vix tamen ex illis sex remanserunt concordes, cùm alij si-

bimet in ſerie ſui teſtimonij contradicant, & quidam alij ſint in dicto ſui teſtimonij ſingulares. Ad reprobandum verò quoſdam teſtium eccleſiæ Rauen. & ſi ex parte Fauentinorum quidam ſint teſtes inducti, plures tamen illorum reprobantur, quia ſibi inuicem euidentiſſimè contradicunt. quidam verò alij pauci numero, quamuis non reprobentur expreſsè, vſque adeò tamen malæ famæ ſunt & leuis opinionis, quòd eorum dictis nulla vel modica eſt fides adhibenda. Ibidem quoque teſtes Fauentinorum generaliter repelluntur, quia non probant illud, ad quod probandum eorum ſyndicus ſe aſtrinxit, videlicet quòd corrupti falſa dixiſſent: quoniam etſi de corruptione videantur aliquid dicere, de falſitate penitus nihil dicunt: & infrà. Ex præmiſſis igitur euidenter apparet, quòd eccleſia per teſtes numero plures, quibus potius lux veritatis aſſiſtit, qui etiam aptiora negotio & vero proximiora in ſuis teſtimonijs expreſſerunt, ſufficienter oſtendit, quòd à ſexaginta annis & citra, cum omni iuriſdictione, honore atque diſtrictu loca ſupradicta poſſedit: per quod patet, quòd ſi commune Fauent. à quinquaginta annis citra (ſicut videntur teſtes eorum deponere) aliqua ſeruitia in locis perceperint ſupradictis, illa procul dubio ſine iuſto titulo percipere inceperunt, cùm duo in ſimul eandem rem & eodem modo in ſolidum poſſidere non poſſint, maximè cùm ijdem Fauentini iuſtum poſſeſſionis titulum non oſtendant, & ex priuilegijs Imperatorum & Roman. ponti. eccleſiæ Rauennati conceſſis euidentiſſimè colligatur, poſſeſſionem ipſius eccleſiæ in prædictis locis iuſtam fuiſſe. Cùm ergo conſtet Fa-

ſtet Fauentin. ab eo tempore quo ſe poſſediſſe probare contendunt, minùs iuſtè ac ſine titulo aliquo in prædictis locis temeritate propria occupaſſe, & œconomus eiuſdem eccleſiæ petierit à vi turbatiua ſeu inquietatiua ſuper præmiſſis commune Fauen. prohiberi: nos cognoſcentes in hoc caſu non ſic locum eſſe interdicto vti poſſidetis, vt dicere debeamus, vti poſſidetis ita poſſideatis: cùm probationes eccleſiæ longè ſint potiores, & ideò ſit in interdicto ſuperior, commune Fauentiæ ſibi condemnamus, ſuper iuriſdictione, & honore atque diſtrictu, & alijs ad hoc generaliter pertinentibus in locis prædictis, quo ad poſſeſſorium iudicium, de quo tantummodo actum eſt, perpetuum ſilentium imponentes, & prohibentes eidem, vt neque per ſe, neque per alios, ſuper his præſumat Rauennen. eccleſiam aut habitatores prædictorum locorm aliquatenus moleſtare.

Summæ rerum.

1. *Argumentum ſeu ſumma huius cap.*
2. *Iuriſdictio, honor, diſtrictus cõpetere poſſunt eccleſia.*
3. *Iuriſdictio hîc in genere accipitur, omneſq́ eius ſpecies continet.*
4. *De quo honore tex. accipi debeat: & honos vnde dicatur.*
5. *Diſtrictus appellatione quid veniat, & an à territorio differat: & num. 6.*
7. *Comitatus quid ſignificet.*
8.10. *Diœceſis quid ſignificet, & an à territorio differat.*
9. *In primitiua eccleſia epiſcopi non exercebant iudicia.*
11. *Quid dicatur de iure ad aliquem ſpectare.*
12. *Procedere ſecundum iura, non excludit ius ſtatutarium, vel conſuetudinarium.*
13. *Compromittens, vt de iure procedatur, de omni ſpecie iuris intellexiſſe videtur.*
14. *Declaratus §. ſed quoties. Inſt. de iu. natu. gen. & ciui.*
15. *Iuſſus procedere ſecundum ius commune, an ſtatuta vel conſuetudines ſequi poßit in pronunciando.*

16. *Iudex quandoque ex officio præfigit terminum ad producendos testes.*

17. *Probatio facta à parte, non impetrata dilatione, an valeat.*

18. *Testes an sufficiat intra terminum iuraße, licet post terminum examinentur: & num. 19. 20. 21. 22. 23.*

24. *Depositio testis an necessariam consequentiam ad iuramentum habeat.*

25. *In casibus, in quibus post terminum probatio non recipitur, publicatio tamen fieri probationum potest.*

26. *Iudex post terminum admittens probationem, si pars non contradicat, valet probatio.*

27. *Allegationes iuris etiam post terminum admittuntur.*

28. *Quandoq; potest dari tantùm vna dilatio ad plures actus expediendos.*

29. *Quæstio falsitatis omissa in prima instantia, potest postea moueri, si indirectè id fiat.*

30. *Casus, vbi etiam directa falsitatis probatio post publicationem admittitur, & num. 31. 32.*

33. *Non sufficit falsitatem probaße, nisi etiam doceatur, in pronunciando per falsa testimonia iudicem fuiße seductum.*

34. *Et quomodo id probari poßit?*

35. *Sola probatio corruptionis testium non sufficit ad reuocandam sententiam, nisi ipsos falsum dixiße probetur.*

36. *Declaratio cap. sicut. ij. de testibus.*

37. *Casus recensentur, in quibus sola corruptionis probatio sufficit ad retractandam sententiam: & num. 38. & 39.*

40. *Testis non dicitur subornatus, qui ad verum dicendum informatus est.*

41. *Sententia ex falsis testimonijs lata valet, donec retractetur: Fallit vt num. 42.*

43. *Sententia ex falsis probationibus lata quatuor remedijs impugnatur.*

Solenne † est hoc cap. & memorabile, docens in effectu, si vterque controuertentium, & actor & reus in interdicto retinendæ possessionis probauerit, is obtinere debeat, qui antiquiorem possessionem, maximè titulo aliquo iustificatam docuit, melioresúe probationes possessionis contemplatione adduxit. De natura autem huius interdicti [a] alibi satis multa diximus, huc eadem congerere non est necessarium. 1.

a. in §. retinendæ. Inst. de interdi. & c. pastoralis. vbi Cano. ij. de cau. poss. & prop.

a Iurisdict. hono. ac dist.) † Notanter hæc tria, iurisdictio, honor, & districtus coniunguntur, quia competere possunt in loco temporalis iurisdictionis ecclesiæ. Primum est *Iurisdictio:* † Iurisdictionem autem Panormi. [b] & Baldus largo modo accipiunt, vt non mixtum tantùm, sed etiam merum imperium comprehendat, id est, cognitionem tam ciuilium, quàm criminalium causarum includat. Cùm enim ponatur hic in genere, omnes eius species [c] complectitur. Ab hoc tamen genere 2. 3.

b. vterq; bic.

c. glo. & dd. in l. imperium. ff. de iurisd.

men genere honor & districtus excipiuntur, de quibus hic no-
4. minatim fit [d] mentio. † Alterum est *honor:* non autem loqui-
mur hic de honore, qui virtuti exhiberi solet. quia pro hoc iudicium possessorium non competeret: sed de honore, qui in signum subiectionis præstatur, & qui in se aliquam vtilitatem siue exhibitionem operarum [e] continet. In textu autem hic, honor respicit exercitium iurisdictionis. *Porrò honos*, inquit [f] Varro, *ab honesto onere: itaq; honestus dicitur, quòd honoratus, & dictum onus est honos, qui sustinet Rempub.* Hæc ille. Honos igitur magistratus est: quod idem Iustinianus Imp. [g] demonstrat: *Hoc etiam ius honorarium* (inquiens) *solemus appellare: quòd qui honores gerunt, id est, magistratus, autoritatem huic iuri dederunt.* Tertium est
5. *districtus:* † Variant autem interpretes, quid appellatione districtus veniat, & an à territorio differat. Ego puto, quatuor hæc nomina, territorium, districtus, comitatus, diœcesis, eiusdem esse significationis: quæ ex definitione [h] Pomponij facilè intelligi potest. *Territorium est*, (inquiens) *vniuersitas agrorum intra fines cuiusq; ciuitatis:* quod ab eo dictum quidam aiunt, quòd magistratus eius loci intra eos fines terrendi, id est, submouendi ius habent. Porrò sicut territoriũ à terrendo, ita districtus à distringẽdo, & in vincula trahendo nomẽ à recentioribus sumsisse
6. videri potest. † Sanè in feudisticis libris, verbum distringo pro coërceo sæpè sumitur: vt in capit. Caroli Magni: à ministris Reipub. districti, sex solidis componant. † Sunt tamen pleriq; qui latius patere districtum putent, vt hoc nomine significetur, quicquid vltra territorium suum ex alieno ditioni suæ ciues addunt, vel virtute bellica partum, vel quaqua alia ratione, quod & crebrius receptum [i] videtur. Sanè vocem hanc (*districtus*) nouam esse, & apud antiquos non facilè reperiri con-
7. stat. † *Comitatus* propriè de imperatoria aula [k] dicitur: sed quia tempore Caroli Magni Imp. Opt. Max. regnantibusque Berengarijs & Othonibus ad singulas ciuitates regendas aliquis comes mittebatur, cœpit iurisdictio territorium & districtus,
8. (quoniam illi comes præerat) comitatus dici. † *Diœcesis* græca vox est, qua gubernatio siue administratio significatur: à διοικῶ, guberno: hinc *Diœcetes*, [l] gubernator siue procurator dicitur. Hæc vox in iure ciuili pro prouincia [m] accipitur, vel potiùs pro administratione multarum simul prouinciarum, quę in vnum coactæ per præfectos prætorio, & eorum vicarios regebantur, [n] veluti sub præfectoria prætoriana Africæ Orientis quinque erant diœceses: Oriens, Aegyptus, Asiana, Pontica, & Thracia. Sed in patrum decretis solet hæc vox ad episcopo-
9. rum munus deflecti. † Non enim in primitiua ecclesia episcopi iudicia exercebant, sed sacra administrabant, curabantq; : vndè meritò διοίκησις, id est, procuratio distributioq; in eis locum
10. sibi vendicabat. † Sicut ergo *territorium* dicitur, quatenus iudex ius terrendi habet: sic *Diœcesim* vocant, quatenus episco-

d. arg. l. doli clausula. de verb. obli.

e. l. si non sortem. §. libertus. ff. de cond. inde: l. honori. ff. de obseq. l. ciuitatibus. ff. de leg. 1. Bal. hic qui exemplificat in præposito: idem consil. 335. par. 3.

f. lib. 4. de ling. lati.

g. §. 7. Inst. de iur. nat. gen. & ciui.

h. in l. pupillus. §. territoriũ. ff. de verb. signi.

i. cle. pastoralis. de re iudi. Areti. consil. 77.

k. Alcia. in l. pupillus §. territorium. ff. de verb. signifi.

l. in l. archigeronter. C. de epis. aud.

m. l. 1. C. de priua. carcer.

n. l. 1. C. vt om. iudi.

pus ius administrandi sacra habet. Acciditque interdum in limitaneis vicis, vt non eiusdem sit diœceseos castrum, [o] cuius est territorium.

b De iure specta.) † Illud de iure ad aliquem spectare 11.
dicitur, quod illi vel iure communi, vel etiam singulari [p] competit. † Vnde conficitur, si compromissum sit in aliquos arbi- 12.
tros, hoc addito, vt secundum iura pronuncient, etsi videatur, quòd non possint secundum cõsuetudinem vel statuta loci pronunciare, quia appellatio iuris intelligi debet de digniori, & sic [q] de iure communi: & verba in dubio sunt intelligenda in proprio [r] significatu. tamen ex præmisso dogmate contrarium verius [s] est. Vnde traditum quoque extat, [t] si princeps in rescripto se simpliciter ad ius referat, intelligendum sit de iure quoque speciali & statutario. Vocabulo enim iuris non solùm ius commune, sed etiam municipale continetur: Ideoque censuit [u] Baldus, quòd compromittens in aliquem, vt de iure pronunciet, de omni specie iuris cogitasse videatur. † Amplius definijt 13.
idem [x] Baldus, quòd arbiter secundum iura pronunciare iussus rectè faciat, si in pronunciando obseruet leges municipales, seu statuta eius loci, cùm statuta eò loci vicem iuris communis obtineant, derogentq; ipsi iuri. in quam sententiam deinde ab alijs frequentius itum est, quam & ipse sequor. † Nec obloqui- 14.
tur quòd appellatio iuris, de iure communi velut digniori, in dubio sit accipienda: quoniam hoc intelligitur, [y] quando nomen iuris in vna tantùm specie debet verificari, tum enim in potiori significatu de communi iure Romano accipitur: secus est, si simpliciter & absolutè dicatur: *de iure, vel secundum ius*. quoniam indefinita æquipollet vniuersali, omnesque iuris species comprehenduntur. Vel potest dici, supradictum dogma locum habere, quando ius commune est in viridi obseruantia, secus quando huic derogatum est, per ius municipale seu statutarium: tum enim statutum, quod viget, videtur in potiori significatu esse. † Quid autem si addatur hæc vox *(ius commune)* vt 15.
quia iubeatur quis definire controuersiam secundum ius commune? Et pleriq; idem esse volunt, quòd de statuto intelligatur. Mihi Decij sententia videtur verior, qui eo casu ius municipale exclusum esse censet. Illa enim verba *(secundum ius commune)* propriè in statuto non videntur verificari: quia dictio *(commune)* [z] nihil operaretur. & propriè statutū in loco non dicitur ius commune, licet excludat dispositionem iuris communis. commune enim dicitur respectu iuris specialis.

c Trium mensium) † Annotat gloss. iudicem posse ex 16.
officio præfigere terminum ad producendos testes, annectendo plerosque casus, in quibus iudex pariter supplet ex officio. Ego cum [a] Bartolo censeo, iudicem id posse, si viderit expedire, vt

quia

o. vid. Alcia. in d. §. territorium. et in lib. dispunct.

p. Abb. & alij hîc per c. cùm cõtingat j. de deci.

q. §. quoties. Inst. de iu. nat. gen. & ci.

r. l. 1. §. in perpetuum. ff. si ag. vectig. &c.

s. per tex. not. in c. 1. in fin. cum glo. & ibi Abb. j. vt li. pend.

t. Abb. d. c. 1.

u. in rub. de reg. iu. lib. 6

x. in l. illa institutio. in fin. ff. de hære. insti.

y. Abb. in rub. de consuetu. ad fi.

z. Alex. in l. post dotem. ff. sol. matri.

a. in l. non quicquid ff. de iudi.

quia partem animaduertat negligentem esse in petenda dilatione ad producendos testes; non tamen ad hoc ipsum teneri, nisi causa subsit, in qua iudex ex officio supplere sit obnoxius. Dilatio enim, quæ ministerio iudicis conceditur, aut in alicuius
17. fauorem [b] datur, petenda est. † Quid autem, si quis probauerit non impetrata dilatione à iudice? & eam valere [c] Bartolus rectè censuit. dilatio enim non est de substantia probationis, nec ad validitatem actus præstituitur, sed in eum finem fit, vt post transcursum terminum actus amplius fieri [d] nequeat.

18. † Examinant porrò hîc Doctores, an sufficiat, testes intra terminum præstitutum iurasse, licet post terminum examinentur? In cuius thematis definitione Panormiranus quinque diuersos casus considerandos ait: nos eosdem subijcientes, quid in quouis statuendum sit, breuiter subnectemus. Primus, si datus sit à iudice terminus simpliciter ad producendum testes, tunc sat est, ante eius lapsum testes productos iurasse: sic enim satis verificatur vox illa [e] (*ad producendum*) & satisfactum est termino: quia diuersa sunt, producere testes, [f] & examinare.
19. † Secundus, si concessa est dilatio ad producendum & examinandum, non sufficit produxisse testes, nisi testimonium quoq; dixerint: si tamen producens debitam adhibuit diligentiam, vt testes intra præscriptum tempus examinarentur, & penes iudicem siue commissarium stetit, quò minus id fieret, non debet hoc in producentis præiudicium redundare, qui fecit, quod in
20. ipso erat. † Tertius casus, indulto simpliciter termino ad probandum, si quidem pars testes produxit, vt commodè intra terminum examinari potuerint, deque eo solicitauerit iudicem, tum satisfecisse termino censendus est. examinatio enim ad iudicem [g] spectat, vel ad eum, cui is mandauit. Vt autem solicitudo partis adpareat, protestatio necessaria [h] est, quia non præsumitur, quòd per iudicem [i] steterit. Sin verò tam serò producti sunt testes, vt commodè examinari amplius nequiuerint, parsúe negligentior extitit in admonendo iudice ad examinandum testes, eo casu [k] Bartoli sententia crebrius recepta est, existimantis, depositionem testis post effluxum terminum vlterius fieri non posse. Per solum enim iuramentum te-
21. stium, nisi subsequatur depositio, non probatur: † neq; verum est, quòd dies examinationis testiũ retrotrahatur ad diem præstiti iuramenti tanquam ad principium, cùm non habeat ne-
22. cessariam consequentiam ad iuramentum. † Idem iuris obtinet, si iudex inducias ad deponendum vel testificandum [l] indulserit. In contrarium tamen stringere videtur, quòd Decius hic tradit, licet testis dictum (inquiens) non habeat necessariam consequentiam ad iusiurandum, correlationem tamen & connexitatẽ habet: quia depositio est implementũ iuramẽti, in quo promisit dicere veritatẽ: idcoq; dies & locus [m] iuramẽti inspicitur.

b. Dd. communiter hic Bart. in l. 1. C. de dilat. Abb. hic & c. finem litib. ĩ. de do. & contu. Alex. in l. 4. §. hoc autem iudicium. ff. de dam. infe.

c. in l. in crimine. ff. ad le. Iul. de adul.

d. Bal. in l. vlt. ff. de feri.

e. Specul. tit. de teste §. qualiter. §. is quoque.

f. l. produci. de testi. l. qui testamento. §. mulier. ff. de testa. c. 2. §. si verò. de testi. lib. 6.

g. Bal. in l. damni. §. Sabini. ff. de dam. infe.

h. Bal. in l. properandum §. sin autem vtraq. C. de iudi.

i. Bart. d. §. Sabini. & fa. tex. l. si quando ibi, si per eum steterit. C. de testi.

k. in d. §. Sabini. Dd. hic Bal. l. obseruari. §. vlt. de offi. procons. Aret. in l. Antistius. ff. de acqui. hæred. l. Signor. de homod. consil. 19. ad fi. iuci. in assumptione.

m. glo. in cle. 1. de offi. dele. Bart. in l. 2. C. de sacros. eccle.

Facit quòd alibi [n] eleganter Baldus tradit, de instrumento originali, producto post elapsum terminum, ex quo confirmatur productio exempli seu copiæ factæ in termino. † Qartus casus: 23.
Si dilatio à iudice ad probandum, probatumque habendum concessa sit, non sufficit testes in termino iurasse, sed eorum quoque examinatio, priusquam effluat dilatio, [o] requiritur. Huiusmodi tamen verba probationem, quę per instrumenta fit, non [p] excludunt, cùm illa proprium habeat [q] terminum: quod Decius hic præ cæteris examinat. Quintus casus: † Dilatio sub 24.
istis verbis, ad probatum habendum per omne genus probationis, data omnes probationes [r] excludit, adeò quòd eo transcurso, nec iuramentum in defectum probationis præstari amplius [s] possit. Talis enim terminus vim conclusionis in [t] causa habet, & post conclusionē iusiurandum amplius non [u] defertur. † Por- 25.
rò non est omittendum, in casibus suprascriptis, in quibus dilatio post effluxum terminum non recipitur, publicationem tamen probationum fieri [x] posse: item declarationem articuli siue probationis in termino factę, quia qui declarat, nihil [y] noui facit. † Similiter si iudex post terminū admitteret probationem 26.
parte præsente, nec contradicente, valeret [z] probatio. † Pari ra- 27.
tione nec allegationes iuris post terminum [a] excluderentur. Rectè enim [b] Baldus ait, quando renunciatum est probationibus, intelligendum esse de his, quæ in facto consistant, probationes verò iuris [c] non excludi.

d Intra quem termi.) † Hinc obserua, vnam dilatio- 28.
nē constitui posse ad plures actus expediendos: quod verum est, si sint actus compatibiles, eodemque tempore explicari possint. nam si ordine successiuo sunt expediendi, [d] secus est.

e Post sententiam.) Circa falsitatis exceptionem varias hîc quæstiones gloss. mouet, quas nos sequentibus conclusionibus expediemus. † Prima: Si quæstio falsitatis in pri- 29.
ori iudicio siue instantia non fuit mota, potest in causa appellationis, & etiam citra appellationem proponi, modò falsitas indirectè doceatur: directò enim id facere non licet, quia sic producerentur [e] testes super articulis directò contrarijs, quod post publicatas attestationes iure fieri prohibetur. Hoc tamen verum intellige, si tempore examinationis testium falsitas sciri & impugnari non potuit: secus si potuit, quia nec indirectò amplius [f] probabitur. Aliquoties verò etiam directa falsitatis probatio post publicationem testimoniorum admittitur. † Pri- 30.
mùm si articulus, ad quem deposuerunt testes, adeò fuisset obscurus ac incertus, quòd pars ante publicationem instrui non potuisset ad probandum directò contrarium. Exempli [g] gratia: si articulans simpliciter instrumentum esse falsum, probet notarium fuisse mortuum tempore confecti instrumenti: quia admittendus sum ad probandum contrarium, quod tum viuebat. sicque

n. Bald. in c. 1. ext. de fid. instr.
o. Panor. hîc Bal. in l. 2. C. vt li. pend. & l. Antistius. in prin. ff. de acqui. hære.
p. Panor. hîc.
q. c. dilectus. ext. de fi. instru.
r. Butr. & Abb. hîc.
s. Domi. de S. Gemi. in c. 1. §. si quis de excep. lib. 6. Bal. c. vlt. col. 9. ext. de iureiur.
t. Dd. cōiter hîc.
u. Bart. in l. admonendi. ad fi. ff. de iureiur. Bal. l. in bonæ fidei & l. generaliter. C. de reb. cre. & iur.
x. Bal. in l. ad testium. §. conditionem. de testi.
y. Ioan. And. ad Specu. de teste. §. nunc videndum. vers. hoc etiam no. & Bart. hîc.
z. Bal. l. peremptorias. C. sent. resci. non pos.
a. Bart. hîc.
b. in c. pastoralis. ext. de cau. pos. & propri.
c. de quo vide latius. Dd. in c. cum dilectus. ext. de fi. instru.
e. contra doctrinam in cle. 2. vbi glo. de testi. Bart. auth qui semel C. de probat.
f. Feli. hîc.
g. vt per Ioan. Andr. in add. ad Specu. tit. de teste. §. sæpè. in 1. addi.

bat. ficque probabitur falfitas directò, ad quam impugnandam ex folo articulo prius inftrui non poteram. Aliud exemplum [h] in articulante Titium effe homicidam, & probante eum occidiffe Seium, quia admittetur Titius ad probandum Seium ad- *h. Io. And. ibidem. quem fequitur Anto. in c. ex tenore. ad fi. ∫. de testi. & attest.*
31. huc viuere. † Secundò, fi quis non fimpliciter falfitatem, fed corruptionem quoque teftium probare velit, id facere non vetatur: quia propter mixturam corruptionis cum falfitate cenfetur nouum effe capitulum, non directò contrarium priori probationi: & fuper nouis capitulis non obftat [i] publicatio. *i. c. fraternitatis. & c. intimauit. ∫. tit. seq.*
32. † Tertiò in caufis priuilegiatis, puta matrimonij, vel alijs, in quibus peccatum imminet, poterit etiam poft publicationem falfitas [k] directò doceri: quia timor imminentis peccati tollit timorem fubornationis. *k. Abb. hic.*
33. † Secunda conclufio: Non fufficit falfitatem in cafibus fuprafcriptis directè vel indirectè probare, nifi oftendatur etiam, iudicem falfa teftimonia fecutum fententiam [l] dixiffe: quo oftenfo, fola falfitas abfque corruptione fufficit, nifi quis fe ad *l. glo. hic. quam Dd. communiter sequuntur per c. cùm I. & A. ∫. de re iudi.*
34. vtrunq; probandum [m] adftrinxiffet. † Docebitur autem hoc duobus modis: primùm fi in fententia dicatur,[n] vifis teftibus fiue atteftationibus, nec in ea fint alia verba, ex quibus colligatur, iudicem motum fuiffe ad ita pronunciandum: tum enim, quia pro fententia præfumitur,[o] foletq; iudex ad diuerfas probandi fpecies fe inclinare,[p] nō dicetur iudex omninò motus dictis teftium: itaq; ita videtur hîc Abbas fenfiffe, licet obfcurè loquatur. Secundo modo cognofcetur, fi ex actis non poffit colligi, iudicem aliunde quàm ex atteftationibus teftium fuiffe motum: tum enim etfi nihil dicatur in fententia de teftibus, tamen quia nulla alia probandi adminicula adparent, fatis conuincitur, cum ex falfis teftimonijs fic pronunciaffe. *m. per tex. hic. & l. Diuus ff. de re. iudi. n. Specul. tit. de sent. prolat. §. vlt. vers. & no. o. c. in præsentia. de renunc. p. c. cùm ad sedem. ∫. de resti. spoli.*
35. † Tertia conclufio: Sola probatio corruptionis teftium, fi de falfitate non adpareat, eft infufficiens ad retractandam [q] fententiam. Non enim fequitur, corruptus fuit teftis, ergo falfum dixit: & probatio debet neceffariò concludere, [r] præfertim in criminalibus, quemadmodum & in crimine falfi [f] pro- *q. Inno. Io. And. Bu-tr. Deci. Feli. hic contra Panor. r. Bar. in l. non solùm. §. sed vt probari. ff. de no. ope. nunci.*
36. batio debet effe concludens. † Nec obftat Alexandri PP. III. decretalis: quia in cafu fpeciali, nempe matrimonij loquitur: nec aduerfatur, quòd ibi ratio generalis ponitur ad finem, quia non eft ratio præcedentis dicti, fed nouum dictum per fe. Dixerat enim prius Papa, *fi per alios teftes probetur corruptio, mutari fententiam:* fed fi teftes, qui primò depofuerunt, velint nunc dicere fe fuiffe corruptos, admittendi non funt, cùm hoc ipfo pa- *f. glo. & Bal. l. iurisgentium. §. quod ferè. de pac. t. in c. ficut. ∫. de testi.*
37. teat ipforum turpitudo, feu periurium. † Aliquoties tamen folam corruptionem [u] probare fat eft. Primùm, fi corruptio ad infringendum dictum teftis ante fententiam doceatur, quia per hoc adparet teftem effe periurum, & ideò [x] repellendum. iurauerat enim fe nec precio, nec prece [y] teftimonium dicturum. *u. Feli. hic nu. 30. x. c. testimonium. c. ficut. ∫. de testi. y. c. quoties. ∫. de testi.*
38. † Deinde fi teftis non precibus tantùm, fed pecunia quoque

corruptus

corruptus ostendatur, talis corruptio sufficit ad retractandam
[z] sententiam. talis enim etsi verum dixerit, falsum tamen committere [a] dicitur. Hoc autem ea tantùm specie procedere Abbas
censet, cùm testis non solùm precio corruptus fuisse, sed etiam
promisisse falsum dicere [b] probetur. Quòd Felinus verum accipit duobus concurrentibus: primùm quòd iudex corruptorum testimonia secutus fuerit: alterum, quòd ostendatur, testes fuisse corruptos, vt contra me testificarentur. † Postremò & 39.
in causa matrimoniali, ob solam testium corruptionẽ, retractatio sententiæ fieri [c] potest. Cùm enim illa sententia non transeat in rem iudicatam, agaturque de peccato, talis suspicio falsitatis ex sola corruptione profluens, faciliorem reuocationem
operatur. † Porrò circa hanc conclusionem diligenter notan- 40.
dum est, eum non censeri fuisse subornatum, qui à parte ad veritatem dicendam informatus esset, [d] vt Baldus docet, inde inferens, testem asserentem se non fuisse instructum, non mentiri, etsi informatus fuerat, vt testificaretur per verba congrua, consona iuri & veritati ex scientia ipsius testis.

† Quarta conclusio: Sententia lata, prætextu falsorum te- 41.
stium vel instrumentorum, tantisper valet, donec eneruetur
[e] per remedia, de quibus in sequenti conclusione dicemus.
† Excipiuntur tamen quatuor casus. Primò, si sententia lata 42.
fuerit ex falsis probationibus factis aduersus absentem dolo
[f] producentis. Deinde non obtinet in sententia contra minorem prolata, quia est ipso [g] iure nulla. Tertiò cessat in decreto: nam si sit interpositum ex falsa probatione, siue aduersus præsentem siue absentem, ipso iure [h] non valet. Postremò non habet locum, si sententia sit lata ex actis falsò fabricatis ad instantiam [i] partis.

Quinta & vltima conclusio: † Quamuis sententia ex falsis 43.
probationibus lata iure subsistat, quatuor tamen competunt remedia, quorum primum datur ad eam infirmandam seu retractandam, reliqua ad eam euitandam. Primum est, *restitutio in [k] integrum*, quæ lapso quadriennio expirat: secundum est [l] *actio in factum* agendo ciuiliter ad interesse, surgens ex sententia contra ipsum falsarium, vel ipsos falsos testes: & competit ad triginta annos absque alia restitutione [m] in integrum. Tertium est, *accusatio criminalis* durans viginti [n] annis. Quartum est, *per viam exceptionis*, quod perpetuò competit aduersus fungentem se in sententia ex falsis probationibus [o] lata: quod & in replicatione [p] obtinet. Atque hæc ad hoc 9. cap. sufficiant.

z. *Bar. Alex. de Imo. & Castren. in l. diuus. ff. de re iudi.*
a. *tex. cum glo. in l. 1. §. 1. verbo aduocationem. ff. ad l. Cor. de fal.*
b. *arg. c. per tuas ĵ. eo. & l. generaliter. C. de non. nu. pecu. c. c. sicut. ĵ. tit. proxi.*
d. *Bal. hic.*
e. *Dd. hic communiter per d. l. diuus.*
f. *tex. in l. Prætor. §. Marcellus. ff. de iudi.*
g. *l. 2. C. si ex fal. alle. Bar. & Imo. in d. l. Diuus.*
h. *Bal. l. vlt. C. si ex fal. instru. Ang. l. fideicommissum. in fi. de confes.*
i. *l. quoties. iuncta glo. ff. de iur. fis.*
k. *d. l. Diuus.*
l. *l. vlt. C. de temp. in inte. rest.*
m. *l. qui nomine. l. vlt. ff. de falsi.*
n. *l. querela. ibi glo. C. de fals.*
o. *glo. in d. l. querela & Dd. d. l. Diuus.*
p. *Abb. hic fa. l. qui agnitis. de excep.*

CAPVT

CAPVT X.

Per tuas nobis literas intimasti, quòd cùm T. Tibertinus ciuis quandam per septennium habuerit concubinam, nec prolem susceperit interim ex eadem, ac ipsa postmodum diuertens ab eo, ad ipsum non post multum tempus redijsset, filium quem reuersa in domum ipsius peperit, ex eo se asseruit suscepisse: & infrà. Quia verò mulier illa de dicto T. se suscepisse R. de quo agitur, primitus constanter asseruit, & idem T. præfatæ mulieris præcipuè deuictus instantia, ipsum suam filium publicè recognouit, & filius eius nominatus communiter fuit, & habitus ab ambobus, eiusdem mulieris postmodum iuramento in contrarium pręstito, non est standum: cùm nimis indignum sit (iuxta legitimas sanctiones) vt quod sua quisq; voce dilucidè protestatus est, in eundem casum proprio valeat testimonio infirmare. Vnde apparet per consequens, quòd prædictus R. [a] Sophiam neptem memorati T. cuius prima facie [b] præsumitur consobrinus: non potest habere aliquatenus in vxorem.

Summæ rerum.

1. *NAtus in domo ex vxore præsumitur filius mariti.*
2.4. *Natus ex concubina in domo, filius concubinarij censetur.*
3. *Ad probationem filiationis quæ requirantur: & nu. 5.*
6. *Modus filiationis probandæ quatuor casibus expeditur & num. 7. 8. & 10.*
9. *De vario pariendi tempore.*
11. *Consanguinitas etiam ex coitu legibus damnato contracta, impedit matrimonium.*
12. *Idem seruatur in cognatione spirituali.*
13. *Filiatio præsumptionibus probatur.*
14. *Filiatio probata contrarijs coniecturis infringi potest.*

Mater

15. *Mater semper est certa.*
16. *Sola tractatio filialis an sufficiat ad probandam filiationem.*
17. *Nominatio filij an probet aliquem esse filium: & num. 18. 19.*
20. *Appellatione nepus quandoq; filia fratris venit.*
21. *Communis loquendi vsus propria significationi praualet.*

Sicut † natus in domo ex vxore legitima præsumitur fi- 1.
lius mariti, quando tempore conceptionis maritus fuit præ-
sens, nec inhabilis ad coeundum, id quod pulchrè [a] Vlpianus
alibi tractat: † Ita quoque natus in domo ex concubina filius 2.
concubinarij [b] iudicatur. † Verùm in nostro textu hic non vi- 3.
detur ad probationem filiationis sola natiuitas considerari in
domo, sed & alia pleraque adminicula: puta quòd parentes
ipsum vt filium agnouerint, quodque pro filio communi opi-
nione habitus fuerit. † Porrò quod dictum est, natum ex con- 4.
cubina in domo filium censeri, hoc obtinet, etiamsi ipsa ali-
quandiu fuisset sterilis, nec semper cohabitasset viro, modò
rursum ad [c] ipsum diuerterit. Quinimò etsi constet mulierem
quandoque per alium fuisse cognitam, ab huiusmodi tamen
præsumptione non esse recedendum, [d] Panor. & [e] Baldus pro
singulari annotant. † Natus tamen ex huiusmodi muliere, quæ 5.
diu non peperisset, & aliquando diuertisset à viro, non aliter
præsumetur filius esse viri, quàm si is ipsum agnouerit, tracta-
ueritque vt filium. Sola enim parentum cohabitatio non suffi-
ceret, Felino teste, licet plerique diuersum sentiant.

a. in l. filium. ff. de his qui s. s. vel alie. iu.
b. tex. hic glo. sing. in c. Michaël. de fil. præsbit.
c. exemplo c. nostri hic.
d. hîc.
e. hîc. & in rub C. de probat. & est tex. in l. miles. §. defuncto. ff. ad le. Iul. de adult.

† Vt autem ea in re variæ Doctorum altercationes concili- 6.
entur, obseruandi sunt quatuor casus. Primus est, quando mu-
lier pusillo tempore absens fuerit, ita quòd nulla oriri possit
præsumptio, interim filium natum concipi potuisse: puta quia
per quindecim dies, vel mensem absfuerit, & post reditum intra
vnum atque alterum mensem pepererit, tali specie cohabitatio
præcedens facit, vt filius eius videatur, ad quem reuersa est mu-
lier. Et hoc modo intelligendus est præsens textus in hisce
verbis, *non post multum tempus rediÿsse*. † Secundus casus, si mulier 7.
tanto tempore absfuisset, quòd ex priori viro, cui cohabitabat,
concipere nō potuerit, vt quia per annū absfuerit, & reuersa sta-
tim pepererit: hoc casu cohabitatio præcedens nihil [f] faciet
ad docendam filiationem. † Tertius casus, quando filius natus 8.
concipi potuisset tam ex priori cohabitatione, quàm etiam eo
tempore, quo mulier absens fuit: eo casu si respecta priori co-
habitatione nascatur filius nono mense, considerato vero ab-
sentiæ tempore nasceretur septimo, præsumendum erit pro
præcedenti cohabitatione, † quia scilicet ita communiter pa-
riant [g] mulieres, vt nō iniuria pariēdi tempus nono aut decimo
mense definitum [h] sit. Interdum tamen iustum partum septimo
mense nasci [i] Paulus I. C. Hyppocratis autoritate fretus do-
cet, quamuis id rarenter Gellius contingere dicat, & octauo
nunquam,

f. tex. in d. l. filium. & Abb. in c. intelligimus. ī de adult. & stu.
g. Bal. in l. septimo. ff. de statu hom.
h. l. intestato. §. fi. ff. de suis & legi.
i. d. l. septimo. Arist lib. 7. de natu. ani.

nunquam,nec item longiori tempore,quàm [k] decimo. Diuum tamen Adrianum decreuisse,vndecimo quoq; mense legitimum edi posse partum legimus: eiusque rei nobile refert [l] Gellius exemplum. Quod & satis iure [m] nostro defendi potest, si inter ipsa initia vndecimi mensis, pauculis putà diebus post decimum partus nascatur. nam leges omnes dicunt, natum nouissima die [n] decimi mensis post mortem patris, legitimum esse.

10. † Quartus & vltimus casus, quando vtroque respectu, & cohabitationis & absentiæ, partus nono mense nasci potuisset, tum considerandum est, an natus pro filio nominatus & habitus fuerit, recurrendumque est ad id, quod [o] alibi traditur, videlicet, quòd in dubio animi nostri motum ad id dirigere debeamus, quòd sit partui fauorabilius.

11. a Sophiam neptem.) † Hinc obserua, nihil interesse quò ad prohibitionem matrimonij, siue consanguinitas contracta sit ex coitu vxorio, siue fornicario, & legibus [p] damnato.
12. Sic etiam affinitas ex illicita coniunctione [q] nascitur † idemque & in cognatione spirituali obseruatur, [r] nam & ea ad illegitimos extenditur, secundum ius pontificium.

13. b Præsumitur.) † Filiatio probatur per præsumptiones & verisimiles coniecturas, quemadmodum ex hoc loco manifestè colligitur. Quia enim suapte natura probatu impossibile est, aliquem ex marito natum: censuerunt iurisperiti, in his speciebus (sicut & in alijs, quæ probatu difficiles sunt) verisimilitudinem sequendam, & quod vero proximum est pro veritate habendum. Itaque qui in domo alicuius ex muliere, quæ ipsi cohabitauit, nascitur vicinis scientibus, coniectura si-
,, ue præsumptione censetur esse filius, & hæc probatio habetur
,, pro plena [s] ac perfecta. Rectè ergo Iulianus [t] respódit, non fe-
,, rendum eum, qui cum vxore sua assiduè commoratus est, si no-
14. lit domi suæ natum agnoscere. † Hæc autem præsumptio, quæ ex domi nato ducitur, tantæ vis non est, quin contrarijs coniecturis infringi possit. Nam si marito peregrè agente concipiatur, vel si constet maritum ægritudine, aliáue causa cum vxore sua non concubuisse, vel denique si generandi vim maritus non habuit: [u] his casibus tollitur præcedens præsumptio, quæ ex consuetudine coniugali trahitur, ita tamen si huiusmodi exce-
15. ptiones plenè probentur. † Quamuis autem ex parte patris filiatio verè probari nequeat, vt iam dictum est: secus tamen est in matre, quam semper certam esse [x] constat. Ideoque quò ad matrem in comperto est, filiationem verè probari posse, instru-
16. mentumque confici [y] de natiuitate. † Porrò probatur quoque filiatio ex sola tractatione filiali, id est, si quis tanquam filius tractetur à parentibus: nam etsi parentes deinde negarent ipsum esse filium, non audiuntur. Quod interpretes verum re-
17. cipiunt, quamuis nominatio filij non accesserit. † An verò sim-

k. Gelli. lib. 3. cap. 16. & d. §. fin l. loco iam citato.
m. §. vlt. de restitu. & ea quæ par. col. 5.
n. l. Gallus. in prin. ff. de lib. & posth. & d. l. intestato. §. vlt.
o. Bart & Dd in d. l. Gallus. in prin ff. de libe. & posth.
p. text hic & l. nihil interest. ff de ri. nup. & 35. quæst. 2. c. in pluribus.
q. c. discretionem. ibi glo. ∫ de eo qui cog. consan. Bal. l. liberi. C. de nup
r. c. fin. ibi Abb. ∫. de cogna. Spiri.
s. d. l. filium. ff. de his qui s. s. vel al. iu. & l. si vicinis. C. de nup.
t. d. l. filium. vbi Bal. verbum assiduè, pro, frequenter accipit.
u. Dd. in d. l. filium. & in d. l. si vicinis.
x. l. quia semper. ff. de in ius voc.
y. Bal. in l. neq; natales C. de probat.

plex & sola nominatio filij sufficiat, vt quis dicatur esse filius, variatum est: In eam tamen sententiam (quam & gloss. hic tradit) frequentius itum, quòd sola nominatio non sit satis, maximè si fiat enunciatiue, id est, ob aliam causam, quàm ad finem probandi [z] filiationem. † Excipe tamen hoc non obtinere, si nominatio facta esset in actu, qui magis filio, quàm extraneo conueniret: qualis est exhæredatio, vel emancipatio filij, vel si instituatur aliquis hæres tantum in legitima, & si qui sunt similes actus. Nam tum ex sola nominatione filij constituitur quis in quasi possessione filiationis: idq́, omnes probãt, excepto solo Abbate, qui contrarium adstruit. Sed Clementina, [a] qua ipse mouetur, loquitur in materia odiosa, vt ibi Cardina. declarat, cùm contrà filiationis probatio fauorabilis sit. Aliàs verum est, quòd in odiosis verba enunciatiua nunquam [b] disponant. † Secundò, cessat supradictum dogma, si talis nominatio fieret [c] præsente filio, satis censebitur probari filiatio. Nam si confessio filiationis facta in epistola ad tertium aliquem scripta, filiationem semiplenè [d] probat: ergo vt præsentia filij aliquid operetur, resultabit ex ipsa plena probatio, Felino testante. Præterea si tacita confessio proficiscens ex contumacia mariti non mittentis custodes vxori prægnantem se asserenti, filiationis documentum [e] inducit: multò fortius id operari debet confessio expressa, licet propter aliud emissa [f] sit. Si tamen filij nominationem blandiendi tantum causa fieri constaret, aut nominans negaret se eo animo aliquem appellasse, & pro sua negatione fortiorem haberet præsumptionem, tum sola nominatio etiam in conspectu nominati facta filiationem [g] non inducet, vt Feli. rectè voluit.

18 (at "Excipe tamen hoc non obtinere")

19 (at "Secundò, cessat supradictum dogma")

C Neptem.) † Hinc colligis appellatione neptis etiam filiam [h] fratris contineri. Sed repugnat, quod Paulus [i] alibi scribit, *Nepos (inquiens) quoq́; dupliciter intelligitur, ex filio vel filia natus: idem est in nepte.* Et videmus iura ciuilia semper nepotis mentionem facere respectu [k] aui. Responderi potest, appellatione nepotis ex propria natura vocabuli non comprehendi filium [l] fratris: ex communi verò vsu loquendi secus esse, quia fratris filius nepotis nomine continebitur: quem vsum obseruandum esse in omni materia, etiamsi sit strictæ interpretationis (vt sunt statuta, transactiones, &c.) [m] Doctores passim tradunt, probantq́ue. Communis enim vsus loquendi propriæ significationi [n] præualet, quod Dd. suis [o] locis locupletius examinant. 20

z per iura hic in glo. allegata, & Bart. in l. 1. §. idem per contrarium. ff. de lib. agno. Ang. & Castr. in l. non epistolis. C. de proba. Anchar. & Abb. c. transmissæ. ĩ. qui fil. sint legi.

a. cle. summus Pontifex. de sent. excom.

b. Bal. l. 2. C. de necess. ser. hær. insti.

c. Imol. l. ex hac. de dona. fa. l. quidam. de proba. & d. l. non epistolis. ibi quasi ad sororem.

d. l. vlt. in prin. & ibi glo. de proba.

e. l. 2. & ibi Dd. ff. de libe. agnos.

f. l. 2. §. diuus, cum glo. ff. de iu. fis. Bar. l. eius qui delatorem. eo. tit.

g. Feli. hic per tex. sing. quem Butr. & Abb. commendant, in c. per tuas. ĩ. qui fi. sint legi.

h. similis est tex. in c. accedens. ĩ. de accus. c. tua nos. c. quod super. ĩ. de consa. & affi.

i. in l. iurisconsultus. §. secundo gradu, in fine. ff. de grad. & affi.

k. Bar. & alij in l. instituta. ff. de inoff. test. & l. auiæ. C. de succes. edi.

l. ita loquuntur iura ĩ. adducta.

m. Panor. hic. Io. And. c. fundamenta. de elec. lib. 6. Dd. l. semper in instit. ff. de reg. iu. l. sciendum. §. illud. ff. de ædi. edi.

n. l. liberorum. §. quod tamen Cassius. de leg. 3. c. ex literis. ĩ. de sponsal. Soci in l. cùm verò. ff. de condi. & demonst.

o. In ll. iam allegatis.

IDEM

IDEM IN CONCILIO generali.

CAPVT XI.

[a] Quoniam contra falsam assertionem iniqui iudicis innocens litigator [b] quandoq; non potest veram negationem probare: [c] cùm negantis factum per rerum naturam, nulla sit directa probatio, ne falsitas veritati præiudicet: aut iniquitas præualeat æquitati: [d] statuimus vt tam in [e] ordinario iudicio, quàm in extraordinario iudex semper adhibeat aut [f] publicam (si potest habere) personam, aut [g] duos viros idoneos, qui fideliter vniuersa iudicij [h] acta conscribant: videlicet [i] citationes, [k] dilationes, [l] recusationes, [m] exceptiones, [n] petitioues, [o] responsiones, [p] interrogationes, [q] confessiones, [r] testium depositines, [s] instrumentorum productiones, [t] interlocutiones, [u] appellationes, [x] renunciationes, conclusiones, [y] & cætera quæ occurrerint competenti ordine [z] conscribenda, loca designando, tempora, & personas. Et omnia sic conscripta [aa] partibus tribuantur, [bb] ita quòd originalia penes scriptores remaneant, vt si super processu iudicis fuerit suborta contentio, per hoc possit veritas declarari: quatenus hoc adhibito moderamine, sic honestis & discretis deferatur iudicibus, quòd per improuidos & iniquos, innocentium iustitia non lædatur. [cc] Iudex autem qui constitutionem ipsam neglexerit obseruare, si propter eius negligentiam quid difficultatis emerserit, per superiorem iudicem animaduersione debita castigetur, nec pro ipsius [dd] præsumatur processu, nisi quatenus in causa legitimis constiterit documentis.

plex & ſola nominatio filij ſufficiat, vt quis dicatur eſſe filius,
variatum eſt: In eam tamen ſententiam (quam & gloſſ. hic
tradit) frequentius itum, quòd ſola nominatio non ſit ſatis,
maximè ſi fiat enunciatiue, id eſt, ob aliam cauſam, quam ad fi-
nem probandi z filiationem. † Excipe tamen hoc non obtine- 18.
re, ſi nominatio facta eſſet in actu, qui magis filio, quàm extra-
neo conueniret: qualis eſt exhæredatio, vel emancipatio filij,
vel ſi inſtituatur aliquis hæres tantum in legitima, & ſi qui ſunt
ſimiles actus. Nam tum ex ſola nominatione filij conſtituitur
quis in quaſi poſſeſſione filiationis: idq́, omnes probāt, excepto
ſolo Abbate, qui contrarium adſtruit. Sed Clementina, a qua
ipſe mouetur, loquitur in materia odioſa, vt ibi Cardina. decla-
rat, cùm contrà filiationis probatio fauorabilis ſit. Aliàs ve-
rum eſt, quòd in odioſis verba enunciatiua nunquam b diſpo-
nant. † Secundò, ceſſat ſupradictum dogma, ſi talis nominatio 19.
fieret c præſente filio, ſatis cenſebitur probari filiatio. Nam ſi
confeſſio filiationis facta in epiſtola ad tertium aliquem ſcripta,
filiationem ſemiplenè d probat: ergo vt præſentia filij aliquid
operetur, reſultabit ex ipſa plena probatio, Felino teſtante.
Præterea ſi tacita confeſſio proficiſcens ex contumacia mariti
non mittentis cuſtodes vxori prægnantem ſe aſſerenti, filiatio-
nis documentum e inducit: multo fortius id operari debet
confeſſio expreſſa, licet propter aliud emiſſa f ſit. Si tamen fi-
lij nominationem blandiendi tantùm cauſa fieri conſtaret, aut
nominans negaret ſe eo animo aliquem appellaſſe ſua, & pro
ſua negatione fortiorem haberet præſumptionem, tum ſola no-
minatio etiam in conſpectu nominati facta filiationem g non in-
ducet, vt Feli. rectè voluit.

c Neptem.). † Hinc colligis appellatione neptis etiam fi- 20.
liam h fratris contineri. Sed repugnat, quod Paulus i alibi
ſcribit, *Nepos (inquiens) quoq́; dupliciter intelligitur, ex filio vel fi-
lia natus: idem eſt in nepte.* Et videmus iura ciuilia ſemper nepo-
tis mentionem facere reſpectu k aui. Reſponderi poteſt, ap-
pellatione nepotis ex propria natura vocabuli non comprehen-
di filium l fratris: ex communi verò vſu loquendi ſecus eſſe,
quia fratris filius nepotis nomine continebitur: quem vſum
obſeruandum eſſe in omni materia, etiamſi ſit ſtrictæ interpre-
tationis (vt ſunt ſtatuta, tranſactiones, &c.) m Doctores paſſim
tradunt, probantq́ue. Communis enim vſus loquendi
propriæ ſignificationi n præualet, quod Dd.
ſuis o locis locupletius exa-
minant.

z. per iura hic in glo. allegata, & Bart. in l. 1. §. idem per contrarium. ff. de lib. agno. Ang. & Caſtr. in l. non epiſtolis. C. de proba. Anchar. & Abb. c. tranſmiſſæ. ĵ. qui fil. ſint legi.

a. cle. ſummus Pontifex. de ſent. excom.

b. Bal. l. 2. C. de neceſ. ſer. hær. inſt.

c. Imol. l. ex hac. de dona. ſa. l. quidam. de proba. & d. l. non epiſtolis. ibi quaſi ad ſororem.

d. l. vlt. in prin. & ibi glo. de proba.

e. l. 2. & ibi Dd. ff. de libe. agnoſ.

f. l. 2. §. diuus, cum glo. ff. de iu. fiſ. Bar. l. eius qui delatorem. eo. tit.

g. Feli. hic per tex. ſing. quem Butr. & Abb. commendant, in c. per tuas. ĵ. qui fi. ſint legi.

h. ſimilis eſt tex. in c. accedens. ĵ. de accuſ. c. tua nos. c. quod ſuper. ĵ. de conſ. & affi.

i. in l. iuriſconſultus. §. ſecundo gradu, in fine. ff. de grad. & affi.

k. Bar. & alij in l. inſtituta. ff. de inoff. teſt. & l. auiæ. C. de ſucceſ. edi.

l. ita loquuntur iura ſ̂. adducta.

m. Panor. hic. Io. And. c. fundamenta. de elec. lib. 6. Dd. l. ſemper in inſtit. ff. de reg. iu. l. ſciendum. §. illud. ff. de ædi. edi.

n. l. liberorum. §. quod tamen Caſſius. de leg. 3. c. ex literis t. ĵ. de ſponſal. Soci. in l. cùm verò. ff. de condi. & demonſt.

o. In ll. iam allegatis.

IDEM

IDEM IN CONCILIO generali.

CAPVT XI.

[a] Quoniam contra falsam assertionem iniqui iudicis innocens litigator [b] quandoq; non potest veram negationem probare: [c] cùm negantis factum per rerum naturam, nulla sit directa probatio, ne falsitas veritati præiudicet: aut iniquitas præualeat æquitati: [d] statuimus vt tam in [e] ordinario iudicio, quàm in extraordinario iudex semper adhibeat aut [f] publicam (si potest habere) personam, aut [g] duos viros idoneos, qui fideliter vniuersa iudicij [h] acta conscribant: videlicet [i] citationes, [k] dilationes, [l] recusationes, [m] exceptiones, [n] petitioues, [o] responsiones, [p] interrogationes, [q] confessiones, [r] testium depositines, [s] instrumentorum productiones, [t] interlocutiones, [u] appellationes, [x] renunciationes, conclusiones, [y] & cætera quæ occurrerint competenti ordine [z] conscribenda, loca designando, tempora, & personas. Et omnia sic conscripta [aa] partibus tribuantur, [bb] ita quòd originalia penes scriptores remaneant, vt si super processu iudicis fuerit suborta contentio, per hoc possit veritas declarari: quatenus hoc adhibito moderamine, sic honestis & discretis deferatur iudicibus, quòd per improuidos & iniquos, innocentium iustitia non lædatur. [cc] Iudex autem qui constitutionem ipsam neglexerit obseruare, si propter eius negligentiam quid difficultatis emerserit, per superiorem iudicem animaduersione debita castigetur, nec pro ipsius [dd] præsumatur processu, nisi quatenus in causa legitimis constiterit documentis.

Summæ rerum.

1. *COmmendatio huius capit.*
2. *Epitome siue argumentum eiusdem.*
3. *Proëmium in quauis re considerandum.*
4. *Textum hic loqui de vera & simplici negatiua.*
5. *Dictio, quandoq;, quomodò hic accipiatur.*
6. *Negatiua regulariter non probatur.*
7. *Negare quid sit, & de duplici negatiua.*
8. *Negatiua pura vel simplex est improbabilis, & quæ sit ratio, num. 9. fallit tamen, vt num. 11.*
10. *Testis super pura negatiua deponens pro falsario habetur.*
12. *Negatiua restricta loco vel tempore, alia est facti, alia iuris, alia qualitatis.*
13. *Negatiua facti quomodo probetur.*
14. *De probatione negatiuæ iuris.*
15. *De negatiua qualitatis, & qualitatem aliam esse intrinsecam, aliam extrinsecam: rursus intrinsecam vel naturalem, vel accidentalem esse.*
16. *Negatiua qualitatis intrinsecæ quomodò probetur.*
17. *Qualitas extrinseca si negetur, quomodò probanda.*
18. *Vniuersa iudicij acta conscribenda esse: nisi causæ sint leues, iuxta Abba. vt num. 19.*

20 21. *Abbatis limitatio improbatur, eiusq; argumenta diluuntur.*

22. *Ordinaria iudicia quæ dicantur.*
23. *Ordinaria iudicia quandoq; pleniß. quandoq; plenam exigunt cognitionem.*
24. *Extraordinaria iudicia quæ dicantur.*
25. *Iudicia processus summarij.*
26. *Processus de plano, & quæ causæ de plano expediri poßint.*
27. *Processus, siue cognitio absq; figura iudicij.*
28. *Tabellio, & notarius, an inter se differant.*
29. *Tabelliones vnde dicti, & eorum officium olim fuisse honorificentissimum.*
30. *Tabellio siue notarius ad conscribenda acta adhibendus, & à iudice eligendus.*
31. *Et sic electus cogitur hoc officij subire.*
32. *Notarius semel electus ad conscriptionem actorum, non potest mutari sine causa.*
33. *Officium notarij destinati ad conscribenda acta, & num. 35. 38.*
34. *Actorum appellatio.*
36. *Copia actorum non, nisi iudicis mandato, edenda.*
37. *Casus, vbi acta non debent edi.*
39. *Notarius an semper fidem duorum referat.*
40. *In pertinentibus ad alicuius officium plus creditur, quàm alij fide digno.*
41. *Acta quomodò hic accipiantur.*
42. *Acta publica bifariam accipi in iure.*
43. *Acta priuatorum, vel forensia.*
44. *Citatio actis publicis inserenda: & in ius vocare quid sit.*

45. 47. *Iudicium an à citatione incipiat, vel litis contestatione.*

46. Pra.

46. *Præparatoria iudicij.*
48. *Effectus citationis varij.*
49. *Citatio est de substantia iudicij.*
50. *Facta in præiudicium absentium sine prævia citatione sunt nulla.*
51. *Citatio est iuris naturalis.*
52. *Citationis tres esse partes, quæ actis sunt inserenda.*
53. *Nuncio, se aliquem in ius vocasse, asserenti, an credendum.*
54. *Dilationes actis inserendas esse.*
55. *Ad primam citationem non comparens, condemnatur in expensis.*
56. *Glossæ error hic.*
57. *Recusatio iudicum permittitur.*
58.60. *Recusatio iudicis quare actis inserenda.*
59. *Processus post obiectam recusationem habitus, an valeat.*
61. *Recusatio iudicis quo tempore opponenda.*
62. *Recusatio quando post litem contestatam opponi queat.*
63. *Recusatio an in scriptis facienda.*
64. *Exceptiones actis inserendæ, item replicationes, triplicationes, &c.*
65. *Exceptiones an in scriptis offerendæ.*
66. *Exceptio non numeratæ dotis in scriptis proferenda.*
67. *Actor & reus non semper ad paria iudicantur.*
68. *Reo contrarias exceptiones obijcere licet: sed actor contraria allegans, non auditur.*
69. *Reus quatenus actoris vicem in excipiendo sustineat.*
70. *Recusatio an sit species exceptionis.*
71. *Statutum prohibens exceptiones, an censeatur prohibere recusationem.*
72. *Recusatio suspecti iudicis nec statuto, nec à principe tolli potest.*
73. *Libellus in scriptis offerri debet: & quæ sit ratio: & num. 75.*
74. *Sententia debet conformis esse libello.*
76. *Interdum sufficit intentionem actoris verbo explicari, modò id à notario conscribatur.*
77. *Libelli oblatio an sit de substantia iudicij.*
78. *Litis contestatio actis inserenda.*
79. *Litis contestatio quid sit.*
80. *Litis contestatio quare necessaria, & unde sit dicta.*
81. *Responsiones pro positionibus.*
82. *Positiones debent esse pertinentes: & positio quid sit.*
83. *Positiones quando dicantur esse aptæ, tam in reali quàm personali actione.*
84. *Si positiones negentur, sunt probandæ.*
85. *Positiones veteribus erãt incognitæ: & de interrogatorijs actionibus.*
86. *De interrogationibus, quæ à iudice ex officio fiunt.*
87.88. *Interrogationis appellatione an veniat positio, & in quibus inuicem differant.*
89. *Confessiones partium actis inserendæ.*
90. *Taciturnitas rei conuenti pariter actis inserenda.*
91. *Confessio facta ad positiones, quando noceat.*
92. *Errans non dicitur fateri.*
93. *Testium depositiones actis inscribi debent.*

94. Testibus iuramentum à partibus remitti potest.
95.98. Notarij officium in annotatione depositionis testium.
96. Iuramentum testium: & quando sit præstandum.
97. Aduersarius citandus ad videndum iurare testes.
99. Productio instrumenti de actis est, non ipsum instrumentum.
100. Ideoq; instrumenti productio actis annotanda.
101. Post conclusionem in causa instrumenta producere non licet.
102. Nisi fiat ex iusta causa, vel ab ipso iudice, parte non contradicente, & num. 103.
104.107. An sufficiat instrumenta producere coram notario.
105. Notarius sine præsentia iudicis non potest ullam productionem re-cipere.
106. Declaratus §. super his. in l. eos. C. de appella.
108. Differentia inter interlocutoriam, & diffinitiuam sententiam.
119. Interlocutoria quæ dicatur: & quotuplex sit.
110. Sententia diffinitiua quæ sit.
111. Appellationes ab interlocutorijs actis inserendæ.
112. Renunciatio & conclusio in causa præcludit viam amplius tàm in iure quàm facto allegandi.
113. Sententia an dicatur de actis esse.
114. Sententia actis adscribenda.
115. Appellatio à diffinitiua actis inseri debet.
116. De clausula, & cætera, quid hic includat.
117. Notarius, nisi iussu iudicis, non debet edere.
118. Originalia actorum penes notarium remanere debent.
119. Pœna iudicum, qui acta conscribi negligunt.
120. Iudex omittens aliqua in actis, tenetur parti expensas ea ratione factas refundere.
121. Non creditur iudici, nisi quatenus ex actis constat.
122. Appellatione pendente nec pro sententia, nec pro processu præsumitur.
123. Pendente tempore ad appellandum pro sententia præsumitur, non pro processu.
124. Etiam pendente appellatione tàm pro sententia, quàm processu præsumi, contra communem.
125. Respondetur ad argumenta pro communi facientia: & nu. 126.127.
128. Si sententia transijt in rem iudicatã, pro ea, & processu præsumitur.
129. Quando sententia dicatur transire in rem iudicatam.
130. Sententia nulla non transit in rem iudicatam.
131. Acta faciunt notorium.
132. Pro actis, quæ recensentur in sententia, præsumitur, ea interuenisse.
133. Pro laudo arbitri præsumitur, non autem pro arbitratore.
134. Decretum in actu voluntariæ iurisdictionis præsumitur interpositum ex iusta causa.

Valde † memorabile est hoc cap. passimque multis encomijs celebratum, ac immensis commentarijs illustratum. Plerique enim, ne parùm multa scripsisse viderentur, modum etiam tractandorum iudiciorum iure scripto traditum (quem *iuris processum* vulgò dicimus) ad amussim examinant, multaque huc congerunt, quæ alibi tractari multò commodius poterant. 1.

Nos verò, ne alijs locis debitam dotem ſubtrahere videamur, ea ſolùm, quæ peculiatiter huc pertinent, & ad exactam textus noſtri, gloſſarumque expoſitionem conducunt, annotabimus, reliqua relinquentes commentarijs. † Sunt autem huius
2. cap. tria præcipua membra: nam principe loco proœmium præmittitur, in quo cauſa finalis huius conſtitutionis condendæ declaratur. Deinde conſtitutio ipſa attexitur, in effectu continens, vniuerſa iudicij acta in quibuſcunque iudicijs conſcribenda eſſe. Denique pœna ſtatuitur imponenda iudici, qui huic ſanctioni non acquieuerit: atque hæc eſt epitome, ſiue ſumma huius integri capituli: cuius ſingula membra in progreſſu ordine diſcutiemus.

3. a Quoniam) † Hinc diſce, proœmium in quacunque re obſeruandum eſſe: eſt enim tanquam cauſa finalis, & quæ qualitatem rei [a] demonſtrat. Vnde Lanfrancus rectè hic dixit: ſi in lege municipali reperiatur caſus, cui exordij ratio non conueniat, ad eum legis autoritatem non eſſe extendendam.

4. b Quandoque) † Textum accipere oportet de vera & ſimplici negatiua, quæ non ſit loco vel tempore coarctata, de ea enim ſenſiſſe conſtituentem, ratio contextus inſerta ſatis conuincit, verbaque ipſa demonſtrant. Nec aduerſatur dictio (*quandoq.*) quaſi inde inferri videatur, negatiuam veram regu-
5. lariter probari poſſe. † Quoniam hæc vocula in noſtro propoſito non ponitur pro caſu aliquo, ita vt regula in contrarium deſignetur, ſed pro aliquando, id eſt, pro aliquo tempore: vt ſi dicam, homines quandoque moriuntur: vt ſit ſenſus, Innocens litigator non poteſt quandocunque, ſiue vllo tempore probare negatiuam. & hoc modo omnia verba correſpondent. Sic etiam [b] alibi dicitur, *quòd in mutuo quandoq. non eadem res, ſed alia reddantur:* & conſtat, dictionem (*quandoq.*) eò loci non facere regulam in cõtrarium, quoniam natura [c] mutui repugnat.

6. c Cùm negantis) † Negantis nullam eſſe probationem, euidenter hinc colligitur: idemque ex alijs [d] legibus conſtat. Sed huic dogmati multæ aliæ [e] leges aduerſantur, quæ negationis probationem admittunt. Pro expeditione itaque huius articuli paulò altius exordiendum eſt, vt ſic ex funda-
7. mento cognoſci poſſit, probabilis negatiua ſit, an minus. † Negare autem in propoſito nihil aliud eſt, quàm dicere nõ aliquid eſſe. Negationem porrò duplicem eſſe conſtat: alia enim *pura* eſt & *indeterminata*, quæ nullam adiectam loci vel temporis circumſtantiam habet: alia verò *determinata*, quæ ſcilicet vel loco, vel tempore, vel quauis alia ratione coarctatur, putà quia affirmationem in ſe complectitur, aut aliàs quippiam in eſſe ponit.
8. † Prior ſemper eſt improbabilis, tam directè quàm [f] indirectè: itaque nunquam compellendus eſt ad probandum, qui

a. hic. & l. vt liberis. ibi Bal. C. de collat. l. vlt. ff. de hær. inſti. l. regula. §. & licet. ver. initium conſtitut. ff. de iu. & fac. igno.

b. tex. in §. 1. Inſtit. qui mo. re con. obli. vbi hæc vox (quandoq.) in eâdem acceptione ponitur

c. fa. l. res datæ in dotem. ff. de iu. do. l. tutor. in prin. de iureiu. & l. mancipiorum. in prin. de opt. leg.

d. l. actor. C. de probat. c. bonæ. 1. de elect. c. cùm ſuper. ex. de renun. cum ſimil. & ibi Dd.

e. l. nec codicillos. C. de codic. l. 2. C. de erro. aduo. l. optimam. C. de contra. ſtipu. & l. Pantonius. §. perduellionis. ff. de acqui. hær.

f. per glo. in d. c. bonæ. 1 ex. de elec. & glo. in l. 2. ff. de probat.

 ſimpliciter

ſimpliciter factum negat, nulla facta vel loci vel temporis adie-
ctione: Vt ſi quis dicat, ſe non eſſe vocatum in ius, aut non con-
traxiſſe, vel rem litigioſam non eſſe aduerſarij. hanc enim ap-
pellant *puram* vel *ſimplicem negatiuam*, qua neque expreſsè, neq;
tacitè quicquam aſſeritur, ſed intentio tantùm actoris in g iu-
dicio fit dubia. † Huiuſmodi autem *ſimplex negatiua* ideò pro- 9.
bationem effugit: primùm, quia per rerum naturam fieri non
poteſt, vt non entium vllæ ſint qualitates. Deinde, quia teſtes
non debent teſtificari, niſi de his, quæ per ſenſum corporeum
h percipiuntur: ſed ea, quæ non ſunt in rerum natura, non poſ-
ſunt cadere in ſenſum corporeum teſtis. Denique, quia teſtes
neceſſariò vel præſumptiuè i concludere debent: ſed de his
quæ non ſunt, non poſſunt nec neceſſariò, nec præſumptiuè
teſtificari. † Itaque traditum quoque extat, teſtem ſuper pu- 10.
ra negatiua deponentem falſitatis ſuſpicionem incurrere, &
tanquam falſarium puniri k poſſe. Et de iſta negatiua vera &
ſimplici cap. noſtrum loqui, ſuprà quoq; annotauimus. † Quòd 11.
autem paulò antè dictum eſt, talem negatiuam probari non
poſſe: hoc vtriuſque ſcholæ Doctores communiter recipiunt,
procedere, niſi negatiua coniuncta ſit ſenſui teſtis, tum enim &
hanc probari poſſe cenſent: vt ſi dicam, Titium non habere ca-
put contectum pileo, vel Seium non habere oculos. Nec tamen
hac ſpecie directò probabitur: quia quod non eſt, non cadit in
ſenſum teſtis: ſed indirectè. Ex quo enim non obijcitur ali-
quid viſui, iudico quod nihil ſit in loco, vt Butr. l & Panormi.
declarant: & hoc videtur verius: licet Baldus m exiſtimet,
tum eam etiam directò probari poſſe. † In altera verò negatio- 12.
nis ſpecie, quæ vel loco, vel tempore reſtringitur, diſtinguere
n oportet, vt aduertamus, an ſit negatiua facti, vel iuris, vel
qualitatis. † In facti negatiua, vt quia inficietur quis id, quod 13.
in facto conſiſtit, non tamen ſimpliciter, ſed adiecta loci vel
temporis circumſtantia, pro regula ſeruandum, quòd ſiue ea
proponatur ab aliquo pro fundamento ſuæ o intentionis, ſiue
coniectuta & præſumptio ſit contra inficiantem, tum ipſum in-
ficiantem probare negatiuam oportet, p ſi obtinere velit. † Si 14.
de negatiua iuris quæratur, intereſt, an negetur aliquid, quod
ſit de genere permiſſorum, vt in materia teſtium, & procura-
torum: tum is qui negat, probare tenetur: An verò id nege-
tur, quod eſt de genere prohibitorum: quo caſu non negans,
ſed aduerſarius qui affirmat, probandi onus q ſuſtinet. † Circa 15.
negatiuam qualitatis diſtinguere oportet inter qualitatem *in-
trinſecam* & *extrinſecam*. *Intrinſeca* autem duplex eſt, alia *natura-
lis*, vt habere ſenſum aliquem naturalem, alia *accidentalis*, vt ha-
bere ſcientiam, eſſe clericum. † Si intrinſeca qualitas à natura 16.
nobis inſita negetur, tum negantem probationis munus ſubi-
re neceſſe eſt: vt ſi dicam, Titium non eſſe ſanæ mentis: hanc
negationem docere me oportet: quia ſecundum naturam qui-
libet præ-

g. l. vlt. C. quib. ad lib. pro. non li. l. nemo. in fin. C. de acqui. poſ. l. plures. in prin. C de fi. inſtru. l. 1. §. ſed cùm poſſint. ff de colla. bo. l. ſi ex cautione. C. de non nu. pecu. § commodum. Inſt. de interd.

h. l. teſtium. C. de teſti. l. qui teſtamento. §. vlt. ff. eo.

i. c. in præſentia. ibi Dd. communiter. ſ. hoc tit.

k. Inno. & Imo. in c. licet. hoc tit. c. cùm eccleſia. ſ. de cau. poſ. & prop. Alex. vbertim conſil. 136. parte 1. & conſil. 104. ad fi. par. 3.

l. in d. c. bonæ. & Ang. l. 1. ff. de his qui ſ. ſ u. a t.

m. l. actor. C. de probat.

n. glo. in d. c. bonæ & Specu. tit. de proba §. 1. verſ. ſuper quo.

o. Inno. c. ſuper his. ſ. de accuſa. Bar. l. hoc iure. ff. de verb. obli.

p. l. non codicillos. C. de codicil. l. optimam. C. de contrah. ſtipu.

q. exempla vide in l. 1. & 2. ff. de collegiis. glo. in l. 1. ver. aliorum. ff. quod cui. vni. no.

libet præsumitur compos [r] mentis. Sin verò quis intrinsecam qualitatem ex accidenti profectam inficietur, vt quia negem te esse doctorem, vel clericum, negem te literarum cognitione præditum: tum non mihi neganti, sed tibi asserenti probandi onus [s] incumbet. Si tamen de huiusmodi qualitate accidentali semel constitit, pro ea præsumitur, & in aduersarium prouin-

17. cia docendi contrarium transfertur. † Nunc de *qualitate extrinseca*: ea si negetur, cùm est conformis actui, tum neganti incumbet [t] probatio: vt si dicam, iste ducatus non est ex auro: hic negatur qualitas rei conformis, nempe aurum, quod ducato conuenit. Aliàs verò qualitatem extrinsecam negans, eam probare non tenetur. Sic [u] alibi, cùm pupillus tutorem tempore depositæ tutelæ soluendo fuisse negaret, probatio non neganti pupillo, sed ei qui contrarium allegabat, imponitur. Sic [x] Celsus, *non est necesse*, inquit, *pupillo probare fideiussores pro tutore datos, cùm accipiebantur, idoneos non fuisse, sed probatio exigenda est ab ijs, quorum officij fuit prouidere, vt pupillo idoneè [y] caueretur.*

18. d Statuimus) † Hac igitur generali constitutione sancitum est, vniuersa iudicij acta conscribenda esse in quibuscunque iudicijs: loquitur enim textus hic tam de ordinarijs, quàm

19. de extraordinarijs iudicijs. † Hoc tamen Abb. verum intelligit, nisi causa sit leuis & modica, tum enim nullam actorū scripturam requiri putat, sed simplici iudicis assertioni standum [z] esse. cum in huiusmodi leuibus etiam simplici nuncij relationi [a] credatur: ergò multò magis iudici in causa leuiuscula actum aliquid iudicialiter astruenti, credendū videtur. Causa verò an sit leuis, paruique momenti, idem Abb. iudicantis arbitrio relinquendum censet, qui respecta qualitate personarum & causæ id [b] æstimabit. † Sed hanc restrictionem non videtur textus

20. noster admittere, qui scripturam actorum pro iustitia requirit, ne falsitas veritati præiudicet. In his autem, in quibus de iustitia agitur, & iure cōmuni, etiam quod minimum est, attendi [c] con[illegible]c. Præterea cùm mandet hæc constitutio, vniuersa iudiciaria act[illegible] cōscri[illegible], rectè quoq; de minimis sensisse iudicatur: [d] quia c[illegible] omne dicit, nihil excludit. sicut ergo minima acta co[illegible]scribere oportet: ita quoque par est, in minimis etiam cau-

21. sis scripturam adhibere. † Nec aduersantur iura in contrarium allegata: ea enim (Decio teste) de scriptura substantiali, quæ in [illegible]pso actu pro forma necessaria est, loqui videntur: sed scriptura actoru[illegible], qua de hic agimus, non desideratur pro forma, sed ad faciliorem probationem eorum, quæ in iudicijs acta [e] sunt. Non etiam impedit, quod de nuncio dictum est: illi enim creditur in his, quæ ad eius officium pertinent. secus est in iudice, [illegible]ui nullam omninò fidem leges adhiberi volunt, nisi quatenus le[illegible]itimis constiterit [f] documentis. In omnibus ergo etiam par[illegible] momenti controuersijs vigore huius constitutionis acta con[illegible] iudiciaria debent.

e Ordi-

r. l. nec codicillos. C. de codicil. cum simi.

s. l. magistros & l. l. vlt. C. de profess. & med. lib. 10. l. 1. C. de profess. qui in re. Consi. lib. 12. l. qui sub prætextu. C. de sacro. eccle.

t. l. sed & reprobari. in prin. de excu. tut.

u. l. quod semel. ff. de decre. ab ord. fac. fa.

x. opt. l. moueor. C. si ser. exportan. ven.

y. l. ex persona. C. de probat.

x. l. non est. ff. hoc tit.

y. Reliqua vide apud Bar. l. in illa stipul. de verb. obli. l. à D. Pio. §. in venditione. de re iudi. l. 2. C. quan fij. vel pri. Bal. l. actor. C. de proba. Cano. hic. & in d. c. bonæ. ſ. de elec.

z. per tex. & ibi Bar. in auth. nisi breuiores. C. de sent. ex breui reci. & tex. in Nouel. vt si quo. suffr. §. necessitatem.

a. l. ea quidem. C de accusa. not in c. cùm parati. ſ. de appel.

b. iuxta glo. in c. vlt. de re iudi. lib. 6.

c. l. vt in maiorib. C. de appel. & c. de appellationibus. ſ. eo. ti.

d. l. Iulianus. ff de lega. 3.

e. fac. tex. in l. contrahitur. ff. de pigno. & hypo.

f. tex. hic. & c. cùm à nobis ſ. de testi. l. iurisiurandi. C. eo. & l. ne in arbitris. §. sin autem. C. de arbi.

e Ordinario) Ordinaria & extraordinaria iudicia quomodò inuicem diſcerni debeant, gloſſa nimis conciſè tractat:
nos id aliquantò craſſius docebimus. † *Ordinaria* igitur *iudicia* 22.
ſunt, in quibus ea requiruntur, quæ in legitima cauſarum cognitione obſeruari debent: vt eſt, verbi gratia, libelli oblatio, litis conteſtatio, &c. Nam ad quarum cauſarum cognitionem
iſta requiruntur, ea iudicio ordinario deducuntur. † Sed ne- 23.
que ordinariorum eadem ſemper eſt obſeruatio. Nam quarundam cauſarum, quæ iudicio ordinario expediuntur, pleniſſima requiritur cognitio: vt regulariter in omnibus criminalibus. In illis enim propter periculum, quia de ſalute hominis, re omnium maxima agitur, acerrima deſideratur indagatio, adeò vt g leges exigant probationes ipſa luce clariores, priuſquam in illis pronuncietur. In quibuſdam cauſis iudicio ordinario definiendis ſufficit plena cognitio: vt generaliter in omnibus cauſis ciuilibus, in quibus plenum præiudicium parit ſententia, ita vt nullus porrò ad eam ſit h aditus. † *Extra-* 24.
ordinaria verò *iudicia* dicuntur, quæ non ſeruato ordine procedendi ſecundum legitimam formam iudiciorum, & ſola facti veritate inſpecta exercentur: vt fit in cognitione ſiue iudicio ſummario: item in iudicio, quod de plano & ſine ſtrepitu expeditur, & in cognitione, quæ abſque figura iudicij fieri intelligitur. Hæ enim cognitiones etſi inter ſe differunt, tamen ad extraordinaria iudicia referuntur, ac per conſequens
in his omnibus actorum ſcriptura neceſſaria eſt. † Porrò vt 25.
harum cognitionum diſcrimen habeas, cumprimis ſciendum eſt, quòd cauſæ, quas permittunt leges abſque exacta probatione expediri, dicantur *ſummatim* vel ſummaria iudicis cognitione dirimi: vt quoties agitur actione ad exhibendum, non requiritur exactiſſima probatio ad hoc, vt iudex iubeat rem exhiberi: ſed ſat eſt, ſi actor iuret ſua intereſſe, i vt exhibeatur. k Bartolus alibi contendit, eas quoque cauſas dici poſſe ſummatim cognoſci, quarum probatio contra abſentem ad-
mittitur. † Deindè *proceſſum de plano* Specul. & Bart. fieri vo- 26.
lunt in negotijs, quæ ad iudicem non ſedentem in tribunali deferri, & ab eo conſtitui extra conſuetum exercendi iudicij locum poſſunt: vt ſunt exhibere libellum actionis, recipere appellationum literas, & quicquid eſt talium rerum, quæ parti aduerſæ non pariunt præiudicium. Nam tale quid, vnde præiudicium exiſtere parti poſſet, iudex extra tribunal conſtituere nequit: vt ſi litigantium aliquis à iudice deambulante peteret, dilationem ad producendos teſtes à iure datam ſibi prorogari, id iudici non licebit, niſi in tribunali ſedeat vtráque parte l præſente. Solent quoque integræ interdum cauſæ de plano, id eſt, extra locum ordinarium iudiciorum tractari, ita tamen, vt cæteræ obſeruationes iudiciarij proceſſus non

g. l. vlt. C. de proba. l. vbi. ff. ad leg. Cor. de fal.

h. l. iudice. & ibi Dd. C. de iudi.

i. l. theſaurus. ff. ad exhib.

k. extraua. ad reprimendum. verbo ſummariè.

l. l. à procedente. C. de dila. 3. quæſt. 3. §. à iudice.

non [m] omittantur: exceptis tantùm solennibus ferijs, quas in iudicio de plano attendere non est opus. Sic enim leges fieri permittunt in puniendis leuibus [n] delictis, in cognoscendo de præstandis obsequijs inter patrem & filium, [o] patronum & libertos, & in audiendis querelis afflictorum a custodibus [p] in
27. carcere. † Tertiò & vltimo dicitur cognitio fieri *absq; figura seu forma iudicij*, quando ea tantùm obseruantur, quæ sunt iuris naturalis in processu: vt est citatio, legitimatio personarum, vt scilicet is, qui alterius nomine postulare vult, mandatum exhibeat. item petitio, defensio, probatio, & si quæ sunt id genus alia, quæ [q] alibi recensentur. Ea enim, quæ à iure ciuili introducta sunt ad legitimum processum iudicij, omitti possunt licitè, vt est libellus, feriæ ob hominum necessitatem constitutæ, litis contestatio, & huiusmodi alia, quæ [r] suis locis tractantur.

28. f Publicam perso.) † Hoc omnes de tabellionibus intelligunt, quos vulgò *notarios* dicimus, tamen præter acceptionem veterum scriptorum. Apud illos enim notarius non erat, qui vulgò putatur, hoc est, tabellio, sed qui excipiens verba dictantis, per notas & compendia scribebat. Talis describitur à Martiali in disticho, cuius index est, notarius:

Currant verba licet, manus est velocior illis,
Nondum lingua suum, dextra peregit opus.

In eadem acceptione [f] Paulus quoque notarium vsurpat, *Lucius Titius*, inquiens, *miles notario suo testamentum scribendis notis dictauit, & antequam literis perscriberetur, vita defunctus est.* Ergo *per notas*, intelligendum est, per literarum compendia, hoc est, breuiaturas. Aliàs tamen lib. 12. Cod. tit. de primicerio & notar. verbum hoc pro secretarijs principis vsurpatur. Quia verò vsus loquendi nunc ita fert, vt notarium
29. pro tabellione accipiamus, & nos illum sequi par est. † *Tabelliones* autem dicuntur a tabulis, id est, testamentis, & alijs publicis scripturis, quas conficiunt: vnde & *publicæ personæ*, [t] & *serui publici* nuncupantur. Horum officium apud Græcos longè honorificentissimum fuit, ad quod neminem admittebant, nisi honestis natalibus, fide & industria cognitum, vt qui omnium consiliorum particeps esse mereretur. Et M. Cicero scribit, hoc officium etiam apud Romanos non fuisse ignobile, licet aliter
30. [u] hodie videatur. † Publicam igitur personã, id est, tabellionem siue notariũ iudex adhibere debet, qui vniuersa iudiciaria acta conscribat, vt hic textus ait. Vnde quoq; cõficitur, electionẽ notarij actorum non ad litigatores, sed ad ipsum iudicẽ [x] spectare, sine cuius autoritate etsi cõscribantur acta, nullã tamen fidẽ mereātur. Sic tamen electus nõ debet suspectus esse [y] cõtrouertentibus: & consultũ fuerit, vt iudex eligat tabellionẽ saluo iure recusandi

m l. miles. §. sexagenta. ff. ad le. Iul. de adul.
n. l. leuia. ff. de accusat.
o. l. neq; quicquam §. de plano. ff. de offi. procons.
p. l. Lucius. §. vlt. ff. de quæstio.
q. Bart. in d. extraua ad reprimendum. & habetur in cle. sæpè. de verb. signi.
r. in d. clem. sæpè.
f. in l. Lucius Titius. ff. de mili. testa.
t. vt hic. & l. orphanotrophos. C. de epi. & cler.
u. l. vniuersos. C. de decuri. lib. 10. l. 2. & per discur. C. de tabul. eo. lib.
x. c. statutum. §. notariũ. de rescri. lib. 6.
y. glo. §. quod sæpè. in ver. artificis. Nouel. de trien. & semiss. quam Bal. hic vt singularem commendat.

cuſandi à partibus. † Qui verò ſic ad conſcriptionem acto- 31
rum ſemel deſtinatus eſt, id officij ſubire etiam inuitus [z] cogi-
tur: niſi multitudo agendorum ipſum [a] excuſaret. † Tabelli- 32
onem autem ſemel electum iudex retinere tenetur, nec poteſt
eo repudiato alium acceptare ante finitam controuerſiam,
niſi vel res adhuc ſit integra, & necdum inchoatum negotium,
vel aliqua cauſa ſubſit, ob quã mutatio meritò [b] fieret: vt ſi pri-
mò aſſumptus impediretur, vel ex mandato iudicis ſe abſenta-
ret, quia tum nihil prohibet alium ſufficere, qui abſentis ſcri-
pturas in formam [c] redigat. Idem eſt, ſi propter abſentiam al-
terius periculum ſit in mora: & quis tum ordo ſeruetur in ſub-
ſcriptionibus, docet [d] Innocentius alibi. † Porrò officium ta- 33
bellionis ad actorum conſcriptionem electi potiſſimùm in tri-
bus verſari debet: primum eſt, vt vniuerſa iudicij acta conſcri-
bat. † Actorum autem nomen hîc largè accipimus, vt cõm- 34
prehendat quicquid factum eſt in præſentia iudicis etiam non
in figura iudicij, ſiue ante, ſiue poſt litem conteſtatam, dum-
modo huiuſmodi actus negotium ipſum [e] reſpiciat. † Secun- 35
dò, vt copiam actorum tradat partibus litigantibus, ſi id po-
ſtulent. Tabellio ex officio tenetur actorum copiam commu-
nicare partibus, vt ſeſe inde inſtruere poſſint. imò non ſolùm
partibus, ſed generaliter vnicuique, cuius intereſt edi ſibi, pe-
tenti actorum exemplum exhibere obligatur: accedente tamen
mandatu iudicis. † Cùm enim acta abſque iuſſu iudicis confici 36
non [f] poſſint: conſequens eſt, vt abſque eius autoritate nec
edi quidem [g] debeant. † Sunt tamen quidam caſus, quibus nec 37
acta quidem edi debere in confeſſo eſt: vt interrogationes te-
ſtium. Cùm enim iudici dentur, vt inde inſtrui poſſit, quem-
admodum teſtes interrogare debeat: ſi aduerſario ederentur,
facilimè ille teſtes ſubornare ac [h] erudire poſſet. Deinde in po-
ſitionibus quoque, cùm aduerſarius iubetur de ſuo facto re-
ſpondere, idem traditum eſt. debet enim ex tempore reſponde-
re, alioqui [i] ſuſpectus eſt: niſi ea de re agatur, cuius probabi-
lem ignorantiam habeat, tum enim editio ei facienda, dilatioq;
danda eſt, [k] vt edoceri poſſit. Tertiò allegationum, quæ iure
conſiſtunt, copia an collitigatori facienda ſit, dubitatũ eſt: fre-
quentius tamen obtinuit non eſſe faciendam, cùm pro iudicis
alleuiatione fiant. ſi tamen iudex ea in acta redigi faciat, [l] ſecus
eſt. Nam & dubium non eſt, poſtquam in cauſa conclu-
ſum ſit, non prohiberi huiuſmodi allegationum [m] productio-
nem. † Tertiò tabellionis acta conſcribentis officium eſt, vt 38
protocolla, ſiue originalem ſcripturam penes ſe diligenter con-
ſeruet, vt huc recurri poſſit, ſi contentio aut difficultas aliqua
emerſerit. Nam ſi exemplum ab originali diſcordet, originali
& matrici ſcripturæ [n] ſtabitur.

g Duos viros.) † Hinc videtur colligi, quòd autoritas
notarij

z. Bal. hîc & in rub. C. de fi. inſtru. Hoſti. in ſum. j. eo. §. quibus inſtrumẽtis. verſ. ſed hîc.
a. Bart. l. 1. §. 1. ff. nau. caup. ſtab.
b. Bal. in l. quædam. cir. prin ff. de eden. l. 2. ad fi. C. quo. & quan. iu.
c. Bal. l. 1. C. de ſport. & l. vlt. C. de re iudi. arg. l. ſi longius. ff. de iudi.
d. in c. cùm in iure. ad fin. ſ. de offi. dele.
e. Bal. in l. interrogatum C. de libe. cau.
f. l. ſi quis. ff. de acceptil. l. adoptio. ff. de adop.
g Feli. hîc. col. 22.
h. glo. c. 2. de teſti. lib. 6. verbo, interrogatoria.
i. l. 3 § 1. de teſti.
k. Bar. l. 2. §. quod obſeruari. col. 3. C. de iur. pro. cal.
l. l. 1. C. ſi ex falſ. allega.
m. Feli. c. cùm dilectus. col. 6. ĵ de fi. inſtru
n. glo. eſt in §. 1. ver. protocollum. & ibi Ang. Nouel de tabel. Bar. l. Sempronius Proculo. ff. de leg. 2. & in l. ſi quis ex arg. §. vlt. ff. de eden.

notarij sola excedat dictum duorum testium: quia tum demum, si notarius haberi non possit, alij duo assumuntur in subsidium, sicque non æquipollent notario, intelligendo, quòd eius scripturæ credatur absque ° testium subscriptione. Hoc autem procedit tãtùm in casu huius decretalis, in qua de proprio notarij officio agitur. Quòd verò generaliter & in vniuersum plus credatur vni notario, quàm duobus viris fide dignis, nullatenus verum est, vt hic rectè Felinus scribit. † Vnde meritò colligit Abbas, in pertinentibus ad alicuius officiũ, plus illi fidei adhibendum esse, quàm alteri quantumcunque idoneo: secus in his, quæ ad alicuius officium non ᵖ spectant.

40\.

41\. h Acta) † Acta in hoc proposito nihil aliud sunt, quàm scripturæ coram iudice, & eius iussu per notarium confectæ, ad iudicij naturam pertinentes. Nam & iurisconsſ. itemque Imperatoribus, acta libri erant forensium, siue iudicialium scribarum, in quibus iudicum pronunciata scribebantur, apud ᵠ Paulum, & ʳ Hermogenianum, & aliàs sæpissimè. † Porrò huiusmodi acta iure Pontificio, vel potius consuetudine recentiorum solent dici *acta publica*, ˢ propterea quòd à notario, velut publica persona, confecta sunt. Propriè verò loquendo, & secundum leges ciuiles aliter videntur dici acta publica, ea videlicet, quæ vel ad fiscum vel ad commentaria, id est, libros & rationes principis ᵗ pertinent: item quæ apud officium censuale publicata sunt, vbi & professiones filiorum, & testamentorum insinuationes, & edicta publica seruari ᵘ solebant. Præterea quæ ad rempub. aliquam spectant, & in archiuo aut chartophilacio reposita sunt, siue coram præside, procuratoreue Cæsaris de re ad fiscum vel publicam causam pertinente, ˣ confecta sunt: idem etsi in causis publicorum iudiciorum ʸ conscripta sint. Et huiusmodi acta publica non sunt propria notariorum, sed commentariensibus, vel censualibus, vt ea custodiant, ᶻ relinquuntur: & apud successores officij in grammatophilacio semper remanent. † Quod si coram iudicibus de priuatis causis acta cõfecta sint, ea licet iure Canonũ & ex consuetudine pariter dicantur publica, vt suprà annotauimus: iure tamen ciuili non publica, sed *priuatorum acta* ᵃ dici solent, vel *priuati* ᵇ *actus*, vel *acta* ᶜ *forensia*.

42\.

43\.

i Citationes) Quæ de actis esse dicantur, ea hic ordine recensentur, non tamen omnia: quædam enim prætermissa sunt, vt ex infrà dicendis adparebit. † Primùm autem, quòd notarium causæ actis inserere oportet, est *citatio*, quam iurisconsulti *in ius vocationem* nominant. Porrò *in ius vocare* iuxta ᵈ Paulum nihil aliud est, quàm iuris experiundi, id est, agendi causa vocare. Quærit autem gloss. quare citationes in actis conscribi debeant, & plerosque effectus enumerat. Ego putarim multas rationes adferri posse, ob quas meritò citatio actis inferenda

44\.

o. vt hic in glo. 3. latius.

p. fa. c. ad audientiam. f. de præscrip.

q. l. acta. ff. de re iudi.

r. l. actorum. eo. tit. & l. is apud. C. de eden.

s. arg. c. nostri hic. & l. orphanotrophos. C. de epi. & cleri.

t. l. abesse. ff. ex qui. cau. ma. l. gesta. ff. de re iud.

u. l. vlt. de probat. l. testamenta. C. de testa. & l. moris. §. 1. ff. de pœn.

x. l. iustum. C. de eden. l. generali. C. de tabul. lib. 10.

y. l. 7. C. de defen. ciui. fa. l. 2. C. de custo. reo.

z. l. in fraudem. §. quoties. ff. de iu. fis. & l. moris. ff. de pœn. l. immunitates. C. de agri. & cens. lib. 11.

a. l. in fraudem. §. ex his. de iu. fis.

b. l. actus. C. de feri.

c. l. comparationes. C. de fi. instru.

d. in l. 1. ff. de in ius vocan.

ferenda sit. † Primùm enim iudicium à citatione initium du- 45
cere, vulgò Canonistæ tradunt, idemque [e] Accursius voluit, & maior [f] interpretum pars probant: licet plerique in eam quoque sententiam iuerint, causam quidem appellationis à citatione exordium [g] capere: in primaria verò causa siue prima instantia (vt vocant) à litis contestatione iudicium [h] incipere. Hinc in legibus iudicium dicitur acceptum, vbi lis iam contestata est, à qua etiam prima causæ instantia exordium [i] capit.
† nam quæ ante litem cōtestatam geruntur in iudicio, dicuntur 46
præparationes ad iudicium accipiendum, & veluti proœmia. Vnde & Iustinianus [k] alibi citationem non iudicij initium
esse ait, sed actionum instituendarum. † Per ἀκυρολογίαν tamen, 47
id est, impropriam loquendi rationem, iudicium etiam dicitur ceptum per citationem, antequam lis contestata est: sicut in iudicio facta cōfessio esse dicitur, etiamsi in initio statim facta [l] sit. Et hoc argumento propugnari poterit cōmunis sententia, quòd
à citatione [m] iudicium incipiat. † Porrò ea quoq; ratione cita- 48
tio actis inserenda est, quia multi sunt insignes effectus, qui ex conscriptione citationis eò facilius probari possunt. Etenim ea præscriptionem 30 annorum [n] interrumpit, iurisdictionemque iudicis [o] perpetuat. Quare & is iudex anteuertisse, vel alterius iurisdictionem præuenisse dicitur, qui prior in ius [p] vocauit. Sunt & alij plures effectus citationis, quos Doctores [q] alibi di-
scutiunt. † Scribit etiam [r] Bartolus, citationem de substantia 49
iudicij esse: itaq; nulla ratione in actis omittenda est: † subditq; 50
[s] Abbas, omnia quæ fiunt in præiudicium absentium sine citatione, nullius esse [t] roboris. Quod adeò verum est, vt sententia etiam in fauorem absentis lata (excepta sola criminali causa) [u] inualida sit. nec possit etiam potestas plenissimi iuris absque
citatione in cognoscenda causa procedere: † quia naturalis ra- 51
tio [x] eam fieri iubet. Nam cùm defensio, quæ fit extra iudicium tuendi corporis causa, sit iuris [y] naturalis: multò magis ea debet etiam huius iuris censeri, quâ quis pro conseruatione sui iuris ad contestandam suam innocentiam, legitimo iudicio ad
defendendū admittitur. † Cæterùm cùm citatio tres partes ha- 52
bere dicatur, vel tria extrema requirat, commissionē siue mandatum iudicis, executionem nuncij, & relationem citationis [z] factæ: cautum oportet esse actorū conscriptorem, vt in his & mandatum citationis, & relationem nuncij diligenter annotet, vt extent horum in actis testimonia. Sola enim relationis annotatio non sufficeret, nec ex ea præsumeretur mandatum iudicis
[a] præcessisse. † Quod autem gloss. nonnihil de nuncij relatione 53
adijcit, an illi fides adhibenda sit, si se aliquem in ius vocasse asserat, variè disputatum est à [b] Doctoribus. Pro conciliatione distinguendum videtur, quòd in dubio nuncio se citasse referenti credendū sit, nisi qualitas personæ aliud suadeat: quod vnde colligi possit, iudicantis arbitrio relinquitur. Quam-

e. In rub. ff. de in ius voc.
f. in l. more. & l. seq. ff. de iurisdic. om. iud.
g. l. vlt. §. illud. C. de tempo. appel.
h. l. amplius. ff. rem ra. hab. & l. 1. C. de lit. conte.
i. l. properandum. C. de iudi.
k. §. vlt. Inst. de pæ teme. litig.
l. l. si defensor. ff. de inter. actio.
m. c. gratum. & ibi glo. ẽ de offi. dele.
n. l. vlt. C. de anna. excep.
o. d. c. gratum. ẽ de offi. deleg.
p. l. vbi cæptum. ff. de iudi. Doct. in c. proposuisti. ẽ. de foro compe.
q. in locis iā allegatis.
r. in l. prolata. C. de sent. & interlo. om. iudi.
s. hic.
t. c. omnia. c. caueant. 4. quæst. 3. fa. tex. in l. 1. § itē cū ex edicto. ff. quæ sen. si. ap. resci. & l. de vno- quoq. in prin. ff. de re iud. et cle. pastoralis. eo. tit.
u. glò. & Bal. in l. ea quæ. C. quo. & quan. iud. l. furioso. ibi Dd. ff. de re iudi.
x. Bart. l. filiusfa. ff. de dona.
y. l. vt vim. ff. de iusti. & iu.
z. Io. And. in c. Romana. §. contrahentes. de fo. comp. li. 6. & Bal in l. fin. C. de fer. Felin. in c. gratū. col. 3. ẽ. de offi. deleg.
a. Dd. in c. 1. ẽ. de iudi. & l. sciendum. ff. de ver. oblig.
b. vt hic apud Pano. Bart. in l. 1. §. cura. ff. de offi. præ. & Ias. in §. quadrupli. col. 3. & 4. Inst. de actio. Item Specu. plenè in tit. de citati. § sequitur. vers. sed nunquid. & ibi Io. And. in addit.

Quamuis autem fides præstetur nuncio in his, quæ explicitè refert, non tamen præsumitur pro his,quæ aliàs ipse dicit. Vnde cùm citatio in subsidium ad domum denunciari deberet, si vocandus non reperiretur: etsi nuncius referat, se ad domum citasse, non tamen præsumitur, id eum fecisse in subsidium, nisi hoc nominatim dicat. quia licet pro verbis iudicis præsumatur, quatenus natura verborum est apta comprehendere, secus tamen est in verbis [c] nuncij. Itaque consulit Bartolus, eo casu relationem nuncij aliquantò laxius actis inscribendam esse, ita quòd in ea omnia prædicta includantur. c. Bar. l. 4. §. prætor ait. ff. de dam. infe.

54. k Dilationes) † Nam & hæ actis attexendæ sunt, partim vt sciatur, quantum temporis vnaquæque contineat, si fortè postea negaretur: partim vt constet, quando quis puniri possit vt contumax. Neque enim debet quis vel excommunicationis, vel missionis in bonorum possessionem sustinere pœnam, nisi trinis, vel vno peremptorio edicto euocatus [d] non ve- d. glo. hîc. & glo. in
55. nerit. † In expensis tamen factis per alteram partem condemnari potest is, qui ad primam citationem contumax extitit, vt recte hic gloss. voluit, idemque Bartolus [e] alibi probat. † Quod l. si finita. §. Iulianus. ff. de dam. inf.
56. verò gloss. censet, etiam ea ratione dilationes actis inscribendas esse, vt sciri possit, peremptoria illa fuerit, an non, quia prima non nisi ex causa peremptoria [f] esse debeat: in hoc secundum Abba. dupliciter fallitur: tùm quia cap. [g] quo nititur, de dilatione citatoria mentionem fecit, quæ datur in ius vocato ad veniendum in iudicium: textus verò noster de deliberatoria, vel probatoria loquitur. tùm quia citatoria dilatio etiam sine causa peremptoria esse potest, dummodò non nimium [h] coarctetur: deliberatoria verò vel probatoria semper peremptoria est sine alia qualibet causa, [i] etsi non exprimatur. e. in l. sancimus. C. de iudi. & auth. qui semel. C. quo. & q. iud. f. c. 1. §. de dilat. g d. c. 1. h. sic d. c. 1. intelligitur. i. l. vlt. ff. de feri. Panor. c. 2. s. de dilat.

57. l Recusationes) † Sæpenumerò accidere solet, vt iudices, ad quos trahimur litigaturi, nobis ex aliqua legitima causa suspecti esse videantur: itaque vt iudicia absque omni suspicione procedant, permittitur legibus, vt qui iudicem sibi parum propitium suspicatur, eum recusare possit. Et de huius-
58. modi recusationibus textus hic loquitur. † Quod ideò constitutum esse gloss. hic ait, vt ex tali recusationis annotatione iudicari possit, processus iudicij constiterit, an minus. quoniam proposita recusatione, iudex non debet procedere in principali causa, & si processum fecerit, cassabitur, quicquid post inter-
59. positam appellationem gestum fuerit. † Sentit ergo gloss. post propositam exceptionem habitum processum valere, donec prouocationis auxilio eius ius eleuetur: Id quod Inno. [k] Cardi. [l] Baldus & [m] Angelus quoque prodidêre. Alij tamen contrà sentiunt, recusationem scilicet non secus, atque ipsam appellationem adeò iudicis suspecti autoritatem cohibere, vt etiam quæ post propositam recusationē egerit, inualida & nullius momenti k. vterq; in c. cùm specials. ĵ de appell. l. in l. 1. C. si quacunque præ.pot. m. l. quia poterat. ff. ad Trebell.

momenti esse debeant, quasi ab eo, cui nulla esset iurisdictio, gesta. Quæ sententia rationem habere videtur, & vero magis consona esse. Nam si humana negotia eius iudicium refugiunt, de cuius dexteritate ac fide subdubitamus vel natura monente, valdè absurdum esset hoc recipere, quod suspectæ fidei insimulatus gessit, legibus etiam ipsis [n] refragantibus, quæ omnes lites sine vlla suspicione procedere volunt. † Sed & ea ratione a- 60.
ctis inserenda videtur recusatio, vt adparere possit, idoneo tempore ea facta sit, an minus. † In tempore autem fit recusatio, si 61.
ante litis contestationem opponatur: quod regulare est: intraque viginti dies post oblatum libellum fieri debet, cùm in hoc exceptioni incompetentis iudicis coæquari soleat, adeò vt etiam omnium dilatoriarum prima esse debeat, ne per alterius exceptionis obiectionem in iudicem consensisse videare, [o] & porro ipsum recusare non valeas. † Potest tamen & post litem con- 62.
testatam recusatio in quacunque iudicij parte opponi non passim, sed tùm demum, quando causa suspicionis inter litigantes fuerit orta, vt quæ antè non potuit tractari, quàm esse cœpisset, & animus iudicis æquè posset nocere, atque statim ab exordio litis, cùm sententia ab eo veniat expectanda. † Quod au- 63.
tem gloss. ex textu patêre ait, recusationem iudicis in scripto proponendam esse: in se quidem verum [p] est, sed tamen ex textu hic ineptè colligitur, cùm in eo solùm præcipiatur, vt acta in scripturã redigantur per notarium causæ, nec de litigatoribus, an & quando illi scripto aliquid offerre debeant, quicquam dicatur. Reliqua de recusationibus, maximè quæ sint causæ iustæ recusandi iudicem, siue ordinarium, siue delegatum, non est opus huc congerere, cùm [q] suis locis plenè discussa reperiantur.

m Exceptiones) Si quas in ius vocati obiecerunt, quia 64.
fortè iudicem ratione suspitionis recusare nõ poterant, ideò ad alias exceptiones confugiunt. † Tales ergo exceptiones actis inserendas esse per notariũ causæ, hìc textus probat. Porrò quod de exceptionibus hic dicitur, hoc idem statuendum est de replicationibus, duplicationibus, triplicationibus, &c. quia & hæ 65.
exceptiones [r] dicuntur. † Quod autẽ gloss. censet, exceptiones etiam in scriptis porrigendas esse iudici, cõmuni Dd. calculo reprobatur. possunt enim sine scriptura proponi, satisq; est, verbo eas corã iudice [s] explicari: † excepta sola querela nõ numeratæ 66.
dotis, quam in scriptis fieri leges statuunt ea ratione, quia naturam libelli habet, cùm per eam interrũpatur [t] præscriptio. Nec obstat, quòd Lanfrancus ad firmandam priorem sententiam adfert similitudinem de actore ad reũ: quòd sicut actor in scriptis libellum producere obnoxius sit, ita & reus suam exceptionem scripto comprehendere obligetur, quoniam actor & reus à pari [x] procedant, reusq; excipiendo [y] fiat actor. † Hæc enim simi- 67.
litudo non recipitur, si diuersa subsit ratio: quemadmodum hoc in casu videtur, quia causa rei semper fauorabilior [z] est.

† Vnde

n. glo. c. quod suspectis. 3. q. 5. gl. c. quoties episcopus. 2. q. 6. glo. l. apertissimi. verbo, executore. C. de iudi. Bar. l. quia poterat. ff. ad Trebel. Alex. l. solet. de iurisdic. & d. l. quia poterat.

o. tex. d. l. apertissimi. & auth. offeratur. C. de lit. conte. & d. c. cùm speciali. Inno. c. inter monasterium ſ. de re iudi. Bar. l. quidam consulebant. ff. eo. Bal. l. vlt. C. de iudi.

p. per d. l. apertissimi.

q. apud Specul. tit de offi. dele. §. superest. Aufre. in trac. de recus. Maran. in specu. iud. par. 6. tit. de appel. vbi 4a. casus refert, ob quas iudex recusari potest. Dd. communiter in d. l. apertiss. Ang. in §. præterea. nu. 9. Inst. de except.

r. l. 2. ff. de except. l. cùm de indebito. ff. de probat.

s. l. scire oportet. § consequens. vers. scire autem. & §. seq. ff. de excus. tut.

t. auth. hanc autem querelam ibi Bal. & Cy. C. de non nu. pe. Bar. l. 1. ff. de excep.

u. c. 1. ſ. de lib. obla. glo. auth. offeratur. C. de lit. conte.

x. l. vlt. C. de fruc. & li. expen. c. non debet. de reg. iu lib. 6.

y. l. in exceptionib. ff. de probat.

z. l. fauorabiliores. ff. de reg iu.

68. † Vnde fit quoque, quòd reo diuersas, atq; adeò pugnantes in-
uicem exceptiones obijcere [a] liceat: cùm actor cõtraria allegans
[b] repellatur. Nec verum est, quòd iura actorem & reum æqui-
parent, sed volunt non licere actori, quod reo uon permittitur:
ne scilicet actor sit melioris conditionis, quàm reus. econtrà
69. verò multa conceduntur reo, quæ actori [c] denegantur. † Quòd
autem reus actoris vicem in excipiendo sustineat, non absolutè,
sed respectiuè verum est. Sic enim iurisconsultus, *in exceptioni-*
bus, inquit, *dicendum est, reum partibus actoris fungi oportere, ipsumq́;*
exceptionem velut intentionem implere: hoc est, sicut actor inten-
tionem suam probare debet, ita reus exceptionem: absolutè
70. verò reus non videtur actor. † Cæterùm quòd gloss. amplius
colligit, recusationem propriè exceptionis appellatione non
contineri, idque obseruandum monet Abbas, propter statuta
imponentia pœnam contra excipientes: quia recusationem
proponens, à tali pœna immunis existat. Verùm hoc ex præ-
senti textu non videtur colligi. Primùm enim recusationis fit
mentio. deinde exceptionum in genere, vt & aliæ species ex-
ceptionum includerentur. Sed argumentum benè procederet,
si prius de exceptione in genere meminisset textus, & postea de
71. [e] recusationibus. † Quòd autem recusatio sit quoque exce-
ptio, multis legibus [f] comprobatur: nec desunt [g] etiam, qui
in statuto de exceptionibus loquente recusationem includi
existiment: quod tamen [h] Decius impugnat, aitque tale statu-
tum de recusatione non esse intelligendum: non quia recusa-
tio non sit species exceptionis, sed ea ratione, quia pergraue, ac
velut contra naturam esset, corã iudice suspecto [i] litigare. Sed
nec statuto videtur recusandi ius siue facultatem tolli posse,
72. cùm id nec princeps [k] possit. † Et hæc sententia tanquam sani-
or amplectenda est. Nec aduersatur, quòd respecta sermonis
proprietate in tali statuto generaliter loquente recusatio tan-
quam species continetur: quia mentem legislatoris longè ali-
am fuisse, ex suprascriptis rationibus iudicari potest.

n Petitiones) Scilicet ipsorum agentium, qui alios in
iudicio conuenire intendunt: nam & horum petitiones actis
73. adscribendæ sunt, vt hinc patet. † Quod autem glos. scribit li-
bellum actoris porrigendum esse in scriptis: ex hoc loco non
colligitur, cùm hîc de notarij causæ scriptura tantùm agatur: in
se tamen verum est, quod glos. asserit, petitionẽ scilicet, siue li-
bellum actoris in scripto offerendum esse: partim vt iudex
74. possit iuxta formam petitionis concipere sententiam, † cùm sen-
tentia conformis libello esse debeat, nec aliud continere, quàm
75. fuit [l] petitum. † Partim etiam vt reus conuentus scire possit,
an cedere vel contendere debeat. Neque enim cum eo vnquam
potest esse lis, qui nesciat, quid ab eo petitum sit. † Quanquam
autem iura Canonica videntur indiscriminatim exigere in o-
mnibus causis tractandis, vt actio per libellum [m] exponatur iu-

a. l. nemo. ff. de excep. c. nullus pluribus. de regu. lib. 6. Inno. c. venerabilis. ĩ. de excep. & Lanfran. hîc.
b. l. 1. C. de furt.
c. atq; ita intelligendum est d. c. non debet.
d. l. in exceptionibus. ff. de probat.
e. iuxta Deci. hîc.
f. l. fin. in C. de excep. l. præscriptione. C. si con. ius vel vtil. pu.
g. Moderni. in l. 2. ff. de excep.
h. hîc.
i. l. apertissimi. C. de iudi. c. secundò requiris. ĩ. de appel.
k. glo. in c. ad hæc. ĩ. de rescrip.
l. l. vt fundus. ff. com. diui. l. vlt. C. de fid. lib. §. curare. vbi latè dixi Inst. de actio.
m. c. 1. ibi Dd. de lib. obla. ĩ.

dìci : tamen eadem iura permittunt, vt in causis, quæ de plano
cognoscuntur,& quæ leuis sunt momenti, quæq; notoriæ sunt,
& in multis alijs [n] casibus, sufficiat intentionem suam apud acta
explicare, quam tamen deinde notarium conscribere oportet,
vt constet iudici, quatenus de ea concipienda sit sententia [o].
† Ex prædictis conficitur, [p] libelli oblationem de substantia iu- 77.
dicij esse: qua in re licet variè â Dd. disputatum sit,[q] hæc tamen
videtur verior opinio, quòd sit de substantia, nec possit huic vl-
lo modo, inuito iudice, renunciari à partibus, expressè vel ta-
citè, quod ex nouella constit. [r] facilè comprobari potest, quæ
libellum in scriptis offerendum esse innuit, sicq; certã formam
præscribit producendi ius suũ in iudiciũ, inualidatq; actum, si
forma non sit seruata. Cùm itaq; forma à lege tradita sit, huic
per consensum partium derogari non potest, nec etiam renun-
ciari [s]. Præterea libellus est materia, ex qua formari oportet
sententiam : desinente ergo materia, materiatum, hoc est, sen-
tentiam deficere necesse est [t]. non enim sententia concipi po-
test sine libello, quia forma nequit esse sine materia: meritò
ergo libelli oblationi renunciari non potest [u].

o Responsiones) † Quæ ea ratione in actorum scriptu- 78.
ram redigendæ sunt, vt appareat, litis contestationem esse fa-
ctam, qua omissa totus progressus iudicij nullus efficietur [x].
† Est autem litis contestatio, dissensio illa litigantium, qua hinc 79.
inde alter contra alterius intentionem, in principali causa per-
seuerare statuit,eo tamen animo vterque,quòd velit audire sen-
tentiam iudicis. hic enim finis litis contestationis est, vt parti-
um voluntate, causa subijciatur iudicis cognitioni. † Et litis 80.
contestatio in causis tractandis summè necessaria est, cum sine
ea liquere non possit, quæ sit inter ipsos litigantes de principa-
li negotio controuersia. Nisi enim ipsi perspicuè testentur,quid
vtrinq; contendant aut negent, nihil certi poterit iudex statue-
re, qua in re controuersia præcipuè versetur. Vnde etiam litis
contestationem plerique dictam aiunt, à contraria contestatio-
ne litigantium in ea causa, in qua lis mota est.

p Interrogationes) De quibus interrogationibus hîc
loquatur, dubitari consueuit [y]. † Glossa dupliciter respondet. 81.
Primò intelligendo textum de positionibus, quas facit actor, vt
super his aduersarij confessionem expetat, sicq; probandi onere
releuetur. [z] Positiones enim vim probationum obtinent, se- 82.
quente respõsione aduersarij : [a] vnde responsiones pro positio-
nibus exponit. † Summopere autem cauendũ est,ne positiones
sint impertinentes, aut alienæ à probationibus eius quod pro-
positum est, nam tali positioni aduersarius non magis, quàm ad
ineptum libellũ respondere cogitur : quinimò non meretur dici
positio, quod a causa siue intentione actoris alienum est, cùm
positio sit alicuius particularis rei ad causam pertinentis asser-
tio [b]. † Porrò vt quis aptas positiones faciat,oportet eum tene- 83.
re cuiusq;

n. quos recenset Specula. in tit. de libel. oblat. §. nunc dicendum.
o. De hoc vide glos. singularē in clementina dispendiosum.de iudicijs. & Bald. in auth. offeratur. C.de litis contest.
p. secundum glos.
q. vt apud Bart. extat in d. auth. offeratur.
r. d. auth. offeratur.
s. iuxta Bart. in l. nemo potest. ff. d leg. 1. eundem in l. 1. ff. de vsuca. & l. Aquilius Regulus. ff. de donat.
t. l. qui res. § Aream. ff. de solutio.
u. Et hanc sentiā probat Lanfrancus hîc. Inno. Hostiensis & glos. in c. 1. de libelli obla. Bald. in d. auth. offeratur, & Iohan. Andr. in clemen. sæpe. de verb. signif.
x. iuxta c. 1. & quæ ibi notan. de litis contestatione.
y. glos. hîc.
z. iuxta glos. in c. post præstitũ. de confessis lib. 6.
a. §. vlt. in Nouel. de his qui ingrediuntur ad appellandum.
b. auth. Bar. in l 2. §. quod obseruari. C.de iureiurando propter cal. dan.

re cuiusq; actionis causam & modos, quibus ea cõstituitur: verbi gratia: Si realem actionem aduersus aliquem intendere velis, necesse vt ponas, quo titulo, qua traditione, aut præscriptione dominium rei, quam petis, sis adeptus: quia dominium causa est realis actionis: sin vero personali actione vtaris, ponere te oportet, ex quo cõtractu aut delicto, cõpetere tibi actionẽ cõtendas, cum contractus aut delictum, mediante obligatione, actionẽ in personã producant: iam si ea omnia, quę sic ptoponis, reus conuentus fateatur, sua mox confessione conuictus habebitur, & à iudice recte postulabitur, vt in causa pronunciet. per confessionem enim res fit notoria,[c] nec vllę sunt partes iudicis in confes-
84. sum, quàm vt condemnet[d]. † Sin autẽ omnia neget, probare actorem illa oportet, si obtinere velit, itaq; rectè fecerit, si dilationem ad probandum postulet. Idem faciendũ illi est, si aliqua tantum in positionibus adducta negauerit aduersarius: nam & isto casu facienda erit probatio, si ex illis quæ confessus est, non satis constet iudici de facto proposito. Quando verò & quomo-
85. do faciẽdę sint positiones[e], alibi tractatur. † Cęterùm huiusmodi positiones penitus incognitæ fuerunt veteribus, sed hi ipsam actionis vim & potestatẽ simpliciter scripto comprehendebant solenniter. Deinde quatenus ad probationem ab aduersario faciendam attinebat, vtebantur primùm interrogatorijs actionibus, postea easdẽ interrogationes officio iudicis[f] expediebant: illq; obseruatũ fuit, donec tractu temporis ad augendas causarum probationes, positionũ modus paulatim admissus est in iu-
86. dicijs, vt eò maior probandæ veritatis via aperiretur[g]. † Porrò glossa secundò intelligit textũ de interrogationibus, quę à iudicibus solent ex officio. nõ enim solùm à parte quæritur confessio partis, sed & à iudice: nam iudex vbicunq; æquitas eum mouerit, interrogare partẽ de eo potest, cuius notitia ad iustã decisionem causæ pertinere possit,[h] & est eius hac in re tam plena potestas, vt de eo, quod ad causæ noticiam & veritatẽ facere videtur, etiam postquam in causa à partibus conclusum est, interro-
87. gare possit[i]. † Ex prædictis colligitur, positionẽ etiam interrogationis nomine venire, quod verum est, largè sumpto vocabulo interrogationis. propriè enim differunt inter se interrogatio & positio: quia positiones assertiuè concipiũtur, adeò vt ponens confiteri videatur contenta in positione[k]: sed interrogationes fiunt interrogatiuè, & interrogãs non censetur fateri, quod pro statutis notandũ esse Abbas hic admonet, idemq; [l] Bart. probat, asserens statutũ quo cauetur, vt nõ respõdens positionibꝰ ꝓ cõ-
88. fesso habeatur, in interrogationibꝰ cessare[m]. † Secũdò differũt, quia positiones fiunt à parte,[n] interrogationes verò à iudice[o].
89. q Confessiones) † Vt si quid fateatur aduersarius in iudicio, dum interrogatur à iudice ex officio aliqua de re, vel respondendo positionibus actoris. sicut enim negatio actis inserenda est, si facta sit ab aduersario: ita & tales cõfessiones adscri-

c. c fin de cohabi. clerì. & mulie.
d. l. perinde. § notandũ. ff. ad. l. Aquil.
e. glos. circa cap statuimus. de confessis in 6. & de impertinentibus tractat Bar. in l. si duo patroni. §. idem Iulianus. ff. de iureiu.
f. sic loquitur titulus in. ff. de interrogatorijs action.
g argu. l. serui. ff. de testibus. & generaliter in principio. C de reb. cred. cum similibus.
h. l. vbicunq. ff. de interroga. action.
i. iuxta glos. hic & glos. in c. 2. in verbo, iudicis. de officio iudicis.
k. c. cùm in positionibus. de iureiu. c. 2. de testib. in 6.
l. Bart. in l 2. §. quod obseruari. C. de iureiu. propter calumniam. & Castrensis consil. 296.
m. Idem Bald. in l. sicut. in fine. C. de repudianda hæred. & Abbas in c. fin. s. de confessis.
n. c. 1. de confessis in 6. & clement. sæpe. de ver. signifi.
o. l. 1. ff. de interrogatorijs actionib. & glos. in d. c. 1. su de confessis.

bere actis oportet,vt sic rectè iudici de iuribus partium & statu
causæ constare possit. † Cæterùm si reus cōuentus nec fateatur, 90.
nec neget, sed taceat, & nolit ad interrogata respondere, eius
taciturnitatem actis pariter attexendam esse,gloss. rectè censet,
[o] quoniam pro confessione habetur: quod verum est, si confes-
sio in tacentis præiudicium vergat, secus si illi prosit: quia taci-
turnitas ea specie pro negatione habebitur. Nā etsi aduersarius
ad positiones actoris non respondeat, pro confesso habetur, si
confessio illi noceat, aliàs [p] pro negante: gloss. tamen alibi [r] an-
notat quasdam causas, propter quas aliquis liberatur à necessi-
tate respondendi. † Neque verò statim cuique sua confessio no- 91.
cet, etiamsi ad positiones respondeat, sed multa sunt, quæ tam
in personis respondentibus, quàm in ipsis rebus de quibus re-
spondetur, desiderantur, vt confessio facta teneat: quæ verò ea
sint, annotant alibi glossæ,[s] quæ possunt hac in re vice longi cō-
mentarij esse. Vbi autem illis omnibus interuenientibus, quæ
ad solidam confessionem requiruntur, confessio facta est, non
potest ea reuocari, nisi [t] quatenus ostendi possit manifestè, in
facto à confitente erratum esse. † Nam qui errat non fatetur, 92.
nisi ius ignorauerit.

r Testium depositiones) † Quę actis inscribi debent 93.
vt sic sciri possit, an huiusmodi depositiones legitimo modo fa-
ctæ sint,an minus.Testium autem depositio potissimum ex duo-
bus constituitur, videlicet ex dicto testis, & ex iuramento eius-
dem, nec vnū valet sine altero [u]. † Possunt tamen partes renun- 94.
ciare iuramento testium, ita vt simplici horum testificationi fe-
tur: [x] quod ideò permissum videtur, quia testis iuramentum in
fauorem partium introductum est,vt dicat veritatem: huic ergo
fauori renunciari poterit. † Debet autem notarius causæ in an- 95.
notatione depositionū cautus esse, vt scribere non omittat quo
die, quo loco, coram quibus,& sub qua forma iuratum sit à te-
stibus. † Iurare autem debent testes, se veritatem in tota causa 96.
pro vtraq; parte dicturos, [y] & tale iusiurandum, ipsam deposi-
tionem præcedere debet, vel in continenti subsequi. nam si ex
interuallo præstitum sit,testimonium erit infirmum [z].† Deinde 97.
citari debet is,aduersus quem producuntur testes, vt iuramen-
to testium intersit, aliàs depositio non valet: [a] imò si citatus sit
aduersarius, vt iurare testes videat,& cùm iurarēt testes neuter
litigantium præsens fuerit, testimonium iure nullum [b] erit: &
scribit [c] Fulgosius, cùm ageret iudicem, se hac vna ratione ferè
mille processus irritasse. † Diem quoq; præstiti iurisiurandi, & 98.
locum consignandum esse diximus, vt cōstare possit,an iuratum
sit à testibus die feriato: tali enim die iuramentum præstitum
est inutile, licet examinatio fieri possit [d]. Item iuramentum à
teste alibi, quàm in loco iudicij factum, nullas vires obtinet,
quia testes in loco iudicij iurare debent, [e] ducto argumento de
loco ad tempus, quod in iure valet [f].

o. gloss. hic

p. cap. si post. de confessis. lib. 6.

r. ibidem.

s. glo. l. vnicæ. C. de confessis & glos. c. ex parte. supra de confessis.

t. l. 2. ff. de confes. l. error. C. de iur. & fa. ignorantia. & ibi glo. porrò de reuocatione confessionū vide glo. in l. de ætate. §. vlt. ff. de interrogatorijs action.

u. vt in cap. fraternitatis. ĵ. de testib. l. iurisiurādi C. eo. tit.

x. cap. in tuis. ĵ. de testibus. glo. in. l. 1. ff. de ferijs.

y. iuxta Bal. in l. presbyteri. C. de epis. & cler. non attento vel amore, odio aut liuore. auth. sed iudex. C. dicto tit.

z. l. iurisiurandi & ibi Bald. C. de testib. & d. cap. fraternitatis. ĵ. eod.

a. c. 2. ĵ. de testib. l. iudices. C. de fide instrumentorum & l. si quando. C. de testib.

b. d. l. si quando.

c. Fulgosius in l. 1. C. quomodo & quando iudex sent. profer. deb.

d. glos. in clemen. iudices de officio deleg.

e. l. 3. §. Sabino. & ibi glo. de testi.

f. Iuxta notata in l. uinum. ff. si certum petatur.

f Instru-

99. ſ Inſtrumentorum productiones) † Rectè dicitur in textu, *inſtrumentorum productiones*, quia productio inſtrumenti de actis eſt: ad iudicij enim naturam pertinet. ipſum verò inſtrumentū,ſeu contractus tenor non eſt: [e] qua ratione Baldus [f] productionem quidem exceptionis ex actis eſſe,
100. ipſam verò exceptionem non eſſe, arbitratus eſt. † Quamuis ergo inſtrumenta producta ſemper in iudicio reperiantur, tamen actis annotanda eſt eorum productio, vt conſtare poſſit
101. iudici, an ea tempore competenti facta ſit. † Nam poſtquam ſemel in caſu concluſum eſt, inſtrumenta amplius produci non poſſunt [g]. Ab hac tamen ſentētia Abbas hic recedit,exiſtimans, & ſi poſt cōcluſionem in cauſa iudex productionem inſtrumentorum admittat, probationem valere, quia ſic cōcluſionem prius factā tacitè reuocare [h] videtur, & ita olim in Rota [i] deciſum fuiſſe,idemq́; tenēt [k] Butrius & Imola:ex quorū dictis duas col-
102. lige regulas. Prima: † Admiſſio productionis inſtrumentorum poſt concluſionem in cauſa facta,ſi ex iuſta cauſa fiat,etiam par-
103. te aduerſa contradicente, [l] valet. † Altera: Admiſſio productionis inſtrumentorum facta à iudice ſine cauſa, parte præſente & non contradicente, valida eſt, licet ſit concluſum in cauſa,
104. ſecus ſi pars contradixit. † Quærunt etiam hic Doctores, an ſufficiat coram notario producere inſtrumenta, vel opus ſit id coram iudice fieri? & [m] apud notarium id fieri ſat eſſe, maximè cùm in inſtrumentis non ſubſit timor ſubornationis, nec de præiudicio partis aduerſæ, in tali productione agatur, [n] Panormitanus ait. Frequentius tamen in diuerſam ſententiam itum eſt, nempe neceſſe eſſe, vt talis productio coram iudice [o] fiat: quam & ipſe de iure veriorem eſſe puto. Primùm, quia officium notarij eſt,ſcribere ea,quæ coram iudice expediuntur, non autem recipere inſtrumenta, ideoque fines mandati ſunt
105. cuſtodiendi [p]. † Hinc ſcribit [q] Bald. quòd Tabellio non poſſit recipere vllam productionem, niſi iudex ſit præſens [r]. Deinde quia pro regula traditur, probationes ipſi iudici faciendas eſſe, [s] conſtatque inſtrumenta modum probandi eſſe [t]. Deniq; quia in tali productione requiritur cauſæ cognitio, cùm produci inſtrumenta debeant, parte præſente, vel vocata ad inſtar rece-
106. ptionis teſtium [u]. † Nec aduerſatur §. ſuper his. in l. eos C. de appel. quoniam ibi duntaxat ſcribitur, inſtrumenta penes notarium relinquenda eſſe, putà, vt exempla horum ſiue copias ſcribere poſſit, non autem probatur, quòd coram ſolo
107. notario produci queant [x]. † Prædicta tamen ſententia ſic temperanda eſt, vt non obtineat, ſi talis productio coram notario facta eſſet, parte præſente nec contradicente, [y] vt ſi notarius nominatim deſtinatus eſſet ad ſcripturas recipiendas, quæ producerentur, aut iudex commiſiſſet illi, vt inſtrumenta reciperet [z]. Sic pleriſq; in conſiſtorijs etiam hodiè conſuetudine obſeruari conſtat.

e. c. cum in iure. de offi. deleg. vbi Inno. & Abbas.
f. in l. ne cauſas. C. de app.
g. ſecundum gloſ. hic. per c. cùm dilectus. ſ. de fide inſtrum.
h. per not. in cap. ex parte. ĵ. de appellat.
i. in tit. de teſtib. deciſ. 1. in antiquis.
k. in cap. auditis. de procurat.
l. tex. in cap. paſtoralis. in fi. ex. de cauſa poſſeſſio. & proprie.
m. in verbo dilationes.
n. per tex. l. eos. §. ſuper his. & ibi Bar. C. de appellat.
o. Hoſtienſis, Butrius, Imola, Feli. & moderni hic & Dd. in §. Iulianus.
p. l. diligenter. ff. mandati.
q in l. 2. in prin. C. de edendo.
r. tex. in l. adoptio. C de adoptionib.
ſ. l. 50. in fi. ff de probat.
t. vt ĵ. per tot. de fide inſtrumentorum & ff. & C. eodem.
u. l. iudices C. de fide inſtrum. & l. ſi quando. C. de teſtib.
x. d. §. ſuper his.
y. vt Imola tradit in l. ſi finita §. notarius. ff. de damno infecto.
z. iuxta notata per gloſ. in l. ſi quis ſignatoribus. ad finem. C. quando teſtamenta aperiantur. & per Feli. hic.

Inter-

t Interlocutiones) † Allegat glossa differentiam inter 108.
sententiam interlocutoriam & diffinitiuam, videlicet quòd hæc
non mereatur habere nomen sententiæ, nisi in scripits prolata
y sit: illa verò scripturam non requirat. Dicitur autem inter-
locutoria sententia, quæ inter principium & finem causæ super
incidentibus quæstionibus z fertur, veluti de libello exhibendo
vel corrigendo, vel dilatione danda aut deneganda, vel a simi-
libus. Et hanc duplicem esse tradunt: nam quædam interlo-
cutio fit super emergentibus quæstionibus, quæ ordinem iudi-
ciarium respiciunt, vt in exemplis prædictis: quædam verò su-
per quæstionibus fertur, quæ causam principalem contingunt,
& hæc interlocutio habet vim diffinitiuæ sententiæ, respectu
quæstionis cuius controuersiam b determinat. † Sententia au- 109.
tem definitiua est, quæ finem causarum pronunciatione iudicis
accipit, quod vel condemnatione vel absolutione contingit c.

u Appellationes) Sentit textus hìc de appellationibus
ab interlocutoria, cùm hæc dictio (*mox*) post verbum (*in-
terlocutiones*) subnectitur d. Appellatio enim, quæ à diffini-
tiua sententia fit, infrà sub clausula, *& cætera* includitur. Ap-
pellationes ergo ab interlocutorijs interpositę similiter actis in-
scribendæ sunt: quæ autem sit ratio, glossa satis hic explicat.

x Renunciationes & conclusiones) † Quæ si fa- 110.
ctæ sint, nihil superest amplius, quàm vt partes vtrinq; de sua
controuersia iudicis, in quē per litis contestationē consensêre,
cognitionem & sententiam expectent: per renunciationem e-
nim & conclusionem in causa, non solùm probationibus, vt hìc
in glossa dicitur, sed omnibus allegationibus, tàm in facto quàm
in iure, via e præcluditur: hincque est, quod scribit f Bartolus,
postquam in causa concluditur, perinde esse, ac si lata iam esset
sententia, adeo, quod nec ipse iudex supplere amplius possit g.
Cæterùm, an allegationes post conclusionem in causa admittan-
tur, alibi h Baldus examinat.

y Et cætera) † Sed quare sententiæ nulla in hoc textu fit 111.
mentio? an non & illa de actis est? quod quidam negârunt,
argumento huius textus, in quo enumerantur omnia acta, &
tamen nihil de sententia dicitur i. Contrà verò k Bartolus &
Baldus sententiam actorum appellatione contineri, tradunt,
camque de processu iudiciario esse: quod & verum est l. *Acto-
rum verba*, inquit Hermogenianus, *emendare tenore sententia
perseuerante non est prohibitum*. Probatur item argumento à mi-
nori ducto: quia si interlocutio iudicis de actis est, vt textus
hìc probat, ergo multo magis sententia diffinitiua. Nec obstat
præsens textus: quoniam sub hac clausula, *& cætera*, etiam sen-
tentia includitur, quam post cōclusionem in causa factam mox
subsequi constat. † Vnde conficitur, eam pariter in scripturam 112.
actorum

y. de quo videnda est l. 3. & ibi Bart C. de sententijs ex breui. reci. & c. vlt. & ibi gloss. de re iudicata lib. 6.

z. gloss. in clementina 1. de sequestratione possessionis & fructuum.

a. c. significantibus. de offic. deleg. c. significârunt. j. de testibus.

b. Dd. l. si quis iusiurandum. C. de iureiurando. Bart. in l. Titia. ff de accusat. & in l. si postulauit. §. iubet. ff. ad legem Iuliam de adulterijs.

c. Autore Modestino in l. 1. ff. de re iud.

d. Panormit. hîc.

e. Panormitanus hîc post Innocent. in c. pastoralis. de causa posse. & propri. Quos Baldus sequitur in l. nec causas 1 in prin. C. de appellat.

f. in l. si mater. § eandem. in fin. ff. de executione rei iudic.

g. Baldus docet in l. per hanc. C. de temporib. appellationum.

h in c. fin. s. h. n. tt. & c. pastoralis. de cau. posse. & propr.

i. facit l. 2. C. vt lite pendente.

k. Bart. in l. in fraudem. §. neq. ff. de iure fisci Baldus in d. l. 2.

l. per l. actorum. ff. de re iudicata.

actorum redigendã esse, sicut reliqua hîc nominatim recensita:
113. & idem de appellatione ab interlocutoria tantùm dixit, † cùm tamen & appellatio à diffinitiua nõ debeat in actis prætermitti, vt constare possit, num intra decendiũ appellatum sit: aliàs enim qnid operaretur hæc dictio, *& cætera*: cùm post conclusionem non sperentur alia acta, præter sententiam & [m] appellatio-
114. nem. † Quinimo, Imola hîc attestante, hæc epilogatiua dictio, *& cætera*, non solùm concernit sequentia, sed & præcedentia acta iudicij: Sequentia, vt citationem ad audiendam sententiam, sententiæ prolationem, prouocationem ab eâdem: Præcedentia, vt iuramentum calumniæ, iuramentum testium, & si quæ sunt similia: ea enim omnia sub hac clausula comprehenduntur.

z Conscribenda, loca) De loco & tempore inferendis instrumentis, & quare inserantur, [n] alibi dicemus: de editione verò instrumentorum facienda, vide quę suprà annotauimus ad primum caput de probationib.

115. a a Partibus tribuantur) † Si tamen ea sibi tribui postulent, mandatumq; iudicis accedat: cùm enim, vt suprà quoq; dictum est, acta nisi iussu eius confici non possint, consequens est, vt absque eius autoritate, nec edi quidem [o] debeant.

116. b b Ita quod originalia) † Originalia ergo actorum, hoc est, matrices scripturæ, penes scribentem remanere debent, ea ratione, vt ad illas recursus haberi possit, si super processu iudicis controuersia suboriatur inter litigantes, ad maiorem fidem & veritatis conseruationẽ. Semper enim originali scripturæ standum [p] est: & pro hoc facit iuramentum tabellionum, qui in creatione inter cætera iurare obligantur, quòd originalia penes se custodire velint: [q] consuetudine verò sic hodiè obseruari solet, vt notarij episcoporum, vniuersitatum & quarumcunque communitatum libros actorum, finito officio, relinquere soleant in [r] officio.

117. c c Iudex autem) † Pœna annectitur in eos iudices constituta, qui actorum scripturam fieri negligunt. nam si per talem negligentiam quid difficultatis emerserit, coram superiori iudice, ad quem prouocatum est, iudex superior inferiorem animaduersione debita castigare debet, quod glossa declarat: vt si culpa vel negligentia iudicis alteruter litigantium dam-
118. num incurrerit, iudex illud reponere teneatur [s]. † Inferuntque hinc Abbas & Imola, si iudex aliqua actis annotari omiserit, quæ postea partem probare oporteat, & in hoc expensas facere, quòd iudex illas parti resarcire obnoxius sit: quod dictum refert & multis argumentis [t] confirmat Felinus. Cæterùm quæ sit pœna iudicis iusticiam administrare negligentis, tractant alibi Bart. [u] & Felinus.

m. *Iohan. Andreæ in speculo de sententiæ prolatione in prin.*

n. *vide text. cum ibi notatis in c. Abbate sanè: de senten. & re iud. lib. 6 & in c. 1. ĩ. hoc tit.*

o. *Felin. hîc. col. 22.*

p. *Notat. gloss. magna ad finem in can. vt veterum distinctio. 4. Abbas in c. cùm ex literis. de restitutio. in integrum. Bar. in l. Sempronius proculo. ff. de legat. 2. & Anchoranus cons. 234.*

q. *notat Hostiensis in c. sicut ĩ. ne cler. vel. monac.*

r. *Facit cap. ad audientiam ĩ. de rescriptis. vide etiam de hoc Paulum Castrensem in l. 2. C. de edendo. & l. si quando. in fi. C. de testib. l. sancimus. in fin. C. de iudicijs.*

s. *Feli. in c. tua nos ĩ. de homicidio.*

t. *in l. fin. ff. de varijs & extraiudicialibus cognitio. & Felin in c. excommunicamus. §. moneantur ĩ. de hæreticis.*

d d Præ-

dd Præſumatur) † Hinc licet colligere, non creden- 119.
dum eſſe iudici ſuper proceſſu,niſi quatenus ex actis, aliiſue le-
gitimis docnmentis conſtare poſſit. Hinc ſumta occaſione in-
quirunt hîc vberrimè interpretes, an pro iuſtitia ſententiæ &
rectitudine proceſſus præſumendum ſit? qua in re cùm diuer-
ſis & ferè pugnantibus ſententijs reſponſum ſit,ego in ea varie-
tate concluſionibus Abbatis inhærens, quid tenendum ſit, o-
miſſis ambagibus, breuiter referam. † Prima igitur Abbatis 120.
concluſio eſt: Quòd appellatione pendente, non præſumatur
pro ſententia, nec proceſſu, [x] ducto argumento à contrario,
primùm per hunc textum: Deinde per cap. cum inter in fin ſ.
de re iudica. Tertiò ea ratione, quia virtus ſententiæ extin-
guitur vel ſuſpenditur per appellationem, & ideò cui probatio-
nis onus in principali cauſa incubuit,idem in appellationis cau-
ſa probare [y] obſtringitur. † Altera concluſio Abbatis eſt: pen- 121.
dente tempore ad appellandum, pro ſententia quidem præſu-
mitur, non autem pro proceſſu. Verùm ſi priorem concluſio-
nem infirmare poterimus, oſtendereque, quòd etiam pendente
appellatione, tam pro ſententia, quàm pro proceſſu præſumen-
dum ſit, multò fortius idem dicendum erit, pendente tempore
appellandi: ſic vtraq; concluſio corruet. videamus ergo de ve-
ritate prioris concluſionis. Hanc impugnat primùm Clemen-
tis III. [z] decretalis, vbi ſemper pro iudice præſumi ſcribitur,
& tamen loquitur ibi textus: pendente appellatione. [a] Dein-
de huic concluſioni obſtat Innocentij III. decretalis, vbi pen-
dente appellatione [b] præſumitur pro iudicibus tantiſper, do-
nec per eum, qui prouocauit, doceatur contrarium. Tertiò in
contrarium pugnat, [c] quòd iuriſconſultus ait, *ſi pupillus in
cauſa inofficioſi teſtamenti obtineat ſententiam, aduerſus hæredem
ab eadem appellantem, pendente appellatione alimenta danda eſſe
pupillo*, & tamen iſte fauor non attenditur in principali cau-
ſa: vnde ſit conſequens, pro ſententia etiam pendente appel-
latione præſumi, ſicque ibidem Bald. & Caſtrenſis annotant.
Quartò, pro iudice alibi præſumitur [d] & tamen ibi pendebat
appellatio. Quintò & vltimò, contra Abbatis ſententiam pu-
gnat etiam ratio,quia pro iudice præſumitur propter eius qua-
litatem, cùm communiter literati, vel certè prouidi ac honeſti
ſint: [e] & alibi, iudicem virum bonum interpretatur iuriſcon-
ſultus. Si ergo ex qualitate perſonæ talis præſumptio oritur,
non debet tolli per ſimplicem acceptilationis interpoſitionem.
Huc accedat, [f] quòd alibi propter autoritatem iudiciariam pro
ſententia præſumitur, omnia legitimè geſta fuiſſe, quod [g] Bal-
dus procedere tradit, etſi iudex eſſet vir malus & (vt eius ver-
bis vtar) Ribaldus. fundat enim ſe textus in autoritate iudicia-
ria. Idemque dicendum eſt ratione proceſſus, quod de ſen-
tentia diximus. quoniam vtrobique eadem ratio militat. † Huic 122.
ſententiæ non obſtant, quæ in contrarium ab Abbate expen-
duntur.

x. l. 1. in fin. ff. ad Turpyl. cap. venienses. ſ. de iureiurando.

y. Panor. hic. Bulinus in cap. in præſentia. ſ. de renunciat.

z. tex. in cap. in præſentia. de renunciat.

a. vt gloſ. & Imola ibidem annotat.

b. cap. in noſtra. ſ. de procurator.

c. tex. in l. ſi inſtituta. §. de inofficioſo. ff. de inofficioſo teſtamento.

d. in cap. bonæ. 1. ſ. de electionib.

e. c. in noſtra. de procurator. cap. niſi eſſet. de præbendis & l. 1. ff. de officio prætorio.

f. textus in cap. ſicut quæ. de re iudicata.

g. Baldus ibidem.

duntur. Primùm textus noster hìc in hisce verbis, (*ne pro ipsius præsumitur processu, &c.*) ista enim verba ad hanc referuntur constitutionem, horumque sensus est, non esse præsumendum pro processu, nisi quatenus in actis scriptum reperiatur, quia per inspectionem actorum negatiua probatur, & propter probationem contrariam excluditur præsumptio quæ pro processu erat [h]. Vnde si ex actis appareat, citationem vel consimilem solennitatem non interuenisse, pro sententia non præsumetur, sed si acta necdum sint exhibita, latamque constet sen-
123. tentiam, præsumendum pro ea & pro processu est. † Deinde non aduersatur huic assertioni, quòd appellatio suspendat vel extinguat sententiam, quia illud verum est, respectu executionis. appellatione enim pendente nihil innouari debet: per hoc autem non tollitur præsumtio, quæ tam pro iudice, quàm pro
124. sententia enata est, per suprà dicta. † Non obstat etiam, quòd in causa appellationis idem probare debeat, qui in causa principali tenebatur: nam nec per hoc tollitur, quin pro sententia præsumi debeat; licet onus probandi in aduersarium non transferatur [i]: vel illud obtinet, quando in principali causa non fuit probatum fuerat, sola enim præsumtio ista, non potest fundare intentionem actoris, sed si probationes factæ sint, acta in dubio pro sententia interpretari [k] debent. Denique non impedit prædictum cap. cùm inter: quoniam ex eo argumentum à contrario sensu non rectè sumitur, respectu rei iudicatę, cùm ibi dicta sint separata, & in fine simpliciter dicatur, sententiam præsumi ritè
125. per omnia latam. † Tertia conclusio est: postquam sententia transiuit in rem iudicatam, pro sententia præsumitur respectu
126. iustitiæ & processus. † In rem autem iudicatam transire dicitur, quādo intra decendium, quod ad appellandum conceditur, non fuit [l] prouocatum. Et hæc præsumtio adeò efficax est, vt probatio in contrarium non [m] admittatur. quod tamen ita ve-
127. rum est, si sententia per se valeat, secus si ipso iure nulla sit: † ea enim non transit in rem iudicatam, nec pro illa præsumitur. Exempli gratia, vt si in sententia error contra ius scriptum expressus [n] sit, vel si notoriè de iniustitia sententiæ appareat [o]. No-
128. toria autem iniustitia est illa, quæ ex actis colligitur [p]: † quia acta faciunt notorium, [q] quod de illis actis intellige, in quibus iudicium fundatur, vt est citatio, litis contestatio, libellus: secus est in actis probatorijs, quibus non visis, non tamen sententia redditur nulla. Sunt & alia exempla nullitatis sententię, quæ apud Abbatem & Felinum hic reperire est. Habet porrò locum conclusio etiam in sententijs censuræ ecclesiasticæ, vt hic Decius contra glos. & Abbatem contendit. Nec obloquitur cap. sacro- inf. de senten. excommunicat. quia tametsi monitio in sententia excommunicationis necessaria sit, ex hoc tamen non con-
129. uincitur, pro ea non præsumi. † Quarta conclusio. si lata sit sentententia in qua citationes, litis contestationem, iusiuran-

I dum ob

[h] *facit ad hoc textus in cap. vnico. §. de litis contestat. & ibi Butrius.*

[i] *Bald. dicit in d. cap. bonæ. vel secundum eundem Bald. in cap. causam quæ. j. de re iudicata.*

[k] *cap. in præsentia. j. de re iudicata.*

[l] *glos. cap. non solum verbo innouata. de appel. lib. 6.*

[m] *Imola hìc per tex. in c. cùm inter. ext. de sent. & re iudicat. & c. cùm dilecti. in fi. §. de elect.*

[n] *cap. 1. de re iudica. & ibi dicam l. 2. C. quando prouo. non est necessa.*

[o] *cap. inter cæteras. inf. de re iudic.*

[p] *Angelus in l. si pars. ff. de inoffi. testam.*

[q] *in cap. ex insinuatione. inf. de appella.*

dum ob calumniam vel alia huiusmodi acta præcessisse iudex attestetur, ita factum fuisse creditur in partis citatæ & non repugnantis detrimentum. Quod verum esse intelligitur, si talis sententia partibus præsentibus lata [r] sit: aliàs si in absentia alterutrius partis talis pronunciatio facta sit, parsúe contradixerit, secus est, quia solennitates huiusmodi non censebuntur interuenisse [s]. Hanc autem conclusionem veram recipias, quando huiusmodi solennitates nominatim specificatæ sunt, secus si in genere dicatur, omnes solennitates requisitas intercessisse.

† Quinta conclusio: Sicut pro iustitia & rectitudine sententiæ 130.
iudicis præsumitur, ita pro sententia siue laudo arbitri eadem præsumtio locum habet, cùm hi ad instar iudicum iuris dispositioni obnoxij sint: in arbitratoris verò pronunciato cessat hæc præsumtio, cùm arbitramentum magis naturæ contractuum accedat, quàm iudiciorum, vnde transactio etiam dicitur [t]. Quod autem Abbas putat, hanc conclusionem non obtinere pendente reductione ad arbitrium boni viri, durum est, cùm & in iudice pendente appellatione præsumatur, reductióque sit quædam species appellationis [u].

† Sexta & vltima: Decretum 131.
in actu voluntariæ iurisdictionis, puta in venditione rei ecclesiasticæ vel minoris, præsumitur ex iusta vel vera causa interpositum, & quod omnes solennitates requisitæ in contractu interuenerint [x]. Quod verum intellige dummodò solennitates enunciatæ fuerint, & nominatim expressæ in instrumento decreti, aliàs [y] secus, vt rectè Baldus & Felinus prodidêre.

r. Dd. hic in penul. quæst. Bart. in l. 1. C. de relationi. l. acta. de re iudicata. l. fin. ff. quando appellandum sit.

s. Innocentius, Abbas & communiter moderni. hic. Bart. in l. 1. C. de fide instru. & in l. sciendum. ff. de verb. oblig.

t. glo. in Nouella vt differentes iudices. in princip. Alexand. consil. 119. in 2. volumine.

u. l. non distinguemus. §. cum quidam. ff. de arbitris.

x. Butrius hic & communiter. Dd. per tex. l. ab ea parte. ff. de probat.

y. Bald. in l. ex his. C. de milita. testa. & Felin. hic col. 9.

HONO-

HONORIVS TERTIVS ARchiepiſcopo Londe. & eius ſuffraganeis.

CAPVT XII.

Ad noſtram noueritis audientiam perueniſſe, quòd ſacerdotes & [a] clerici, Daciæ legi regni (per quam negatiua probatur) temerè innitentes, à criminibus quæ probari teſtibus fide dignis poſſunt legitimè contra eos, reputantur inſontes, ſi ſe ſuper his purgare valeant, [b] quoquo modo: & infrà. Volentes igitur, vt [c] hæc peſtis contraria [d] omni iuri penitus extirpetur à clero: Mandamus quatenus in huiuſmodi probatione negatiuè (dum tamen poſſit affirmatiua ex aduerſo probari) neminem audiatis.

Summæ rerum.

1. *Argumentum huius capituli.*
2. *Conſuetudo laicorum an ſeruanda in foro eccleſia.*
3. *Affirmatiua quandiu probari poteſt, non admittitur negatiua ad probandum.*
4. *Lex irrationabilis dicitur peſtis.*
5. *Statutum quo futuri delicti pœna remittitur non valet.*
6. *Purgatio per iuramentum eſt ſubſidiaria.*

1. † Panormitani epitome ſiue argumentum ad hanc decretalem nimis effuſum eſt ac generale, quia reus poteſt negatiuam docere, non obſtante legitima probatione aduerſus ipſum facta [a]. Quare ſecundum Decium hoc includit præſens cap. ſi legitimè probari poteſt, reum deliquiſſe, non valet conſuetudo, quòd ad liberandum eum aliqualis purgatio admittatur.

a. c. ex tenor. ſ. de teſti. & per glo. in cap. clerici. 81. diſtinct.

2. a Et clerici) † Hinc notat Butrius à contrario ſenſu, conſuetudinem ſiue legem laicorum videri eſſe ſeruandam in foro eccleſiæ, dummodo aliàs ratione ſubnixa ſit, quod Abb. non recipit [b]. Itaque ex ſententia Imolæ dicendum eſt, hanc con-

b. per tex. in cap. eccleſia S. Mariæ. de conſtit.

ſuetudinem, de qua textus hic noſter loquitur, fuiſſe communem & promiſcuam, tam inter clericos quàm laicos, ſicque clericos pariter comprehendebat [e]. Et hoc ſatis quadrat: ſolum enim hic dubitatur de irrationabilitate: reſpectu verò poteſtatis non valuiſſe hoc ſtatutum, quia quando de vno defectu quęritur, præſupponitur quòd alio reſpectu habilitas concurrat [d].

b Quoquo modo) Etiam per viles & criminoſos vt gloſſ. hic ait. nam ſi purgatores fuiſſent bonæ famæ, iſta conſuetudo valuiſſet. Quod Abb. poſt alios hic non admittit, cùm ſit
contra textũ noſtrum [e], † vbi generaliter dicitur, donec proba- 3.
ri poſſit affirmatiua, non debere quem admitti, ad probandam negatiuam, ſcilicet per modum purgationis. iſta namque ratio militat, etiamſi purgatores eſſent bonæ famæ. Huc accedit quòd huiuſmodi purgatio ſolùm in ſubſidium admittitur [f].

c Hæc peſtis) † Lex enim irrationabilis & nutritiua 4.
peccati, perdit nomen legis, & appellatur peſtis, quia non competit ſibi definitio legis [g]. Et meritò hæc Daciæ lex peſtis dicitur, quia ſicut per contagionem peſtis alios inficit, ſic conſuetudo talis quæ delinquendi occaſionem præſtat, alios inficere videtur: facilitas enim veniæ incendium tribuit delinquen-
di [h]. † Hinc traditur non valere ſtatutum, per quod pœna futu- 5.
ri delicti remittitur [i]. Et legem quæ pœnam remittit non habere locum in caſibus futuris, notat [k] alibi Bart.

d Omni iuri) Propterea quia præſtabat occaſionem delinquendi, quod videtur omni iure prohibitum, vt paulò antè diximus, vel hoc fuit adpoſitum ad maiorem exaggeratio-
nem. † Interim diſce purgationem per iuramentum ſubſi- 6.
diariam eſſe, eamque exiſtentibus purgationibus legitimis non admitti [m]. Et hoc adeò verum eſt, quòd lex vel conſuetudo in contrarium non ſubſiſtat, quod præſens textus ſatis probat, & in hoc eſt ſingularis & notandus. Cæterùm, ad expeditionem gloſ. vltimæ eiuſque materiam conſiderandi, ſunt tres di-
uerſi caſus. Primus: † Si accuſator affirmatiuam probauerit 7.
legitimè ac ſufficienter, puta reum deliquiſſe, non eſt admittendus negatiuam (ſe non deliquiſſe) probare volens, ne ſcilicet imperfecta probatio plenæ ac integræ probationi præualeat. Vnde ſi legitimè conuictus de crimine, velit ſe purgare per iuramentum proprium, & aliorum compurgatorum, ſaltem de credulitate iurantium [n] hoc ei non licebit, etiamſi compurgatores eſſent bonæ famæ, vt & ſuprà dixi. Et hic eſt
proprius caſus cap. noſtri. † Secundus: Si de crimine infa- 8.
matus negatiuam probare velit indirectè, non per teſtes de credulitate, ſed de veritate deponentes, hac ſpecie ceſſat cap. noſtri diſpoſitio, & probatio talis admittetur [o]. Vnde ſi duo clerici probent me commiſiſſe fornicationem tali die & loco, poſ-
ſum &

e. iuxta c. cùm veniſſet. de eo qui mitt. in poſ. c. cùm cauſa. de re iudica. cum ſimil.

d. l. qui teſtamentis. C. de teſtamen. c. 1. de ætat. & quali.

e. in verſ. mandamus.

f. c. nos inter. ſ. de purg. cano. cum ſimil.

g. quæ habetur in c. erit autẽ. 4. diſtinct.

h. c. eſt iniuſta. 23. q. 4. in fin. & c. loci. 35. q. 9. l. 7. ff. nau. caup. ſtab. l. conuenire. ff. de pac.

i. vt notat Salic. in l. caſtitati. col. 1. C. de addit.

k. in l. cùm lex ff. de ll. cùm ſimil.

l. ſecundũ Deci. hîc.

m. c. accedens. de accuſat. & per Abb. hîc & tex. in d. c. nos inter. c. moniales et c. cum dilectis. in fin. & c. ex tuarũ. de purg. canon.

n. iuxta formam ca. quoties. §. porrò. de purg. canon.

o. arg. cap. ex tenore. inſ. de teſtib. glo. elegans in cap. clerici. diſt. 81.

ſum & per laicos docere contrarium indirectè, me illa die tota alibi fuiſſe, id ſi fit, abſolui debeo, quia non ſum reus p. Tertius: † Si contra aliquem non poſſet legitimis probationibus oſtendi eum deliquiſſe, ſit tamen de eo vehemens ſuſpicio & infamia, poteſt is talem ſuſpicionem purgatione canonica tollere q.

p. exemplo. cap. ex literis. inf. eod.

q. iuxta formam d. c. quoties. §. porro. vt per glo. c. presby. 2. q. 5. & hic latius per Abba.

IDEM AVRE. ET LAMETEN. EPISCOPIS.

CAPVT XIII.

Cùm cauſam quæ inter Colubrien. & Egitan. epiſcopos ſuper ſuarum limitatione diœceſium vertitur, vobis duximus committendam: Mandamus quatenus, ſecundum diuiſionem quæ per libros antiquos vel alio modo melius probabuntur, nec non per teſtes, famam & quæcunque alia adminicula in negotio procedatis.

Summæ rerum.

1. *ARgumentum huius cap.*
2. *An ad probationem finium libri antiqui vel ſola fama ſufficiat, & num. 3. 6.*
4. *Fines an per inſtrumenti verba enunciatiua probentur.*
5. *Antiquiſſima quæ dicantur.*
7. 8. *Libri antiqui an & quando probent.*
9. *Scriptura publica non creditur in præiudicium tertij, quia non conſentit.*
10. *Scriptura ex archiuo publico prolata an & quatenus probet.*
11. *Archiuum quid.*
12. *Sculptura columnarum & inſcriptiones lapidum an probent.*
13. *Imperfectæ probationes ſimul coniunctæ, vt plenè probent quæ requirantur.*

 † Ex præ-

Exceptis verò his casibus, libri antiqui in præiudicium alicuius plenè non probant, vt Hostiensis voluit, cui reliqui o-
9. mnes subscribunt: † & meritò quidem, nam nec instrumento siue scripturæ publicæ in alterius præiudicium creditur, nisi talis scriptura eo consentiente facta sit, cuius [f] detrimentum
10. respicit. Secunda conclusio: † Scriptura ex archiuo publico prolata, integram fidem habet. Sic alibi [g] imperator item charta, inquit, quæ profertur ex archiuo publico, testimonium publicum habet. Quod tu verum intellige tribus concurrentibus: primò, quòd talis scriptura sit reposita in loco publico: deinde quòd custodem de publico habeat deputatum: denique quòd inter publicas scripturas custodita fuerit. Dicitur autem archiuum (Græcis ἀρχῶν principium) locus vbi monumenta literarum publicè asseruantur. Vnde [h] Vlpianus, quo loco, inquit, publicè instrumenta deponantur ar-
11. chiuo fortè vel grammatophylatio. Tertia: † Sculpturæ columnarum & inscriptiones lapidum ob suspectam scribentium leuitatem iustam fidem non præstant, licet nonnihil adminiculentur, per ea quæ dicta sunt suprà [a] de libris.

a Quæcunque alia admin.) Quæ etsi per se plenè non probant, tamen adiuuant, iuxta vulgatum illud, & quæ
12. non prosunt singula, multa iuuant. † Hinc pro thesi ac regula generali traditur, quòd plures probationes imperfectę coniungi debeant ac possint, ad faciendam probationem iustam & integram, idque propter publicum fauorem, ne facultas probandi coarctetur, aût [k] restringatur. Quod tamen verum est, si omnes probationes ad eundem finem tendant, siue sint eiusdem generis, vt in duobus testibus ad eundem actum se referentibus, siue diuersi, vt in vno teste [l] cum fama. Sin verò huiusmodi imperfectæ probationes, ad diuersum finem tenderent, tum hæ ad integrandam fidem connecti haud possunt. Exemplum dat Panormitanus, veluti: si aliqui testes de mutuo deponerent, non tamen perfectè, & alij de confessione mutui petiti non planè: hæ depositiones non coniunguntur vt iustam probationem efficiant, cum sæpè vnum sit sine alio, de veritate tamen huius exempli Feli. [m] & Deci. [n] hic pluribus agunt, quos legere poteris.

f. l. censualis. C. de donat. Specul. de instru. edi. § postquam vers. sed nunc quid.

g. in auth. ad hæc. C. de fide instru.

h. l. moris. ff. de pœnis. & de hac materia vide locum ordinarium in c. ad audientiam. vbi est casus. ĩ. de præscr. in l. exemplo & ibi. Dd. C. de probat: Bart. in auth. at si contractus C. de fide instru.

i Facit textus in l. monumentorum. C. de relig. sicq; gl. temperare oportet in c. sanè 24. q. 2.

k. l. curent. ff. de testib. c. si quis testium. ĩ. de testib. cum simil.

l. iuxta Abba. hîc. facit tex. hîc. & l. Ariani. C. de hæret. l. qui sententiam. C. de pœn. cùm vulg.

m. num. 10.

n. num. 11.

IDEM EPISCOPO ET archidiac. Senen.

CAPVT XIIII.

Causam matrimonij quæ inter V. iuuenem, & G. [a] puellam Senen. quæ se virginem & monacham profitetur, noscitur agitari: & infrà. Mandamus quatenus eandem puellam ponatis interim in illo monasterio quod intrauit, vt ibi securè valeat commorari, donec iudiciali sententia, quid agi debeat, decernatur: [b] recepturi postmodum non solùm probationes viri quas inducere voluerit contra mulieres illas, quæ ad inuestigandum signa virginitatis ex parte puellæ fuerint introductæ, verùm etiam probationes alias hoc negotium contingentes, quas pars vtralibet duxerit producendas. Et quia (vt dixit Canon) sæpè manus fallitur, & oculus obstetricum, volumus & mandamus, vt adhuc honestas matronas prouidas ac prudentes deputare curetis, ad inquirendum, vtrùm dicta puella virginitatis priuilegio sit munita,

Summæ rerum.

1. *IVdicium si contra monachum instituatur ratione ingressus, libellus in monachum concipi debet.*
2. *In causis matrimonialibus, & post publicatas attestationes, recipiuntur noui testes, & quæ sit ratio. num. 3. 4.*
5. *Casus vbi fœmina viris præferuntur.*
6. *Probatio ex aspectu.*
7. *Discußio thematis quòd peritis in arte credatur, & num. 8. vsq; ad finem.*

[a] G. puel-

1. a G. puellam) † Hinc notant omnes, si iudicium instituatur contra monachum vel monacham, ratione validitatis ingressus, quia alicuius ingressus reuocetur in dubium, libellum esse concipiendum in personam monachi & non monasterij: atque ita in nostro themate factum est. Quod tamen moderandum [a] aiunt, vt procedat, quando agitur respectu personæ, secus si respectu bonorum.

a. iuxta Abb. in c. dudum. ȷ̃. de conuers. coniu.

2. b Recepturi) † Siue ergo in præiudicium asserti matrimonij, siue in eius fauorem, possunt etiam post publicationem super eisdem capitulis alij testes recipi & examinari, sicque publicatio attestationum in causa matrimonij, non impedit productionem nouorum testium. † Quod plerique fauore conIu-
3. gij speciale esse astruunt, cum alias hoc non liceat [b]. Et hic fauor locum habet, siue de iuuando, siue impediendo matrimonio agatur, cùm vtrobique sit salus animæ subsistente im-
4. pedimento. † Alij verò malunt hoc non fieri ob singularem connubij fauorē, sed quia hic causa decidatur iudicio peritorū: cùm enim hi de credulitate tantùm deponant, secundum peritiam artis, vt suprà quoque [c] diximus, meritò testes peritiores recipiendi sunt, non obstante publicatione, quia iudicium fuit fallibile.

b. Clem. 2. de testi. c. fraternitatis. ȷ. de testi. auth. at qui semel. C. de probat.

c. hoc tit. in c. propo suisti.

5. c Honestas matronas) † Sed cur potius matronas quàm viros? Respondeo hoc fieri, primùm, propter honestatem: deinde quia hæ in virginitate cognoscenda viris peritiores esse censentur. Quomodo autem inquirent tales mulieres seu matronæ, an per aspectum & tactum? sic enim cognosceut
6. [d] quam esse virginem, vel non esse. † Vnde colligis, ex aspectu probationem fieri posse. Sic etiam ex aspectu obstetricum probatur, quam prægnantem esse, modò tamen probatissimæ sint [e] artis & fidei: item aspectu agri mensoris fit probatio de [f] finibus: & aspectu peritorum medicorum vulnus probatur lethale, [g] ita & medicorum denunciatione quis probatur ægrotus, & valetudinarius [h]. Ex his scaturiginem suam traxit hoc triuiale, credendum esse peritis in arte, quod nos a-
7. libi [i] discussimus. † Hic tamen aliqua, quæ tunc diximus, retractare libuit. Quanquam igitur ibidem in prima conclusione, ex vulgò recepta interpretum sententia docuimus, suborta quapiam ex præmissis controuersia, posse partes communi consensu tales peritos eligere, & iudici præsentare, vt illorum sententia examinata, iudex statuat quod æquum fuerit [k]. Iam verò rem exactius ponderando, arbitror partes id non posse, nisi iudice annuente & consentiente. quia vbique iura permittunt & iniungunt iudicibus, vt ipsi adhibeant, quos honestos, prudentes & peritos putauerint, vt ex textu nostro hic apparet hisce verbis: *deputare curetis*, quæ verba non partibus, sed iudici fiunt. Sic alibi iurisconsultus ait, [l] quæ cum à

d. vt per tex. videlicet hic. & c. fraternitatis, de frig. & malefi.

e. l. 1. ff. de vent. inspi.

f. l. si quis. C. finium regundorum. l. si irruptione. §. vlt. ff. eod. tit. & c. quia iudicante. ȷ̃. de prascri.

g. c. significasti. ȷ̃. de homi.

h. l. semel. C. de re milit. lib. 12.

i. in d. c. proposuisti. ȷ̃. eod.

k. arg: l. hoc edictali. §. his illud. ibi quos vtraq; pars elegerit. C. de secun. nuptijs.

l. in l. 1. §. 1. ff. de ven. inspi.

te assumtæ fuerint, &c. non dicit ab vtraque parte, sed à te scilicet Prætore & iudice. † Porrò in secunda conclusione ibi- 8.
dem tradita, ex sententia Doctorum diximus, hos peritos ad minus debere duos assumi: idque trifariam temperauimus: Primò, vt locum non vendicet in eo perito,[m] quem vt perspectæ fidei & peritiæ virum in hoc præfecit respub. deinde vt non obtineat, si vno solo contentæ sint partes[n]: denique nisi vnus solus inueniatur in loco. Ego verò existimarim hæc alio pacto posse definiri, videlicet si assumendi sint ad iudicem instruendum certæ cuiuspiam artis gnari & periti, quorum ars constet indubitatis & certis regulis disciplinæ, quales videri poterunt agri mensores, arithmetici, architecti, & similes, tunc in arbitrio erit iudicantis, an vnum seu plures adhibeat. nam video iura promiscuè, nunc de vno, nunc de pluribus assumendis loqui, nam alicubi[o] vnius agri mensoris adhibendi fit mentio: alibi verò[p] mentio fit de pluribus: Ait enim iurisconsultus ad iudicis officium de finibus cognoscendis pertinet, mensores mittere, & per eos dirimere ipsam finium regundorum quæstionem. Ex qua re perspicuum fit, arbitrarium esse quot in hac specie adhibeantur. Si verò assumendi sint periti, quorum ars æquè nō constat certis & indubitatis regulis disciplinæ, sed iudiciū falli potest, tunc plures dixerim fore adhibendos. Ita iura statuunt de adhibendis[q] obstetricibus, ad probandū quam esse grauidam, aut virginem. Idem statuunt de medicis[r]. Quorum ratio est, quòd vt sæpe manus & oculus falluntur obstetricum,[s] ita & fallitur iudicium medicorum, teste eorum principe Hippocrate[t]. Vita breuis, ars verò longa, occasio præceps, experimentum periculosum, iudicium difficile,[u] vel (vt vetus habet traductio) fallax. In hac igitur & consimili specie iudex oportunus nō duos solùm, sed vel tres si haberi poterint, vel plures adhibebit, vt si variauerint iudicia, plurium sententiæ[x] stetur. Et hæc non contemne sed domi nostræ nata paradoxi loco habeas.

m. arg. l. 2. C. de pōderat. & auri illat. lib. 10.
n. arg. l. Theopompus. ff. de dot. præleg.
o. in l. si irruptione. §. 1. ff. fin. regun. & in l. si quis. C. eo. tit. & in c. quia indicante. j. de præscr.
p. §. vlt. d. l. si irruptione.
q. vt hîc c. nostro. et c. fraternitatis. j. de frig. & male. l. 1. §. 1. de ven. inspic.
r. c. significasti. de homi. ibi, peritorū iudicio medicorū. & l. semel. C. de re mili. lib. 12.
s. per tex. hîc & c. nec aliqua. 27. q. 1.
t. in 1. aphorismo.
u. l. secundum.
x. iuxta. l. 1. §. 1. de ven. inspi. ibi, etsi omnes vel. &c.

GREGO-

GREGORIVS IX. PRAEPOSI-
to sanctæ M. Magdeburgen. & decano Misnen.

CAPVT XV.

Cùm bonæ memoriæ: & infrà. Cùm acta originalia dicantur apud priores iudices [a] remansisse, mandamus quatenus ea cum omni diligentia requirentes, ipsa si potuerint inueniri, & si qua partes duxerint legitimè proponenda, in scriptis redacta ad nostram præ. remittatis. Alioqui [b] cùm non reuocetur in dubium de contestatione litis, super statu Pigamen. monasterij, & quibusdam spoliationibus contra Abbatem eius factis à Mesburgen. episcopo, recipiatis partium probationes de nouo, audientes si partes audire voluerint [c] de compositione tractatum, tam quod super hoc inueneritis, quàm causam sufficienter instructam ad nos remittere procuretis.

Summæ rerum.

1. *Argumentum huius cap.*
2. *Etsi acta nō extent apud notarium causa, tamen probant.*
3. *Idem de instrumentis dicendum.*
4. *Litis contestatio, an præsumatur facta in dubio, & num. 6.*
5. *Acta quæcunq; probantur sola confessione partium.*
7. *Partes possunt perempta instantia vna ad probationem omnia acta reuocare.*
8. *Iudicis est, partes ad concordiam reducere.*
9. *An litigatores ad concordiam cogi possint.*
10. *Casus vbi quis cogi potest ad concordiam & num. 11. & 12.*

Epitome

Epitome huius capituli est, quòd coram primis iudicibus 1.
facta, faciant fidem coram successoribus eiusdem instantiæ,
producique possint noui testes primis attestationibus deperdi-
tis, non obstante publicatione.

a Remansisse). Sed quomodo hîc acta apud iudices re-
manserunt, cùm illa notarius causæ conseruare debeat [a]? Re-
spondet Iohan. And. in nostra specie de facto, penes iudices re-
mansisse acta, licet de iure fieri nō debuisset, cui reliqui subscri-
bunt. † Ex quo singulare illud colligitur, quòd etsi acta iudi- 2.
ciaria non extent apud scriptorem causæ, sed apud ipsos iudi-
ces, tamen eorum fides propterea non vacillet: † quod Docto- 3.
res porrigunt etiam ad quæcunque instrumenta, vt non per-
dant autoritatem, licet apud ali[illegible] reperiantur, quam apud
quem esse debent [b]. Hoc tamen [illegible] intellige in scriptura con-
fecta à publica persona, putà ab argentario vel tabellione, quia
semel scriptura habuit autoritatem ex persona scribentis, secus
videtur in scripturis, quæ autoritatem à loco recipiunt, quia si
sint extra locum, [c] non probant Decio hic teste.

b Cum non reuocetur) Quia controuertentes fate-
bantur coram primis iudicibus, litis contestationem factam es-
se. † Aliàs enim actis non extantibus, non præsumitur inter- 4.
uenisse litis contestatio, nisi hoc [d] doceatur, putà per testes vel
confessionem partium. † Et hoc communi calculo producitur, 5.
ad quæuis acta siue præparatoria, siue decisoria, vt per solam
confessionem partium probentur, id est, si partes litigantes con-
fiteantur aliquid actum fuisse in iudicio, licet aliàs non probe-
tur, huic confessioni statur, idque ita actum fuisse creditur, eti-
amsi de substantialibus sit disputatio & coram alijs iudicibus.
Validè tamen huic dogmati aduersatur, quod alias per manus
traditur, in his, quæ non dependent ex voluntate partium, ha-
rum confessionem non mereri [e] fidem: Item confessionem par-
tium, super his quæ ab eis remitti nequeunt, non probare [f].
Sed in comperto est, litigantes non posse renunciare solennita-
tibus, vel substantialibus iudicij, (qualis est quoque litis con-
testatio) neque omittere, aut nulla [g] ratificare: ergo non vi-
detur quòd sola confessio illud probet: sicq; concident ea quæ
ex textu paulò antè ex sententia Dd. annotauimus. Hunc obicem
pleriq; ita tollunt, quòd in nostra specie, vnà cum assertione si-
ne confessione litigatorum, concurrebat etiam assertio priorum
iudicum, sicque fatentur solam partium confessionem, non
probare acta iudicij, nisi alia adminicula accedant. Alij verò
frequentius hoc ideò esse respondent, quoniam hic de leui vel
nullo agatur præiudicio, nec immineat peccatum [h], possent e-
nim partes, si lis non erat contestata, eam denuò contestari. Et
† scribit generaliter [i] Bartolus, licere partibus perempta instan- 7.
tia vnà ad probationem omnia acta iterare, renouareque:
idque

a c. quoniam. s. eod. ibi ita, quod origina-lia.

b. facit tex. in l. quædam §. his autem. & §. vlt. de edend. & quod ibi not. ff. de fur.

c. & habetur in c. ad audientiã. j. de præscript. & in au. h. C. de fid. instru.

d. iuxta glos. hîc in verbo alioqui. quam Dd. vulgò sequuntur.

e. c. super eo. j. de eo qui cog. cons. vx. suæ. f. Bar in l. sciendum. ff. de verb. obli. & est casus in simili. in l. etsi fortè. & ibi Bart. ff. de Castr. pecu.

g. iuxta glo. & Dd. in c. de causis de offic. deleg. c. 1. de lit. cont. c. dudum. de elect. & l. nemo potest. cùm ibi not. de lega. 1.

h. in d. c. sicut. s. eod.

i. in l. mutari. ff. de procur. & plenius in l. conquerebatur. ff. iudic. sol. quam tamen nō probant But. & Abb. s. de iud. c. pen.

idq́ue pro ſingulari cautela tradens. Et ſi quis obijciat, quòd ſecundum hoc, poſſent litigatores mox in exordio controuerſiæ dicere, habeatur lis pro conteſtata, omiſſa forma à iure [k] præſcripta, quia eorum confeſſio videtur eius virtutem operari: reſpódeo, hoc fieri nõ poſſe, cùm ſit præſcripta forma à lege: vnde rectè dicit Baldus [l], quòd contra formam legis nec iudices, nec partes diſponere poſſint. Et Bart. [m] non poſſunt partes (ait) habere pro expreſſis, quæ vigore legis [n] ſunt exprimenda. Poſſunt ergo partes confiteri litem fuiſſe conteſtatam: inde tamen non ſequitur, quòd ex tali confeſſione litis conteſtatio inducatur, licet præſumamus eam ſemel legitimè factam fuiſſe. Et ita Feli. hic ſenſiſſe videtur, in cuius ſententiam & ipſe inclino, licet alij aliter ſentiant.

8. C De compoſitione) † Ad iudicem ergo pertinet partes primùm ad concordiam reducere, ſi poſſit: quod an indi-
9. ſtinctè ſit verum, latè tractat Feli. alibi [o]. † In hoc themate ſeruabis pro regula, quòd licet concordia ſuaderi poſſit atq; tentari, regulariter partes litigantes non poſſint compelli per iudicem ad concordiam: ſcribitq́ue [p] Ange. quòd etſi quis coactus hoc fecerit, nullum tamen inde ſibi præiudicium generari, ſed huiuſmodi pacta & tranſactiones per coactionem initas nullius eſſe momenti, quod etiam Bart. alibi [q] probat, dicens iudicem non poſſe litigantes, neque ad tranſigendum, neque ad compromittendum in arbitratores cogere: & Bal. [r] dicit concordiam perſuaderi poſſe, non imperari, & offenſum ſuaſiunculis [f] inducendum eſſe, non cogendum, vt remittat iniuriam, quia æquitatis ratio non patitur, vt quis cogatur inuitus parere iniurianti, niſi in foro pœnitentiali: ſed ante factum benè de-
10. beat prouidere iudex, ne iniuria committatur. † Excipiunt tamen Dd. aliquot caſus, in quibus putant, aliquem etiam inuitum compelli poſſe, ad ſuſpiciendam pacem atque concordiam. Primus eſt in cauſa [t] criminali, quod ego verum recipio, ſi duo concurrant, primùm quòd ſubſit periculum, ne per talem cauſam reſpublica lædatur [u] aut turbetur: alterum quòd cauſa criminalis ſit eius generis, quæ admittat tranſactionem: quæ
11. autem ſint crimina tranſigibilia alibi [x] tractatur. † Secundò fallit præmiſſa doctrina [y] ſecundum Butrium [z], vt obtineat in his, in quibus princeps habet liberam adminiſtrationem, ſed in priuatis iuribus aliorum non putat, quòd princeps poſſit compellere ad concordiam, niſi cauſa ſubſit. Quod ego ita recipiendum putarim, vt procedat in his, quæ pendent a poteſtate ſua,
12. vtputa papa poteſt in beneficialibus. † Tertiò ceſſat regula, quãdo lis magno tempore durauit, & adeo intricata eſt, vt facilè expediri nequeat, nam tunc iudex poteſt cogere partes ad concordiam, etiamſi [a] cauſa ſit ciuilis. Quartò non obtinet, ſi timor armorum, & rixæ immineant, nam ad hoc præcauendum

licebit

k. c. 1. de litis conteſt.

l. in l. iubemus. C. de iudi.

m. no. Bar. in l. 1 de lib. & poſth. & Inno. in c. cùm dilecta. de reſcr. & Ang. in l. ſed etſi quis. §. quæſitum. ſi quis cautio.

n. & eſt bo. textus in c. qui ad agendum. de procur. in 6.

o. In rub. de treu. & pac. Dd. communiter & præſertim Abb. in c. fin. ẽ. de tranſac. vbi eſt tex. opt.

p. tex. in. §. fin. in auth. vt litig. iu.

q. in l. congruit. ff. de offi. præſidum. & in c. furti. §. qui iuſſu. ff. de infa.

r. ibidem & in l. ex ſtipulatione. C. de ſent.

ſ. Bald. in l. 1. §. quies. de offic. præſ.

t. iuxta Bart. in d. l. congruit. in fi. et Abb. in ru. de treu & pac.

u. l. ſi quis ingenuam. ff. de capt.

x. vide gl. in l. tranſigere. C. de tranſac. glo. magna in c. præuaricator. 2. q. 3.

y. Inno. in c. cùm inter. de elect. Caſtr. in l. quidam æſtimauerunt. ſi cert. pet.

z. Butrius in c. 1. de mutuis petit.

a. textus in c. placuit. 90. diſtinct. de hoc vide pulchrè Bal. in c. cùm eccleſia. de elect.

licebit comppellere partes ad concordiam. Cur enim (inquit [b] Iulianus) ad arma & rixam procedere patiatur prætor, quos potest iurisdictione sua componere? Quintò non est locus regulæ, si dissensio esset inter insignes personas, vnde respublica turbari [c] posset. Iudex enim omninò studere debet ad sedandam huiusmodi discordiam, ne transeat in præiudicium publicum & exitium [d] reipub. Supersunt & alia non pauca, quæ huc congeri possent: verùm ea apud Feli. discussa extant, quem iuris studiosi adire possunt.

b in l. æquissi. ff. de vsufr. Ang. in d. §. fin. in auth. vt lit. super l. æquiß. de vsufru. Paulus & Alex. in d. l. quidã æstimauerunt.

c. Bald. & Ang. in d. l. æquissimum. per tex. in l. si quis ingenuam. §. in ciuil. de capt.

d. Bart. in l. huiusmodi. §. fin. de leg.

FINIS.

ELENCHVS SIVE INDEX cap. in tit. de probatio.

Τῷ θεῷ δόξα.

IOACHYMI MYNSINGERI
à Frundeck Iuriſconſulti

IN TIT. XX. LIBRI II. DECRETAL.

QVI DE TESTIBVS ET Atteſtationibus inſcribitur, Commentarij.

IN RVBRICAM.

Summaria.

1. *Continuatio huius tit. ad proximè præcedentem.*
2. *Probatio per teſtes an cæteris fortior.*
3. *Probatio per inſtrumenta alijs probationibus præualet.*
4. *Inſtrumenta dicuntur probatio probata.*
5. *Vtilitas huius (de teſtib. & atteſtationib.) tituli.*
6. *Epitome ſiue ſumma eiuſdem tituli.*
7. *Cur ſic inſcriptus fuerit.*
8. *Teſtes à teſtando dictos eſſe: & quid ſignificet verbum teſtari, & num. 9.*
10. *Teſtes quomodo in hoc tit. accipiantur.*
11. *Teſtimonium, & atteſtatio, idem ſignificant.*
12. *Depoſitio apud Pontificios pro atteſtatione accipitur, ſed minus latinè.*
13. *Deponere propriè demoliri eſt, & depoſitio demolitionem denotat.*
14. *Depoſitio pro annotatione facti ſine ſolennitate μεταφορικῶς.*

1\. PRæſens † de teſtibus & atteſtationibus titulus ſuperiori iuſto nexu adhæret: ſiquidem generis nomen ſpecierum cognitio ſubſequi [a] debet. Cùm itaque ſuprà generalem titulum *de Probationibus*, præmiſerit Pontifex, poſt hunc ad ſpeciales tranſeundum erat. Et hunc ordinem tam in Pandectis, quam in Codice pariter obſeruatum fuiſſe conſtat: niſi quòd in Pandectis de ea probandi ſpecie, quæ per inſtrumenta fit, prius diſſeritur; & de teſtibus poſteriore loco
2\. tractatur, cuius tamen contrarium Pontifex hic obſeruauit. † Huius autem ordinationis eam rationem Panormitanus adfert, quòd probatio per teſtes longè ſit fortior & efficacior alijs [b], cùm fiat viua voce. Sic [c] & alibi, *Nos quidem* (ait Imperator) *exi-*

a. arg. l. 1. ff. ſi cer. pet. glo. in rub. de regu. iur. lib 6. cum ſimilib.

b. l. cùm Ioannes. cum ibi not. ſ. de fide inſtru.

c. in. §. cùm verò aliquid. Nouel. de inſtru. cau. & fid

tor) *existimauimus ea, quæ viua voce dicuntur, digniora fide, quàm scripturam.* Hinc ergo consequeretur iurisconsultos præpostero ordine instrumenta testibus præposuisse: quod sanè perdurum esset, fateri. † Quinimò probatio per instrumenta validior est alijs probandi speciebus, [d] maiorisque autoritatis: 3.
idque liquere vel ex eo potest, quòd in multis casibus scriptura exigitur, in quibus testes non [e] sufficiunt. Et quandoque ad supplendam scripturam quinque testes sunt [f] necessarij.
† Hinc est, quòd instrumenta dicantur [g] probatio probata. 4.
Nec aduersatur, quod viua voce prolata [h] alibi scripturæ præualeant: quoniam id verum est [i] in priuata scriptura, secus est in instrumento publico [k], quod testibus æquiparatur. Dicendum ergo, hunc *de testib. & attestationib.* titulum ex arbitrio Pontificis priorem locum occupasse. Est tamen hoc leuiusculum, nec quicquam consistet, si ad tam exactam methodum omnia expendere voluerimus.

d. iuxta glo. in rub. ff. de fide instru.
e. vide glo. in c. 1. de censi. lib. 6. fa. tex. in l. contrahitur. ff. de pigno.
f. l. testium. C. de testi.
g. Bal. in l. 1. C. ne vxor. pro mari.
h. d. §. si verò aliquid.
i. vt glo. ibi dicit.
k. l. in exercendis. C. de fid. instru.

† Porrò nihil opus est, huius tituli vtilitatem commendare, cum [l] iurisconsultus ipse testimoniorum vsum frequenquentem & necessarium esse dicat. Et rectè quidem: nihil enim frequentius est in iudicijs, quàm negatas assertiones controuertentium productis testibus docere. Necessitas verò inde colligitur, quòd multa sunt, quæ nisi per testes, [m] probari non valent. † Discemus autem ex hoc titulo multa, quæ versanti in foro, ac iudiciarias agitanti controuersias conducere inprimis, ac vtilia esse poterunt. Nam & quot testes in quouis actu requirantur, & quæ sit eorum habilitas, quæ solennitas exigatur in his recipiendis, quibus sit credendum in eorum conflictu: qualiter eorum dicta impugnentur, aut conseruentur, & si quæ sunt id genus alia, ea omnia hic titulus ad amussim explicabit. † Qua ratione eum inscribere Pontifex voluit non simpliciter *de testibus*, sed & *de attestationib.* vt [n] Panormitanus annotauit. Quanquam etsi inscriptio simpliciter, *de testibus*, facta fuisset, tamen communis extitisset tam ad personas, quàm dicta [o] testium: quemadmodum in Pandectis & in Codice idem est factum.

5. (at "dare, cum" line margin: "l.")
6. 7.

l. in l. 1. ff. hoc tit.
m. vt in Nouel. de testib. circa prin.
n. hic in rub.
o. Deci. hic.

Cæterùm quod ad explicationem huius rubricæ attinet:
† Testes à testando denominationẽ habere constat. Et quamuis, 8.
testari, verbum apud Latinos autores pro eo frequentius vsurpetur, quod est in testimonium adducere, & alterius implorato testimonio nonnihil affirmare: Indè enim testari deos & numina dicimus: cùm dij in testes aduocantur, [p] testamur: item in testimonium adducimus homines, quibus plurimum fidei adhibemus, rem totam eorum iudicio permittentes. † Attamen iurisconsultis, testari significat sententiam suam exponere: vnde & testimonium, & testamentum. Nam & testis de veritate 9.

p. Cice. pro Sylla. Virgil. lib. 2. Aenei. Teren. in Hecyra.

ritate rei geſtæ deponens, & qui teſtamentum facit, ſuam ex-
11. ponit ſententiam. † Teſtes ergo in noſtro propoſito dicuntur, quòd ea, quæ de rei veritate ſentiunt, in iudicio proferant ac
12. declarent. † Hinc etiam teſtimonium deducitur, & atteſtatio: quæ voces in ſignificatione conueniunt, & pro ipſius teſtis aſ-
13. ſeueratione in ſcripturam redacta [q] accipiuntur. † Non rarò etiam depoſitio dici ſolet [r] in eodem ſignificatu, ſed minus la-
14. tiuè, cùm *depoſitio* demolitionem ædificij ſignificet. † Eſt enim *deponere*, propriè demoliri & ad aream redigere, [ſ] ſoloque
15. æquare. † Sumitur etiam *depoſitio μεταφορικῶς* apud pontificios [t] pro amotione facti ſine ſolennitate: & hæc dicitur *ſimplex depoſitio* Abbati. Quibus autem ex cauſis fiat, gloſſ. [u] alibi docet, neque huc ea res pertinet.

q. l. 3. § idem diuus. ff. de teſtib. & l. 1. ff. de fide inſtru.

r. vt in c. cùm cauſam. ſ. hoc tit.

ſ. l. 23. in fi. ff. de vſucap. l. 8. ff. ſi ſerui. vendi.

t. c. degradatio. de pœn. lib. 7.

u. glo. magna in fi. cap. 1. 15. q. 8.

TIT. XX. DE TESTIB. ET ATTESTATIONIB.

EX CONCILIO Matecensi.

CAPVT I.

PLacuit sancto conuentui, vt testes non conducantur pretio: vt quicunque idonei, & fideles in testimonium assumantur. ac nullus testimonium dicat, nisi ieiunus.

Summæ rerum.

1. *TEstes corrupti carent fide.*
2. *Et puniuntur vt falsarij.*
3. *Testes corrupti si verum dixerint, an nihilominus pœna falsi teneantur. & num. 4. & 6.*
5. *Declaratus §. 1. in l. 1. ff. ad leg. Cor. de fals.*
7. *Testis accipiens pecuniam ne testificetur, an pœna falsi teneatur.*
8. *Testimonium eius, qui recepit pecuniam ne testimonium dicat, iure valet.*
9. *Natura testimonij est, vt ad vtramque partem porrigatur.*
10. *Testis sumtus ad viam necessarios recipere potest.*
11. *Testis potest precibus induci, vt veritatem dicat.*
12. *Testis debet esse idoneus: quod in dubio præsumitur.*
13. *Omnes ad testificandum admittuntur, nisi doceantur prohibiti.*
14. *Edictum de testibus an sit permissorium.*
15. *Quæ consideranda sint in testibus, vt idonei censeantur.*
16. *Testes liberi esse debent, non serui.*
17. *Fœminæ quibus arceantur.*
18. *Impuberes prohibentur testificari.*
19. *Testimonium ebrij non facit fidem.*
20. *Ebrietatis damna.*

Tria axiomata hoc capit. complectitur, quæ ordine di-
1. ſcutiemus. † Primum eſt, quòd teſtes non ſint conducendi pre-
tio, aut pecunia corrumpendi, nec eis quicquam promitten-
dum, vt vel falſitatem dicant, vel obticeant [a] veritatem: imò e- *a. per iura hic in glo.*
tiamſi datum eis aliquid, promiſſúmue ſit in eum finem, vt ve- *alleg.*
ritatem dicant, [b] adhuc deſtituentur fide eorum teſtimonia. *b. c. non ſanè. 4.*
Debet enim omnibus modis ſanctum eſſe, ac incorruptum ſe- *quæſt. 5.*
rendi teſtimonij officium, vt quiuis de ſtatu ſuæ cauſæ ſecurus
2. eſſe valeat, [c] probationemque rerum habeat ſaluam. † Porrò *c. l. iurent. ff. de te-*
præter hoc, quòd corrupti teſtes à dicendo teſtimonio repel- *ſtib.*
luntur, puniendi quoque ſunt à iudice, vnà cum corrumpente,
tanquam falſarij: nec intereſt, vt [d] Bartolus tradidit, ſiue pe- *d. Bart. in l. 1. ff. ad*
cuniam receperint ob dicendum, ſiue ob non dicendum teſti- *leg. Cor. de fal.*
3. monium, modò falſum dixerint. † Quinimò priori caſu, quan-
do teſtes acceperunt pecuniam ob dicendum teſtimonium, etſi
teſtificando nihil mentiti ſint, nec effectus falſitatis fuerit ſub-
ſecutus, adhuc tamen falſi pœnæ locum eſſe, idem [e] Bartolus *e. in d. l. 1.*
tradit, quem [f] Imola & Caſtrenſis ſequuntur. Quæ aſſertio ſu- *f. in l. diuus. ff. de re*
as videtur habere rationes: primùm, quia ſi iudex venalem fe- *iudi. l. 2. ff. de condi.*
rens ſententiam, licet iuſtam, puniri debet: ergo idem in cor- *ob tur. can. per tex.*
rupto teſte dicendum eſt, collecta ſimilitudine à iudice ad te- *in d. l. 1. §. 1. de falſ.*
ſtem. Deinde, quia ſicut iudices gratis iudicare, ita teſtes gra-
tis teſtimonium dicere ſunt [g] obnoxij, conſequens eſt, vtroſque *g. d. c. non ſanè.*
turpiter accipere. Denique, quia teſtes iurant, ſe teſtimonium
abſque omni commodo [h] dicturos: Ob hoc ergo ipſum, quod *h. c. quoties. & c. li-*
corrupti ſunt, falſi pœnam incurrunt, nec hanc poſtea, dicen- *cet ex quadam. ſ. hoc*
4. do veritatem, euitare poſſe videntur. † Aduerſus Bartolum pu- *tit.*
gnat, quod [i] alibi Pontifex tum demum hanc falſi pœnam im- *i. in c. 1. ſ. de crim.*
ponit, quando teſtis in ſua depoſitione mendacium dixit, aut *fal.*
occultauit veritatem: hinc enim conſequi videtur, ſi veritatem
elocutus ſit, huic pœnæ locum non eſſe. Itaque temperari for-
tè hæc Bartoli opinio poſſet, vt obtineat, ſi vel conſtet, teſtem
mendacium dixiſſe, vel etiam dubium ſit, verum an falſum di-
xerit: quia in dubio præſumetur adhuc falſum dixiſſe, cùm
non ſit veriſimile, eum veritatis dicendæ gratia corruptum fu-
5. iſſe. † Nec aduerſantur huic ſententiæ argumenta [k] ſuprà addu- *k. ex d. l. 1. §. 1.*
cta. Lex enim expreſsè non dicit, teſti corrupto, & tamen ve-
rum teſtificanti, falſi pœnam irrogandam eſſe, ſed tantùm ſim-
pliciter loquitur, ſi quis ob dicendum teſtimonium pecuniam
acceperit, pœna eum legis Corneliæ affici. Vnde videtur, hoc de
falſo teſtimonio exaudiendum eſſe, cùm veriſimiliter pro vero
6. non fuiſſet corruptus. † Non obſtant etiam ſecunda & tertia
rationes: quoniam ex his non ſequitur, teſtem propterea falſi
pœnam incurrere, cum illa ſolùm habeat locum, quando falſum
[l] committitur: alia tamen ipſum pœna arbitrio iudicis punien- *l. d. c. 1. de criml.*
dum eſſe, extra pugnam eſt. Non obloquitur denique vltimum *fal. & l. eum qui C.*
argumentum, quòd teſtis iurauerit, ſe non pretio teſtificatu- *eo. tit.*

rum: quia intelligitur, falsò, quod scilicet ob pretium nolit falsum dicere, quemadmodum in alio proposito [m] Imola sic loquitur. Et hæc priori casu obtinent, quando testis ob dicendum testimonium corrumpitur.

† Altera verò specie, quando testis recepit pecuniam, ne di- 7.
ceret testimonium, [n] haud dubiè pœna legis Corneliæ afficietur. Quod tamen verum esse volunt, si testimonium dixerit, & veritatem obticuerit: secus si omninò testificatus non esset: tum enim licet puniri possit, non tamen pœna falsi tenebitur, vt [o] Baldus voluit. & quamuis [p] Bartolus contrà sentiat, ab eo tamen Doctores crebrius recedunt. † Et obserua diligenter, quòd 8.
tali specie, quando quis pecuniam accepit, ne testimonium diceret, si producatur in testem, ab eo, in cuius præiudicium corruptus fuit, & testificetur, [q] eius testimonium valere: nec refert, pro quo dixerit, siue pro eo, qui ipsum produxit, siue contra ipsum, ob id certè, quia delictum commissum in fraudem testimonij ferendi, [r] effectum testificationis non tollit, etiamsi istud delictum sit culpa vel dolo [s] testis: † & natura testimonij 9.
est, vt ad vtramque partem [t] porrigatur. Huc accedit, quòd producens tale testimonium, ex toto approbasse censeatur, [u] cùm ipsum non obstante corruptione testificari voluerit. Interim memineris, vt legis Corneliæ pœna infligatur, omninò liquidis probationibus ostendendum esse iudici corruptionis crimen. † Quanquam autem suprà diximus, testes non esse in- 10.
ducendos pretio: tamen sumtus ad viam necessarios à producente accipere [x] non vetantur: imò ad eos refundendos producens tenetur. atque ità limitandus est textus noster in primo enunciato. † Sed nec precibus testes inducere prohibemur, 11.
dummodò cesset corruptio, quemadmodum Abbas hic docet: nec textus de precibus quicquam meminit. Hinc scribit [y] Baldus, quod instruere testem, qui actui interfuit, vt veritatem dicat per verba congrua, non sit peccatum. Idem, [z] testem non censeri subornatum, inquit, qui rogatus sit, vel monitus, vt per verba congrua testificetur. Et hactenus de primo huius cap. axiomate.

Secundum axioma est, † testem, qui ferendi testimonij cau- 12.
sa producitur, idoneum esse debere: id est, talem qui nulla exceptione submoueri possit. Idoneus autẽ ad dicendum testimonium quilibet præsumitur, [a] donec doceatur contrarium. † Hinc pro regula traditur, [b] omnes ad testificandum admitti 13.
in quibuscunque, siue ciuilibus, siue criminalibus causis, exceptis his, quibus nominatim testimonium interdicitur. † Vnde 14.
consequitur, edictum de testibus absolutè permissorium esse. licet etiam prohibitorium sit secundum quid, id est, [c] respectu certarum personarum. † Quæ autem considerari debeant in te- 15.
stib. vt idonei esse censeantur, gloss. [d] alibi his versibus explicat:

Conditio,

m. In l. diuus. ff. de re iudica.
n. d. l. 1. §. h.
o. in l. 1. §. bene. vers. qui in eo. C. de epi. & cler. & in c. peruenit. j. de testib. cog.
p. in d. l. 1. in prin.
q. Bald. in c. 1. si de inuest. inter do. & vas. lis ori. quem Dd. communiter sequuntur.
r. iuxta Bar. in l. 1. §. cùm quis. ff. de quæsti.
s. c. inquisitionis. ibi Abb. & alij. j. de accus.
t. glo. in c. fraternitatis. j. hoc tit.
u. Feli. & Deci. hic.
x. c. statutum. §. penul. de testib. lib. 6. & 4. quæst. 3. c. liberi testes.
y. in l. vlt. C. si ex fal. instru.
z. in c. licet causam. j. de probat.
a. c. vlt. j. de præsumtio.
b. l. 1. ff. de testib.
c. & ita glo. hic in verbo idonei. moderanda est.
d. in c. proximè seq.

Conditio, sexus, ætas, discretio, fama,
Et fortuna, fides: in testibus ista requiras.

Alij sic, & fortè elegantius hoc comprehendunt:

Conditio, fortuna, fides, discretio, sexus,
Fama, ætasq; bonis testibus esse volunt.

16. Primùm ergo † consideranda est *conditio*, an scilicet testes sint serui, [e] vel liberi. debent enim liberi esse: serui autem regulariter non admittuntur, [f] nisi in defectum aliorum. Deinde
17. *sexus*, an testis mulier sit, vel masculus. † in plerisque enim fœminæ à testificando [g] arcentur: quemadmodum aliàs etiam ab omnibus officijs ciuilibus & publicis remotæ [h] sunt, ob iudicij fragilitatem, & inconstantiam, ac sexus imbecillitatem, vnde nec [i] iudicare, nec arbitræ constitui [k] valent, multoque minus condendis legibus, [l] aut statutis interesse, aut consuetudinem
18. inducere, [m] quæ legis instar habet. † Item in testificando respicienda est *ætas*, nempè vt testis sit maior XIIII. annis, quia impuberes testimonium ferre prohibētur, tam in ciuilibus, quàm criminalibus [n] controuersijs: Idq; [o] Callistratus sentiens, *quidam*, inquit, *propter lubricum* ætatis *consilij* sui, admittendi non sunt ad testimonij fidem. Item *discretio*, [p] vt quis sit mentis compos. Item *fama*, vt non sit infamis testificari [q] volens. Item *fortuna*, vt non laboret paupertate, qua de re infrà suo loco [r] dicemus. Postremò fides, vt testis non sit infidelis, & alienus à fide Christiana, veluti pagani, hæretici, Iudæi: illis enim interdicitur testificari, [s] quoniam inter infames iure censentur.

Tertium axioma est, quòd testes ieiuni testimonium dicere debeant: hoc tamen Doctores communiter consilij esse, non
19. præcepti asserunt. † Interim tamen verum est, testimoniū ebrij non mereri [t] fidem: nam nec testimonium, nec contractus ab ébrio factus [u] vires obtinet. Huc pertinet, quod alibi scribitur [x], nescire ebrios quid loquantur, eosque ignorantes dici. Item, ebrium furioso similem [y] esse. Prędicta tamen locum tum demum habent, si quis omninò ebrius existeret, aliàs secus, quemadmodum Baldus hic sentit, dicens, ebrietatis qualitatem
20. considerandam esse à iudice vel examinatore. † Aliàs de ebrietate nimia vsitatum & notum hoc est:

Diuitias, animam, vires amittimus eheu,
Dum lasciua nimis crapula membra grauat.

e. 4. quæst. 3. c. liberi. & auth si dicatur. C. de testib.
f. l. serui. ff. de testi. Deci. in c. 2. j. eo. num. 16.
g. de quo vide glos. in c. forus. in verbo. non fœmina. j. de ver. signi.
h. l. 2. ff. de regu. iu. & ibi Dd.
i. l. cùm prætor. ff. de iudi.
k. l. pen. C. de arbit.
l. l. 1. ff. de legib.
m. l. de quibus. ff. de legib.
n. l. qui testamento. ff. de testa. §. testes enim. Instit. eo. & 4. quæst. 3. c. 1. vers. in testimonium.
o. in l. 3. §. lege Iulia. ff. de testib.
p. fac. 3. quæst. 7. §. tria.
q. d. § lege Iulia &.
j. eo. c. testimonium. vbi de hoc agemus.
r. in c. si qui testium. j. eo.
s. l. quoniam. & auth. Gazaros. C. de hæret. glo. in l. 1. C. de sum. trini. & fid. catho. excipe tamen c. contra Christianos. de hære. lib. 6. Et de his vide Specul. tit. de teste. §. iam de interrogatorijs. vers. quid si vnus.
t. Bald. hic. per l. respiciendum. §. delinquunt. ff. de pœnis.
u. Bald. hic. glo. in c. vnusquisq. 22. q. 4.
x. in c. sanè. 15. q. 1.
y. c. venter. dist. 35.

GREGORIVS IOHANNI defenſori, eunti in Hiſpaniam.

CAPVT II.

IN nomine domini: & infrà. Quòd autem dicit epiſcopus, quia ſe abſente, etiam viliſſimi ſunt teſtes exhibiti nullius momenti: lege noſcendum eſt [a] conſtitutionis nouellæ, quæ de teſtibus loquitur, in hæc verba: Ne poſtea obijciatur eis, quòd per vnam partem geſta & confecta ſunt, oportet, vt teſtimonia [b] dentur [c] illo admonito [d] à iudice aut [e] defenſore venire [g] & audire teſtes. [f] Si verò noluerit venire, & non [h] ex ineuitabili quadam neceſſitate, venire non poſſit: ſancimus, huiuſmodi teſtimonia ita valere, tanquam ſi non ex vna parte conſiſterent, ſed etiam [i] ipſo præſente facta fuiſſent. [k] Ecce admonendus eſt ſemper aduerſarius, vt ad audiendos teſtes veniat: quod quia hic omiſſum eſt, neceſſe eſt, vt quod contra legem actum eſt, non habeat [l] firmitatem.

Summæ

Summæ rerum.

1. Hoc † capitulum in effectu docet, receptionem testium absque præuia partis aduersæ citatione factam, iure non subsistere, nec mereri fidem. quod quomodò sit accipiendum, discusso prius textu, crassè ac populariter trademus.

a Constitutio. Nouel.) Quæ habetur in Nouella [a] de *a. in §. & hic verò*
2. testib. constit. X C. licet aliquantisper immutatis verbis. † Hinc *quia multoties.*
argumentum ducunt interpretes, causas etiam in foro pontificio posse secundum leges ciuiles definiri: quod tamen verum intelligunt, si Canones non repugnent, secus si contradicerent. Verum ea in re obseruanda est distinctio, quam post Accursium [b] Bartolus alibi tradidit, ad quem (cùm hæc disputatio non sit *b. in l. priuilegia. C.* huius loci) studiosum iuris remitto. *de sacrosan. eccle.*

b Dentur) scilicet à testibus, hoc est, vt recipiantur testes.

c Illo) aduersario, contra quem testes producuntur.

d A iudice) Potest ergo iudex partem aduersam per se citare ad receptionem testium: & talis citatio vim peremtorij habet, vt ex infrà dicendis patebit.

e Defensore) id est, nuntio.

3. f Audire testes) scilicet iurantes. † Debet enim is, ad- *d. l. si quando. C. hoc*
uersus quem testes producuntur, audire, quando [d] iuramen- *tit.*
tum præstant: potestq́ue interrogationes porrigere iudici [e], *e. l. si postulauerit.*
4. ad quas sigillatim examinentur. † Responsiones verò testium *§. quoniam. ff. ad leg.*
aduersarius audire non debet, sed illæ fiunt iudici soli in se- *Iul. de adult.*

creto,

creto, tam partibus quàm alijs teſtibus abſentibus. Litigatores enim tempore dicendi teſtimonij, ſiue examinationis abſentes [f] eſſe oportet.

f. glo. hic & glo. in dic. §. & hic verò quia multoties.

g Si verò nolue.) † Sufficit aduerſarium ad receptio- 5.
nem teſtium ſemel vocatum eſſe, vt eos produci, ac iurare videat: qui ſi non veniat, ſed per contumaciam abſit, nihilominus poteſt iudex ad examinationem progredi, dummodò lis conteſtata fuerit, alias ſecus: niſi in caſibus, [g] in quibus lite non conteſtata procedi poteſt. † nam præſentia, vel per contuma- 6.
ciam abſentia aduerſarij comparantur: & contumaciter abſens pro præſente habetur in ſui præiudicium, actuſque eo abſente explicatus perinde valet [h], ac ſi ipſo præſente factus fuiſſet.
† Notanter autem de contumaciter abſente mentionem feci: 7.
quoniam iuſta ex cauſa impeditus pro præſente non habetur, & legitima abſentia actus validitatem impedit, quemadmodum rectè gloſſ. [i] hic annotauit. Eo itaque caſu, quandò aduerſarius legitimum habuit impedimentum, ne ad receptionem teſtium veniret, idque docere paratus ſit, receptio vel ipſo iure nulla erit, vel ſubſiſtet quidem, ſed retractabitur. Nulla tùm erit, ſi iudex non inſcius impedimenti, examinarit teſtes: retractabitur, ſi ignorabat impedimentum, & aduerſarius retractationem poſtulet: atque ita [k] Panormi. aduerſus Ioan. And. tradit, quem & ipſe ſequor.

g. de quib. habetur in clem. diſpendioſam. de iudi. & c. quoniam frequenter. §. vt li. non contes.

h. tex. hic. & tex in c. veritatis. §. de dol. & contu. & c. 2. de arbi. lib. 6.

i. gloſ. penul. hic.

k. hic num. 11. & 12.

h Ex ineuitabili) etiamſi iuſtam abſentiæ cauſam allegaret, teſtium receptio vel nulla eſſet, vel ad eius poſtulationem retractaretur, vt iam dixi.

i Ipſo præſente) † quia abſentia per contumaciam præ- 8.
ſentiæ comparatur.

k Ecce admo.) Illatio, ſiue concluſio.

l Firmitatem) † Hinc diſcis, actum geſtum contra le- 9.
gem, eſſe iure nullum: quod axioma quia [l] alibi à Doctoribus eſt diſcuſſum, hîc velut in loco non ſuo, conſultò omitto.

l. in l. non dubium. C. de legib. c. quæ contra ius. de regu. iu. lib. 6. Alexan. latè in l. prætor. in prin. ff. de no. ope. nunciа.

Textu ſic declarato, ex eo diſcenda eſt communis illa
theſis, † ad recipiendas teſtium depoſitiones vocandam eſſe 10.
partem [m] aduerſam. Quod iuſtiſſima ratione videtur conſtitutum eſſe: quoniam aduerſarij non mediocriter intereſt, videre teſtium perſonas, quales ſint, & vtrùm iurauerint: item exhibere iudici interrogationes, [n] ſiue (vt vulgò nominant) interrogatoria, ſi voluerit, teſtibus ſigillatim prælegenda, vt ad ea pariter reſpondeant. † Et hæc regula adeò firma eſt: quod 11.
teſtimonia eorum, qui aduerſario non citato recepti ſunt, omni fide [o] careant, nihilique reputentur, adeò, vt ſecundum communem interpretum ſententiam, nec indicium faciant: vtcunque Bartolus [p] alicubi contrà ſenſerit. † Idque tam in iudice 12.
ordinario,

m. vt hic. & l. ſi quando. C. eo. tit. & in Nouel. de teſtib. §. & hic verò quia multoties. cum ſimi.

n. d. §. & hic verò. ibidemq; Dd.

o. per tex. hic. in verbo. nullius momenti. & Bart. in l. maritus. ff. de quæſtio.

p. in l. hæreditarias poſt glo. ff. de crimi. expi. hæred.

ordinario, qui suo iure vniuersaliter iurisdictionem exercere
potest, quàm delegato, cui causa committitur terminanda, &
in iurisdictione alias nihil proprium habente, obtinet, etiamsi
13. ipsi simpliciter testium examinatio [o] commissa sit. † Idem iuris
est, etsi causa sit expedienda iuris solennitate [p] omissa: aliàs e-
nim copia defensionis auferretur, quam iuris naturalis esse cō-
stat. Et si cui concedatur omissa iuris solennitate procedere, tol-
litur solùm solennitas iuris ciuilis [q]: ea verò quæ sunt iuris na-
14. turæ, vel gentium, remanent. † Sed & iudex ex officio proce-
dens non potest testes recipere, parte aduersa [r] non citata.
15. † Quemadmodum autem ad receptionem testium citandus est
aduersarius: [s] ita & ad testimoniorū publicationem vocari de-
16. bet. † Aliquoties tamen supradicta thesis non habet locum:
Primò, quando factum, ad cuius probationem producuntur te-
stes, esset notorium: tùm enim iudex potest testes ad sui instru-
ctionem suscipere, [t] parte absente non vocata. Hæc tamen li-
mitatio ex isto themate dependēre videtur, vtrùm in notorio
procedi valeat parte nō vocata: de quo per Doctores [u] alibi sa-
17. tis multa. † Secundò, quando superior reciperet testes super
examinatione personæ, an esset habilis ad dignitatem: in quo
tamen ex sententia Abbatis distinguendum est. Quia si actus ex-
pediatur in iudicio contradictorio, tùm citatio requiritur: sin
18. verò extra iudicium, citatio non est necessaria. † Ideoq; collatio-
nem beneficij alicui parte non vocata factam, iure subsistere
19. [x] Cardinalis respondit. † Tertiò, si iudex procedat per viam
[y] inquisitionis: tametsi ea specie necesse esse, vt aduersarius ci-
tetur, [z] Bartolus existimet [a] cui reliqui crebrius subscribunt.
Iura enim generaliter statuunt, ad receptionem testium partem
aduersam esse vocandam: nec inter processum inquisitionis &
alium quicquam distinguunt. Præterea si prædicta regula in ci-
uilibus causis obtinet, in quibus de tāto pręiudicio agitur: mul-
tò fortius idē obtinebit, vbi agitur de crimine, licet per viā in-
quisitionis. posset.n. pœna corporalis infligi, quæ durior quauis
20. pecuniaria [b] cēsetur. † Quartò cessat regula, quādo quis poten-
tem habet aduersariū, cui nō audeat etiā in ciuilibus facilè quę-
stionē mouere: tùm ne testes moriantur, potest petere à iudice,
vt ipsos clādestinè recipiat & examinet, ad futurā rei memoriā,
[c] aduersario ad hoc non vocato. Sustinebit autem hoc casu iu-
dex, quanta poterit diligentia, vices rei in examinatione, pręser-
uando illi exceptiones [d] tam aduersus personas, quàm dicta i-
21. psorum testium. † Quintò, quando periculum esset in mora,
vt quia debitor sit de fuga suspectus: tum ad hoc vt capi possit,
22. inducuntur aduersus ipsum testes [e], eo non vocato. † Sextò,
si casus aliquis probari debeat, qui in loco valdè remoto con-
tigerit, [f] possunt in tali loco testes produci parte non citata.
Quod tamen temperandum est, vt obtineat duobus concurren-
tibus: primum est, vt huiusmodi probationes intra annum ex-
hibeantur:

o. Ant. de Butr. in c. constitutus. ĵ. de appella. arg. l. 2. ff. de iurisd. om. iudi.
p. Bart. in l. filiusfa. ff. de donat.
q. Bart. in d. l. filiusfam.
r. Ioan. And. ad Spec. tit. de teste. §. nunc tractandum. in prin.
s. Bart. in auth. at qui semel. col. 5. vers. quid si publicati. C. de proba.
t. Ant. de Butr. hic.
u. in c. ad nostram. ĵ. de iureiu. vbi dicam.
x. consil. 132.
y. Ant. de Butr. hic per c. qualiter 24. §. debet. j. de accusa.
z. in l. vlt. in fi. ff. de quæstio.
a. Abb. hic. & Bald. in l. iubemus. C. de probatio.
b. l. in seruorum. ff. de pœnis: & de hoc vide hic latius per Abb.
c. Hosti. & Ioan. And. in c. quoniam frequenter. in prin. ŝ. vt li. non contest. & Abb. hic.
d. Dd. in d. c. quoniam frequenter.
e. Bart. in l. ait prætor. §. si debitorem. ff. quæ in frau. credi.
f. Bart. in l. 2. C. de naufrag. lib. 11.

hibeantur: alterũ, vt teſtes in eum effectum recepti ſint, ne quis indebitè, & ſine culpa damnum patiatur. Verbi gratia Mercator cum alijs ſocietatem negotiationis habens, peregrè profectus in itinere ſpoliatur à prædonibus: is poteſt petere à magiſtratu, vt teſtes ratione factæ ſpoliationis examinentur, ſuis conſocijs non vocatis, vt ſic fidem illis facere poſſit, ſe ſpoliatum fuiſſe: dummodò id in loco valdè remoto euênerit. Et ad hoc faciunt multa ſpecialia propter neceſſitatem, quæ [g] Lud.
Romanus alibi congeſſit. † Septimò non obtinet, quando lex 23.
non requirit ſolennem probationem [h], ſed argumentis, coniecturis, & præſumtionibus contenta eſt. quod poteſt verum eſſe, retenta ſingulari opinione, quòd teſtes vocata parte recepti faciant indicium: aliàs ſecus. † Octauo, ſi teſtis iteratò produ- 24.
catur ad declarandum ſuum dictum, in tali declaratione non eſt
neceſſe, aduerſam partem vocari, vt [i] Baldus cenſuit. † Nonò, 25.
quando agitur de probanda conſuetudine introducta à populo eiuſdem ciuitatis [k], teſtes ſimiliter parte non citata recipi poſ-
ſunt. † Decimò, ſi controuertentes induſiſſent iudici vel com- 26.
miſſario, examinare teſtes in ipſorum abſentia [l], tùm vlteriori citatione non eſt opus: atque ita cotidiè in praxi ſeruatur.
† Vltimò fallit ſæpedicta regula in cauſa hæreſis, propter ma- 27.
gnum periculum [m] peccati. ſed hoc limitatè conceditur, inquiſitoribus ſcilicet, quibus hoc facere licet, quando animaduertunt, teſtibus magnum imminere periculum ob aduerſarij potentiam: ergò non videtur ſpeciale in cauſa hæreſis. de quo tamen vide hic Decium vberius hoc proſequentem.

IDEM

g. in l. ſi verò. §. de viro. ff. ſolu. matri.
h. Domini. poſt Hoſti. in c. 1. §. vlt. de homici. lib. 6.
i. in auth. hodiè. C. de iure prop cal.
k. Ant. de Butr. in c. vlt. ſ. de conſue.
l. Bald. in l. ſi quando. in 3. col. C. de teſtib. allegat. l. Herennius in prin. ff. de euicti.
m. c. vlt. §. 1. de hæreti. lib. 6.

IDEM SABINO DEFENSORI SAR.

CAPVT III.

QVoniam aliqua nobis de persona Epiphanij presbyteri sunt facinora nunciata, necesse est, vt cuncta diligentius perscrutetis:& a seu mulieres cùm quibus peregisse dicitur, seu alios, quos de causa scire aliquid senseris, huc festines adducere: quatenus ecclesiastica districtione liquidè possint, quæ vera sunt aperiri.

Summæ rerum.

1. *MVlier, & quicunq; laicus aduersus clericum testificari potest.*
2. *Mulier an & quando, quibusq; in causis testimonium dicere admittatur.*
3. *Mulier in testamento non potest esse testis, & qua sit ratio: & num. 4.*
5. *Quandoq; mulier testis esse potest in testamento.*
6. *Antiquissimo iure nullius testimonij ius mulieribus fuisse.*
7. *In criminalibus mulier non potest testificari, si criminaliter agatur, secus si ciuiliter.*
8. *Testimonium masculi præfertur testimonio fœminæ.*

1. a Et seu mulieres) † Hinc annotant interpretes, quòd mulieres, & quicunque laicus testimonium dicere possit aduersus clericum, quando de crimine agitur, dummodò agatur ciuiliter, secus si criminaliter: atque ita communiter hunc textum exaudiunt. Aduerte tamen, hìc non dici, quòd tales in eum finem recipiantur in testes, vt absolutè probent delictum, sed pro instructione ad perscrutandam veritatem, secundum formam commissionis, in qua præcisè scriptum erat, omnes debere transmitti, qui aliquid scirent: quo casu verbum *(aliquid)* verificatur in minimo, secundum Bald. & hìc: vnde & illi, qui indicium tantùm facturi erant, adduci debebant. Hacq; ratione attenta, etiam socij criminis, & laici contra clericum transmitti debuissent, licet criminaliter ageretur, a quia faciunt indicium.

a. vt notatur in c. de cætero. j. eo.

L Cæterùm

† Cæterùm in eo articulo, an & quando, quibusq́, in cau- 2.
sis mulieres testificari possint, obserua post gl. & Doctores sub-
sequentes regulas. Prima: Iure ciuili mulieres nulla causarum
distinctione facta, id est, in iudicijs tam ciuilibus, quàm crimi-
nalibus, testimonium dicere possunt. Quarè [b] Paulus, *Ex eo*, in-
quit, *quod prohibet lex Iulia de adulterijs testimonium dicere condem-
natam mulierem, colligitur etiam mulieres testimonium in iudicio dicen-
di ius habere*. Atque ita communis est opinio, quæ æquitati
habere videtur, quando veritas per masculos haberi non [c] po-
test. Et quamuis in contrarium Iacobus de Arena [d] disputet: ei
tamen satis respondet [e] Decius. † Quod autẽ dictum est, mulie- 3.
rem in causis ciuilib. testificari posse, non habet locum in [f] te-
stamentis. Rationem vulgò reddunt, ob sexus imbecillitatem ac
inconstantiam. Sed hæc ratio nimis generalis est, quia prohi-
beret mulierem etiam in ciuilibus cognitionib. à testificando.
† Ego arbitror hoc inde prouenire, quòd veteres ad solennia 4.
non admittebant mulierem, sicut nec seruum, nec impuberem,
aut [h] peregrinum. Testium verò qualitatẽ ex antiquis testimo-
niorũ generibus descendisse cõstat. † Et hinc est, quod in his te- 5.
stamẽtis, quę citra solennitatẽ fiũt, mulier testis esse possit: cuius
generis sunt quatuor ferè species, militare, inter liberos, ad pi-
as causas, & pontificium vel municipale, id est, cum aliqua le-
ge iuris communis solennia abrogantur, vt est in pontificali di-
tione, & [i] quibusdam municipijs. Sed & in donatione causa
mortis, ac codicillis mulieris valere testimonium [k], communi
assensu receptum est. † Antiquissimo autem iure nullius testi- 6.
monij ius mulieribus fuisse ex A. Gellio apparet, quod in solen-
nibus testamentorum permansit. Scribit enim lib. 6. cap. 7. le-
ge Horatia Caiæ Tarratiæ virgini vestali ius dicendi testimonij
tributum, testabilisque vna omnium fœminarũ vt esset, datum.

Secunda regula: † Iure pontificio non potest mulier testi- 7.
monium dicere in criminalibus controuersijs; si criminaliter
[l] agatur: atque ita Doctores vulgò concludunt, maxime *ea ratio-
ne*, quia mulieres sint sexu fragili, & meritò suspectæ in veri-
tate criminum. Sed hanc rationem, & reliqua iuris Canonici
argumenta non valdè firma esse, satis ostendit [m] Decius, ad
quem recurrendum consulo. Neque enim dubium est, haud
æquè credi mulieri, atque viro, nisi insigni probitate matrona
sit. † Vnde si in aliqua controuersia ex vna parte duo sint ma- 8.
sculi, ex altera duæ fœminæ, præualere debet [n] testimonium
masculorum. Tertia regula: In causis verò ciuilibus, item & in
criminalibus, ciuiliter tamen motis, mulieres testificari nec ci-
uili, nec canonum iure [o] prohibentur. Et hæc doctrina non
habet controuersiam, cum hoc tamen moderamine, vt
cæteris paribus in his casibus, in quibus mulier
dicendi testimonij ius habet plus fidei vi-
ro tribuatur, atque fœminæ.

PASCHA-

b. in l. ex eo. ff. de testi.
c. Io. And. ad Spec. eo. tit. §. 1. vers. Item quod est mulier.
d. in l. qui testamento. §. mulier. ff. de testa.
e. hic.
f. d. §. mulier. & §. testes autem. insti. de testam.
g. c. forus. ff. de verb. sig.
h. d. l. qui testamento. §. seruus.
i. c. cùm esses. c. relatum est. ff. de testa. gl. in auth. quod sine. C. de testa.
k. vt not. in fi. C. de codi.
l. gl. hic & in c. forus per illum tex. de verb. sig. in c. mulierem. 33. q. 5.
m. cùm hic, tum in l. 2. nu. 34. de reg. iu.
n. Abb. in d. c. forus Bal. in l. fin. C. de fid. instru. Feli. hic ad fi.
o. c. quoniam & c. tam literis. de testi.

PASCHALIS PAP.
CAPVT IIII.

IN [a] omni negotio, principalis persona dicens veritatem de re sibi nota rectissimè, habenda est pro teste, cui adhibito vno, efficiuntur duo testes: adhibitis duobus, efficiuntur tres. Quod patenter ostendit dominus, cùm dicit: si peccauerit in te frater tuus, corripe eum inter te & ipsum solum: quòd si te non audierit, adhibe tecum vnum vel duos testes, vt in ore duorum vel trium stet omne verbum. Idem alibi affirmat, dicens: ego sum qui testimonium perhibeo de meipso, & testimonium perhibet de me pater. nam in lege vestra scriptum est, quòd duorum hominum testimonium verum est.

Summæ rerum.

1. *Restrictio gloss. ad hunc tex. reprehensa.*
2. *Duo huius cap. intellectus, & num. 4.*
3. *In grauibus non est recedendum à communi iudiciorum forma.*
5. *Quando actor & reus æqualiter præsumuntur scire veritatem, cui potius deferendum iuramentum.*

1\. a In omni) † Glossator textum hunc generaliter loquentem ad causam denũciationis restringit: quod interpretes communi assensu reprehendunt, dicentes hanc coarctationem non esse de mente literæ, nec huic conuenit posterior scripturæ au-
2\. toritas. Quare ad conciliationem contrarij ab eodem glossatore hîc adducti, videndus hîc est Panor. † ex cuius verbis in effectu habes, quòd præsens cap. duobus modis potest intelligi: Primò, vt procedat in omni negotio, in quo principalis persona non sit habitura vel commodum, damnum, laudem, aut vituperium, nec aliàs affectione vlla moueatur: tunc enim nulla videtur subesse ratio, quare non etiam principalis persona debeat in numero testium cõputari: atque hunc sensum commu-
3\. ni calculo amplectuntur Doctores, dummodò non agatur de graui alterius præiudicio. † quoniam in grauibus non est recedendum à communi iudiciorum forma, quæ præscribit [a], eun- *a. c. fcru. § omni. ff. de verbo. signi.*

dem non debere & actorem esse, & testem. Hunc intellectum latius alibi [b] Bald. & Butrius examinant, ad quos me refero. 4.
† Secundo potest textus exaudiri, vt obtineat in omni negotio, in quo causa deciditur per iuramentum, actori delatum in supplementum semiplenæ probationis, puta habenti pro se vnum testem idoneum: quia ipse iurando alterius testis vicem [c] sustinebit. Quando autem non deferatur huiusmodi iuramentum [d] suis locis traditur, & in illis casibus nõ esset locus cap. nostro. Hunc sensum Inno. Abb. & Baldus hic recipere videntur. † Ex 5.
quo conficitur quando actor & reus æqualiter præsumuntur scire veritatem eius rei qua de agitur, tunc deferendum actori iuramentum, & non reo: atque ita Felinus hic annotat.

b. in auth. ad hoc. in penul. col. C. de vsucap. & Butr. in c. dilecta. in 5. col. s. de iudi.

c. iux. c. fin. §. de iure. & l. in bonæ fidei. C. de reb. cred. & vbique Dd.

d. in locis iam citatis. & vide quæ dicam in c. fin. §. de iurein.

EVGENIVS III.

CAPVT V.

QVoties aliqui propter cognationem propinquitatis separari petuntur: duobus vel tribus testibus adhibitis, qui de eadem consanguinitate supersint, vel totidem senioribus & melioribus loci eiusdem, id debet legitimè comprobari. Probatio autem testium, debet fieri duplici iuramento: vt iurent se non priuato odio, neque amicitia, neque pro aliquo commodo quod habuerint, vel quod habent, vel habituri sint, ad hoc iurandum inductos: & sicut ipsi dicunt, rei veritatem accepisse à maioribus suis, & credere ita esse.

Summæ rerum.

1. *Summa siue epitome huius cap.*
2. *Consanguinei in probando cognationis gradu cæteris testibus præferuntur: & qua sit ratio: num. 3.*
4. *Testes ad probandam consanguinitatem producti, quid iurare debeant: & num. 8. 11. & 12.*
5. *Testes odio vel inimicitia affecti non probant, nec indicium ad torturam faciunt.*
6. *Odium priuatum, & publicum.*
7. *Testis nimia amicitia affectus fidem plenam non meretur.*

9. Qua

9. *Qua amicitia vel inimicitia repellat à testificando.*
10. *Allegans amicitiam vel inimicitiam testis, eius qualitatem adijcere debet.*
13. *In probanda cognatione testimonium de auditu, & credulitate admittitur, & num. 15.*
14. *Testi de credulitate deponenti, regulariter non creditur: & nu. 16.*
17. *Quibus casibus admittatur testimonium de credulitate, & num. 18. 19. 21. & 24.*
20. *Captiosa quorundam cautela in examinandis testib. reprobatur.*
22. *Verbum (credo) licet per se non probet, ex addita tamen ratione probat.*
23. *Testis per verbum (videtur) deponens, probat, si rationem addat congruentem per sensum corporis.*
25. *Testimonia de credulitate valent contra producentem.*

1. Tractat † hoc cap. duo: primum est, quales testes esse de-
beant: in probanda consanguinitate, siue cognatione. Alte-
rum qualiter iurare, quaque sub forma deponere debeant
2. huiusmodi testes. † Obserua ergo, cùm de cognationis gradu,
probandáue consanguinitate quæritur, fortè ob matrimonij vi-
res, tum consanguineos non tantùm suspectos non esse in testi-
monio dicendo, verumetiam testibus cæteris præferri. Nam
hic in textu nostro ad alios testes recurritur, in defectum con-
3. sanguineorum. † Quod ea ratione inductum videtur, quoniam
genealogia melius nota esse creditur consanguineis, quàm alijs
[a] quibuscunque. Sic etiam [b] alibi in pertinentib. ad sanguinem
coniunctus præsumitur scire facta coniuncti. In alijs autem re-
bus probandis consanguinei idonei testes non [c] sunt. Quod au-
tem in textu dicitur, deficientibus consanguineis ad seniores
loci eiusdem recurrendum esse: hoc ita verum est, si omninò
nullus ex consanguineis supersit. Nam si vnus adhuc superstes
est, is producendus erit cum alio seniore, vt hìc Abb. docet [d].
4. † Quod ad alterum attinet, præscribit hìc textus certam
formam iurandi testibus, ad consanguinitatem docendam pro-
ductis. Debent enim duos obseruare articulos, in sacramenti
præstatione: prior generalis est, & communiter ab omnibus a-
lijs testibus obseruandus: alter verò huc peculiariter pertinet.
Quò ad primum, iurabunt testes, se non odio dicturos testimo-
5. nium, quia ratione odij testis suspectus redditur [e]. † Et tra-
dit [f] alibi glossa, testes odio ac simultatibus affectos adeò non
admitti, vt ne quidem indicium faciant ad torturam. Loquitur
autem textus noster hìc de priuato odio, vt significaret odium
6. publicum non impedire testimonium. † Priuatum odium in-
telligit Ioan. And. familiare & carnale: publicum verò, cùm o-
dio quis habetur, ob peccata, quibus se [g] inquinat. Licitè ergo
odio habemus delinquentes, quorsum & illud Psalmistæ: *Odi-
sti omnes, qui operantur iniquitatem, perdes omnes, qui loquuntur men-
7. dacium.* † Porrò sicut odium & inimicitiæ inter aduersarium

a. c. videtur. §. qui matri. accu. poss. c. cum in tua. ʃ. de sponsſ.
b l. Octauius. ff. vnde cogna.
c. in c. super eo. & in c. in literis. ʃ. eo.
d exemplo l. Stichum qui meus erit. ff. de leg. 1.
e. vt in l. 3. & ibid. Flori. ff. hoc tit. auth. si dicatur, ibi Bal. & Sali. C. de testib.
f. §. si verò quis. in Nouel. de testi.
g. c. odio. dist. 86

 & testem

& testem faciunt, vt testimonium fide careat: ita quoque amicitiæ inter testem & producentem immoderata non sinit testimonium fide dignum censeri. Sic [h] alibi iurisconsultus ait: *vel an ei inimicus sit, aduersus quem testimonium fert, vel amicus ei sit, pro quo [i] testimonium dat.* † Itaque rectè in textu scribitur, iurare te- 8.
stes debere, se non testificaturos ob amicitiam. † Non tamen 9.
hoc est sine temperamento accipiendum, quia sicut ea tantùm amicitia repellit aliquem à testificando, quę immēsa est & vehemens, vt meritò suspicionem pariat: ita & in inimicitia distinguere oportet, grauis vel capitalis sit, an verò leuior & minus acerba [k]. Nec potest hac in re certa & fixa tradi regula, sed hæc omnia iudex, tanquā bonus vir, ex bono & æquo æstimare [l] debet. † Et hinc est, quòd allegans amicitiam vel inimicitiam ad- 10.
uersus testem, debeat adijcere qualitatem eius, & circumstantias, vt sic iudex rectè statuere possit [m], quatenus locum habere debeat exceptio. † Postremò iurare debent testes, se ob nullum 11.
commodum dicturos testimonium, iuxta ea, quæ suprà ad cap. 1. huius titu. nostri abundè diximus, quæ huc referri possunt.

† Alter articulus, quem testes ad probandam consanguini- 12.
tatem producti iurare debent, est, vt deponant se ita audiuisse, credantque ita esse, vt in fine huius capituli dicitur. † Sic ergo 13.
vides, in probanda cognatione testimonium alieni auditus, & de credulitate admitti, quod speciale est. aliàs enim impossibile fuerit, consanguinitatem docere. † Regulariter autem testi de cre- 14.
dulitate deponenti non creditur, ideò quia testes iurant se veritatem dicturos, deq; his testificaturos, quæ certò sciant ac norint, non quæ credant: credere enim opinari [o] est. † Quod au- 15.
tem in tex. dicitur, ad docendam consanguinitatem testimonium de credulitate firmum esse. hoc non simpliciter verum est, [p] sed ita demum, si testes sint omni exceptione maiores, qui dicant se audiuisse à maioribus suis, & aperta computatione distinguant gradus, viderintque ipsi personas, de quarum cognatione quæstio est, sese pro talibus mutuo gessisse.

Porrò sumpta hinc occasione tractant interpretes in vniuersum hoc loci, an & quomodo testimonium de credulitate probet? Id vt & nos paucis tradamus, primò regulam, deindè eiusdem exceptiones subnectemus. † Regula ergo est: testimo- 16.
nium de credulitate iure non valere, iuxta ea, quæ paulò antè dicta sunt, quod adeò verum est, vt etsi testis ita dicat: scio quia credo, vel ita, pro certo aut firmiter credo, eius testimonium adhuc non probet, ne præsumptiuè quidem, nisi ratio per sensum aliquem corporeum addatur [q]. Amplius scribunt Hostiensis & Butrius [r], non posse vel lege municipali, vel consuetudine introduci, quod testibus de credulitate deponentibus credatur in casibus, in quibus aliàs huiusmodi testimonium non probaret. † Aliquoties tamen hæc regula cessat. Primò, quando testes 17.
de peritia artis suæ testificarentur, vt in medicis & obstetricibus, hi

h. d. l. 3.

i. adde. §. item testium. 4. quæst. 3.

k. gl. sing. in c. insinuante. de offi. deleg. fa. l. 3. in fi. de adi. leg l. athletæ. §. dat remissionem. &. §. amplius. & l. propter litē. in prin. ff. de excus. in §. inimicitiæ. Inst. eo. tit.

l. Bart. in l. eos. & in auth. si testis. C. de testib.

m. l. 1. §. preterea. ff. de quæstionib.

n. l. non facilè. ff. de grad.

o. l. in summa. §. item labeo ff. de a. plu. ar. l. testium. C. de testi.

p. iuxta c. licet ex quadam. j. hoc tit.

q. textus. in c. tertio loco j̃. de præsump. Bald. in l. conuenticula. C. de epi. & cle. idem in l. siue possidetis. C. de proba. Ias. in rub. ff. de iureiur.

r. in c. 1. j̃. de app.

bus: hi enim ſicut credulitatis tantùm iuſiurandum præſtant ad
dicendum teſtimonium producti, ſic & de credulitate teſtificari
[f] poſſunt: quod tamen moderandum eſt ſecundũ ea, quæ ſuprà
18. [t] in tit. præcedenti diximus. † Secundò non obtinet in his, quæ
difficilioris probationis ſunt, in quibus teſtis ſecundũ credulitatem ſuam depo. ens [u] probat. Exemplum eſt hîc in textu no-
ſtro in probanda [x] conſanguinitate: item in probanda [y] filiatio-
19. ne: deniq; in docendo adulterio [z]. † Tertiò ſi teſtis per verbum
(credo) deponat id, quod prius per veritatem affirmauerat, per
hoc eius teſtimonium non euaneſcit, autore Baldo, quem hic
20. [a] Dd. communiter ſequuntur. † Et per hanc exceptionem confunditur captioſa [b] quorundam cautela, qui dum porrigunt interrogationes iudici, teſtibus ſigillatim prælegendas, & hac vti ſolent, quod quilibet teſtis poſt factam depoſitionem interrogari poſtremò debeat, an ea, quæ dixerit, vera eſſe credat, qui ſi incautius reſpondeat, ſe vera credere, tum exinde cenſent, impugnari poſſe teſtimonia, quaſi incerta ſint ex inani tantùm opinione. Nam ex præmiſſis conficitur, per talem reſponſionem generalem, non ſubuerti priora dicta teſtis: imò huiuſmodi inrogatio captioſa penitus ab officina iuſtitiæ, id eſt, à iudicio arcenda eſt, nec vllo modo à iudice, ceu bono viro & iuſtitiæ di-
21. ſtributore admittenda. † Quartò non habet locum prædicta regula, ſi teſtis de credulitate deponens legitimam cauſam ſiue rationem ſubijciat, per quam veriſimile fiat, eum certò ſcire, quod dixit: vt quia dicat, credo hoc verum eſſe, quia ipſe vidi, vel ne-
22. gotio interfui. † Verbum enim *(credo)* licet per ſe nullam probationem inducat, ex addita tamen ratione probat. Quare [c] Baldus rectè notat, rationem adiunctam facere, vt recedamus à proprio ſignificatu verborum antecedentium. Et hinc emerſit, quod hodiè litigatores ſoleant in interrogationibus ſcribere, ſi teſtis ſuper aliquo articulo dixerit, ſe illum neſcire, vel verum credere, vlterius non quæratur. ratio enim adiecta eſt, quæ vel
23. firmare vel ſubuertere poteſt teſtimonium. † Sic in ſimili, quando teſtis deponit per verbum *(videtur)* & rationem addit congruentem per ſenſum corporis, plenè probare dicitur, quia magis attenditur ratio, quàm dictum: quemadmodum alibi [d] Bar-
24. tolus voluit. † Quintò & vltimò, in omnibus caſibus, in quibus teſtimonium alieni auditus admittitur, in eiſdem firmum quoque eſt teſtimonium de credulitate [e]. Qui autem ſint illi
25. caſus, quia [f] alibi explicatum habetur, hic prætermitto. † Addas tamen velut pro colophone, licet teſtes de credulitate teſtimonium dicentes non probent in præiudicium illius, aduerſus quem producti ſunt: tamen aduerſus producentem, eorum teſtimonia valere, ob id certè, quia producens videtur dicta eorum ratificare ex ſua productione. atque ita ſingulariter Roma. [g] ex facto conſultus reſpondit.

ſ. glo. & Bart. in l. 1. ff. de ven. inſpi. Dd. hîc communiter.
t. in c. propoſuiſti. de probatio. ȝ. concluſi.
u. Bart. in l. 2. §. pen. ff. de aqua. plu. ar.
x. per d. l. non facilè. ff. de grad.
y. l. filium. de his qui ſ. ſ. vel al. ſu. & dixi in c. per tuas ſ. de probat.
z. c. literis. ſ. de præſumpt. c. in literis & c. præterea. ſ. de teſt.
a. in l. 2. §. quod obſeruari. C. de iur. propter cal. & in l. 3. C. de teſti.
b. de qua Io. And. & alij in c. inquiſitionis. §. fin. ſ. de accuſa. & Bart. Vero. cent. 106.
c. l. data opera. in 10. col. C. qui accuſ. non poſ. & in l. ſi ſeruus. §. qui quinque. de lega. 1. per illum tex.
d. in l. quid tamen. §. ſi arbiter. ff. de arbi.
e. Specul. de teſte. §. 1. verſ. itē quod deponitur de credul. Panor. per tex. noſtrum hîc.
f. gl. Bart. & Dd. in l. 2. §. pen. de aq. plu. ar. & in l. teſti. C. de teſti. Spec. in d. tit. de teſte. §. nunc tractandum. verſ. de auditu.
g. conſil. 104. incip. pater reuerende. ad finem.

IDEM PRIORI ET FRAtribus sanctæ Trinita.

CAPVT VI.

INsuper statuimus, vt [a] liceat vobis in causis ecclesiæ vestræ ferre testimonium: dummodò vnus, [b] vel duo [c] ex vobis ad agendum & respondendum instituantur, quorum testimonium in causis, in quibus actores vel responsales sunt instituti, [d] non debet admitti.

Summæ rerum.

1. *Dictum, de testibus, est permissorium.*
2. *In vna causa plures constitui procuratores posse.*
3. *Religiosi possunt constitui procuratores in causis ecclesiæ.*
4. *Diuersis & repugnantib. officÿs quis fungi non potest.*
5. *Iudici, aduocato, procuratori, &c. an finito officio liceat testificari in causis, quibus præfuerunt.*
6. *Clericus, pro ecclesia sua potest esse testis.*
7. *Capitulares an testificari poßint de his, quæ in capitulo geruntur.*
8. *An in causa vniuersitatis singuli de vniuersitate testes esse poßint.*
9. 10. *Clerici, vel illi de vniuersitate, an in causis criminalibus pro ecclesia, vel vniuersitate testificari poßint.*

a. arg. l. nullus. ff. de testi. & l. omnib. C. eo.
b. s. in c. 1. huius tit. in secundo axiomate.
c. c. si duo. de procu. lib. 6. & l. plurib. ff. de procu.
d. l. iam tamen. §. si tamen plures. ff. iud. sol. no. Bart. in l. si quis cùm procurator. §. nulla. ff. de procura.
e. concor. c. deputari. de iudi. cle religiosus. de procur.
f. sic intelligens c. 1. de syndico.

a Liceat) Rectè conceditur à Pontifice, vt liceat fratribus in causa ecclesiæ suæ dicere testimonium, quia videbantur prohibiti, tanquam in causa [a] propria: Aliàs non opus fuisset hoc illis indulgere, sed satis erat, quod non prohiberentur: † cùm edictum de testibus sit absolutè permissorium. vt suo loco [b] suprà abundè docuimus. 1.

b Vel duo) † possunt enim in eâdem causa constitui plures procuratores [c]. Quod obtinet, nisi causa iam per vnum inchoata fuisset, [d] originemque cum vno habuisset. 2.

c Ex vobis) † Hinc discis, quod etiam religiosi procuratores constitui possint in causis [e] ecclesiæ. De honestate tamen non deberent se strepitibus iudiciorum inuoluere, sed alios constituere, qui huiusmodi causas ipsorum nomine agitarent, vt hîc [f] Panor. ait. 3.

d Non

a Non debet admit.) Generaliter enim traditur, pro-
curatores, aduocatos, administratores, iudices, assessores, ar-
bitros, tutores, curatores, dum suis munerib. præsunt, arceri
4. à testificando, † propterea quòd diuersis & repugnantib. offi-
cijs fungi quis non [g] potest. Præterea quis magnum habere af-
fectum præsumitur, erga causam eius, cui præest, vt verisimile
sit, eum multa non dicturum, aut etiam secus, quam acciderit
5. dicturum, quorum vtrunque mendacium est. † Expletis verò
muneribus & officijs eorum, an liceat eis testimonium dicere in
causis, quas olim tractassent? communiter recepta est Io. An-
dreæ distinctio, quã tradidit [h] ad Durandi speculum. Si enim in
negotio controuerso sit aliquid, ꝙ prædictis personis imputari
possit, quia fortè in officio suo aliquid fecerint vel prætermi-
serint, quod faciundum aut prætermittendum non erat, tunc
tanquam suspecti non debent [i] admitti. Si verò nihil periculi
vel damni ad eos ob gestum officium pertineat, vtcunque de
causa pronunciatum fuerit per iudicem, hoc casu cessante su-
spicione non prohibentur testificari [k]. Porrò ex præsenti cap.
6. in effectu annotandum est, † licet clericus sit domesticus ratione
ecclesiæ, eum tamen admitti in testem pro ecclesia sua, dummo-
dò ipse non sit pars principalis iudicij, sed alius causam illam
exerceat nomine ecclesiæ.

Hinc sumpta occasione Doctores generaliter inuestigant,
an & quando ecclesiasticæ personæ testificari possint pro eccle-
sia? Quo in articulo distinguendi sunt duo casus, prior est in
causa ciuili: posterior in causa criminali. In priori has obser-
7. ua conclusiones. Prima: † de his, quæ in capitulo geruntur, il-
li de capitulo testimonium dicere non [l] vetantur. Hanc con-
clusionem Panor. ita coarctat, vt obtineat, nisi de singulorũ ca-
pitularium emolumento ageretur, quia tum à testificando ar-
ceri debent, propter suspicionem affectus, quæ facit, vt quo-
dammodò propria causa [m] censeatur. Hanc Doctorum restri-
ctionem ego ita temperandam esse puto, vt cesset, si controuer-
sia capituli in tali facto consistat, quod non posset aliunde do-
ceri, quàm per illos de capitulo, tum enim hi indistinctè testi-
monij dicendi ius habebunt, etiamsi inde commodum ad ipsos
redundare aliquod [n] posset, & hoc ideò, vt veritas manifeste-
tur, quia materia probationum producenda est & [o] amplian-
8. da. † Secunda conclusio: in causa vniuersitatis singuli de vni-
uersitate admittuntur ad dicendum testimonium. quod Panor.
verum putat, licet de ipsorum vtilitate particulari tractetur.
Sed ex communi sententia distinguendum videtur. Nam si con-
trouersia illa commodum singulorum de vniuersitate concer-
nat, vt est in pascuis, & nemorib. vniuersitatis, tum propter
suspicionem affectus repelluntur à testificando: Sin verò causa
vniuersitatis non respiciat singulorum vtilitatem, sed sim-
pliciter de vniuersitatis interesse agatur: putà quia de statua
vniuer-

g. l. ille à quo §. tempestiuũ. ff. ad sen. Trebel. l. si pluris. ff. de pac. l. nemo. C. de asses.

h. in tit. de teste §. 1. vers. sed nunquid ré. ctor.

i. sic intellige l. vlt. de testi.

k. l. deferre. §. item decreuerunt. ff. de iu. fisci.

l. cap. veniens. 2. §. hoc tit. l. consensu. C. de repud. c fin. §. de testi. cog c. etsi Christus. in pr. §. de iure.

m. propter regulam l. omnib C. de testib. & l. nullius. ff. eo. tit.

n. per d. c. veniens.

o. l. quoniam. C. de hæret.

vniuersitatis aliqua controuerteretur, tum cessante hac suspicione testes esse non [p] prohibentur.

In altero casu has tene conclusiones. Prima: † In crimina- 9.
libus cognitionibus clerici, & illi de vniuersitate nõ possunt testificari in fauorẽ ecclesiæ, vel [q] vniuersitatis. In criminib. enim, tanquã re multùm ardua, & in qua vt plurimùm de salute hominis agitur, re omnium maxima, non debent domestici ad probationem admitti. Quod Abbas verum intelligit, si sit parua vniuersitas, quia tunc omnes cadunt in nomen domesticorum, & per consequens à testificando [r] repelluntur. Sed si talis esset vniuersitas, quæ non induceret cohabitationẽ, vel familiaritatẽ, non prohibetur vnus testimonium pro alio ferre, ètiam in [s] criminali causa. † Secunda: si inter personas de eâdem vniuersitate existentes orta sit quæstio criminalis, possunt testimonium dicere alij, qui sunt eiusdem vniuersitatis: quia par affectio tollit [t] suspicionem. Cæterùm an huiusmodi testes de collegio vel vniuersitate absolutè admittantur, an verò solum deficientibus alijs, [u] alibi diximus, vt nihil opus sit, hoc loco idem repeteret.

p. ita Dd. in l nullus. ff. eo. l. omnib. C. eo. l. sed si hac. §. qui manumittitur. ff. de in ius vo. Bar. in l. in tantum. §. vniuersitatis. ff. de re. diui. Bal. in l. parentes. C. de testi.

q. tex. in c. super prudentia. 14 quæ 2.

r. per rationem c. repellantur. j. de accusa.

s. Panor. hic. & Io. And. in c. cùm nuncius. quem Mod. sequuntur. s. eo.

t. l. non solùm. & ibi Bart. de ritu nup. sa. tex. in d. l. sed & milites. §. 1. de excus. tut.

u. in c. tertio loco. s. de probat.

IDEM

IDEM R. HERFORDEN. episcopo & abbati Sardi.

CAPVT VII.

EX parte A. presbyteri ad nos est querela perlata, quòd cùm ecclesiam de Cluno. canonicè fuisset adeptus, & eam [a] XXX. annis & amplius pacificè possedisset: miles quidam H. nomine [b] tacito, quòd laicus esset, ad iudices literas impetrauit, [c] quòd si dictus presbyter filius esset illius, qui proximo in eadem ecclesia ministrarat, vel publicè fornicariam haberet, ipsum à prædicta ecclesia amouerent. Tandem, cùm miles prædictus per interpositam personam eum coram præfatis iudicibus traxisset in causam, quosdam [d] laicos infames & notabiles ad testimonium dicitur produxisse. Licet autem presbyter assereret, illos non esse recipiendos, pro eo quod quidam eorum latrones & raptores manifesti essent: quidam verò [e] in alia causa essent conuicti de periurio, quod se [f] diceret hoc probaturum: [g] Nihilominus iudices, testibus talibus receptis eidem absenti post appellationem præscriptam abiudicauerunt ecclesiam: Quam nunc militis dapiferi filius detinet occupatam: & infra. Mandamus quatenus [h] si vobis constiterit, quòd prædictus presbyter non fuerit legitimè per testes idoneos prædicta ecclesia spoliatus, eorundem iudicum cassata sententia: literis etiam confirmationis (si quæ sunt super eadem ecclesia impetratæ) non obstantibus, ecclesiam illam presbytero restituatis eidem, ipsumq; non permittatis exinde molestari. [i] Si verò res aliter se haberet,

haberet, causam audiatis, fine debito terminetis. Testes autem, si quos idem A. in suæ assertionis testimonium inuocauerit, monere curetis, vt coram vobis super his perhibeant testimonium veritati.

Summæ rerum.

1. *EPitome huius cap.*
2. *Ex sola canonica institutione ius acquiritur in beneficijs.*
3. *Rescriptum à laico impetratum contra clericum, vt priuetur beneficio, non est ipso iure nullum.*
4. *An laicus clericum de aliquo crimine saltem ciuiliter accusare possit ad priuationem sui beneficij: & num. 5. & 7.*
6. *Excommunicatum vitare quidem tenemur, sed eum non possumus accusare.*
8. *Exceptio (tua non interest) est dilatoria.*
9. *Rescriptum impetratum ad lites etiam surreptitiè, valet: elidi tamen per exceptionem potest.*
10.11. *Laicus an & quomodo clericum de crimine accusare possit, criminaliter, vel ciuiliter.*
12. *Clericus detinens concubinam, an priuandus sit beneficio.*
13. *Laici quando possint esse testes contra clericos.*
14. *Semel periurus, non potest amplius esse testis.*
15. *Dubitandi causa in hoc cap.*
16. *Discussa quæstio, an exceptio contra personas testium obiecta, in continenti sit admittenda, vel ea non attenta ad examinationem procedi valeat: & num. 20. & 21.*
17. *Verus intellectus ad hoc cap.*
18. *Iudex non attenta obiecta exceptione ad vlteriora procedens, censetur eam reijcere.*
19. *Exceptio in personas testium qualis.*
22. *Exceptio contra personas testium obiecta, coram iudice appellationis adhuc probanda.*
23. *Limitatio ad c. interposita. j. de appell.*
24. *Verus intellectus ad vers. si vero res aliter. in hoc cap.*

Difficile

Difficile est hoc cap. & multorum ingenia in eius vero ac germano intellectu defecerunt, vt hic Panor præfatur: sed ex interpretum intellectu crebrius recepto in hanc potest sum-
1. mariam siue epitomen contrahi: † Si legitima exceptio, quæ aduersus personas testium ante receptionem obiecta est, non admittatur, prouocationi locus est.

2. a Triginta annos) Hoc verò non iuuabat, quòd ex sola Canonica institutione, non ex præscriptione ius acquiritur in beneficijs [a]: ex hoc tamen præsumebatur pro presbytero. *a. c. 1. de reg. iur. lib. 6.*

3. b Tacito, quod laicus) Hinc discendum, quòd rescriptum siue literæ à laico impetratæ aduersus clericum, vt priuetur beneficio suo, propter defectum aliquẽ, siue commissum delictũ, non sint ipso iure nullæ, subsistatq; iudicium super illis agitatum. Nunquid autem tales literæ, in themate cap. nostri adeò valuerint, vt nec exceptione quidem ab initio elidi po-
4. tuissent, quæri solet. † Cui quæstioni æquipollet illa, an laicus clericum de crimine aliquo, saltem ciuiliter, ad priuationem beneficij accusare possit, etiamsi suam suorumúe iniuriam [b] non prosequatur? Et in hoc puncto triplicem opinionem gl. refert: Prima est, quòd literæ militis (cuius tex. meminit) fuerint surreptitiæ, id est, impetratæ tacita [c] veritate: ideoq; consideratur in textu, quòd is miles obticuerit in impetratione, se laicum esse. Ex quo consequeretur, laico non esse permissum accusare clericum de crimine, etiam ciuiliter, vt priuetur beneficio. *b. vt sic casu c. de cætero. ĵ. eo. excludamus.* *c. c. vestra. ĵ. de cohab. cle. & muli.*
5. † Alij verò fatentur, hoc regulariter obtinere: sed in præsenti specie, vbi de publica fornicatione agebatur putant laicum admittendum esse, ad accusandum, ea ratione, quoniam illi hoc casu & vitare clericum liceat. Sed hæc ratio infirma est: nec enim sequitur, talem vitare possum, ergo & eundem accusare,
6. † quod in excommunicato manifestum est, quem vitare quidem
7. obnoxij sumus, accusare tamen nõ possumus [d]. † Tertia opinio est, quòd laicus regulariter non valeat aduersus clericum ratione *criminis, seu defectus* impetrare literas, vel eum accusare, ob id certe, quoniam sua non intersit. Ab hac tamen regula excipiuntur patroni & parochiani, quia horum interest, bonum habere rectorem: itaque ponderatur hîc in textu, militem impetrantem obticuisse se esse laicum, quando sua non intererat. Quare si a principio hoc obiectũ fuisset militi, iudicium dictare clerico nequiuisset: iam vero quia acceptum erat iudiciũ, sub- *d. c. intelleximus. ŝ. de. iudi. c. à nobis. ĵ. de except.*
8. moueri amplius non poterat, † cùm exceptio illa (tua non interest) sit dilatoria, sitque mox ab exordio litis ante contestationem opponenda, quod diligenter signandum esse aiunt Abbas & [e] Felinus, quam sententiam glossa hic quoque probat. Ex hac igitur glossæ declaratione, & illud conficitur, laicum non esse prorsus incapacem accusationis clericorum. Vnde si à principio non repellatur, non poterit amplius submoueri. *e. hîc. quibus adde Imo. hic. & in c. super his. ĵ. de accus.*

M Denique

† Denique obſeruandum hinc eſt, ſi quis reſcriptum impetret 9.
ad lites, etiam ſurreptitie, reſpectu priuationis faciendæ, quod illud non ſit ipſo iute nullum, elidi tamen valeat exceptionis f ope.

† Cæterùm de hoc puncto, an laicus poſſit clericum impe- 10.
tere ſuper crimine, variantibus ſententijs differunt interpretes. Ego diſtinguendum cenſeo, num laicus aduerſus clericum criminale, vel ciuile iudicium inſtituere contendat. Priori caſu hanc ſerua regulam: Laicus non poteſt accuſare clericum de crimine criminaliter, niſi ſuam, ſuorumúe iniuriam g proſequatur: item in criminibus h exceptis. Pari modo, laicus non poteſt contra promouendum excipere, niſi vel patronus, vel parochianus i exiſtat. Altero caſu ſit concluſio: † Laicus 11.
quilibet poteſt clericum ciuiliter accuſare, de crimine dilapidationis rerum k eccleſiæ: verſatur enim in hoc ius publicum, quod in ſacris, ſacerdotibus, & magiſtratibus conſiſtit. reſpectu verò alterius criminis ſiue defectus, ſoli patroni & parochiani admittendi ſunt, quia eorum intereſt habere bonum l prælatum: ſi enim laico hoc cōceditur ſuam ſuorumúe iniuriam proſequenti, fortius hoc illi indulgendum eſt, quoniam pro ſalute animæ ſuæ inſtat, & ne eccleſia in peiorem ſtatum vergat, maximè cùm parochiani alimenta rectori ſuppeditare obnoxij ſint in defectum. Alij verò laici, quorum ſpeciatim non intereſt, repelli debent ab accuſando: tum quia regula eſt, laicos non admitti, niſi ipſorum ſpecialiter interſit: tum quia præſumuntur non bono zelo procedere, cùm laici clericis oppidò ſint m infeſti.

c Quod ſi dictus) Duæ hic recenſentur cauſæ, quarum quæuis ſufficiens eſt, vt clericus priuetur ſuo beneficio, quod alternatiua hic n oſtendit. Prima, ſi pater clerici immediatè eidem præfuerit beneficio, vtcunq; ſit legitimus: quod ideò eſt, ne videatur induci ſucceſſio in eccleſia Dei: ſecus ſi perſona aliqua fuiſſet o intermedia. † Altera eſt, cum clericus publicè 12.
detinet p concubinam. Sed quid ſi occultè detineat? & communiter ſentiunt, eum propterea non eſſe priuandum, pro ſimplici q fornicatione. Sed in contrarium pugnat Vrbani Papæ II. decretum r, ſub his verbis: *erubeſcant impij & intelligant iudicio ſpiritus ſancti, eos, qui in ſacris ordinibus, presbyteratu, diaconatu, ſubdiaconatu ſunt poſiti, ſi caſtè non vixerint, excludendos ab omni eorundem graduum dignitate.* Verùm de hac quæſtione Panor. ſ alibi pulchrè differit, ad quem ſtudioſum iuris remitto.

d Laicos infames) † qui niſi infames extitiſſent, ido- 13.
nei teſtes fuiſſent cōtra clericum, quando hic ciuiliter agebatur ſuper crimine, licet ad priuationem beneficij: quo caſu laici aduerſus clericos teſtimonij dicendi ius t habent: aliàs verò laici non poſſunt teſtificari aduerſus clericum, ſi criminalis actio u inſtituatur.

f de quo in c. ad audientiam. ſ. de reſcr.
g vt in c. de cætero. ſ. eo.
h vt in c. cùm P. de accuſ. & 2. q. 7. c. in ſumma.
i gl. in c. vt circa. in verbo aliqui. de elect. lib. 6. Iano. in c. ſuper his. ſ. de accuſ.
k iuxta no. in c. ſi quis presbyterorum. de reb. eccle. non alie.
l arg. c. audacter. & c. qual. 8. q. 1.
m c. laicos. 2. q. 7.
n c. inter cætera ſuprà. de reſcri.
o de quo in c. ex trāſmiſſa. ſ. de fil. presbi.
p fa. op. c. nullus. & c. præter. diſt. 32. & c. noſtra. ſ. de cohab. cle.
q iuxta gl. in c. Maximianus. 81. diſt.
r 32. diſt. c. erubeſcant. & c. à multis. ſ. de ætate. & qualit.
ſ in c. at ſi. clerici. de iudi. num. 35.
t fa. c. tam literis. ſ. eo.
u ut in c. de cætero. ſ. eo.

14. c In alia causa) † Conuictus enim de periurio in vna
causa, censetur peieraturus in quauis alia, nec amplius testi-
monij dicendi [x] ius habet: scribitque Lud. [y] Roma. semel per-
iurum perdere etiam beneficium probandi aliquid per iuris-
iurandi religionem. Et [z] Baldus ait, eum qui releuatus fuit à
satisdatione per iuratoriam cautionem, perdere illud priuile-
giũ, si semel iuratoriam cautionẽ præstiterit, fueritq; periurus.

x. c. paruuli. 22. q. 5. & c. testimonium. ĩ. eo.
y. in l. admonendi in pr. de iure.
z. in auth. ei qui. in pr. C. de bo. aut. iu. pos.

f Diceret) non tamen se ad hoc [a] offerret.

a. Io. And. hic.

g Nihilominus) Id est, non admissa, sed repulsa tali
exceptione. Processerunt itaque iudices, non attenta exce-
ptione in personas testium ante receptionem obiecta à presby-
tero conuento, eamque ob causam presbyter, se grauatum præ-
tendens, appellauit. Sed nónne hoc potuerunt iure facere il-
li iudices, vt suspensa neglectaque tali exceptione ad examina-
15. tionem progrederentur? † Pro regula enim traditum extat [b],
propter exceptionem, quæ in personam testis obijcitur, non
differri testimonium, sed testes nihilominus recipi posse, huiu-
smodi exceptione reseruata in tempus publicationis, & dispu-
tationis. Vnde consequitur, presbyterum illum hac ratio-
ne neutiquam grauatum fuisse, nec vllam iustam habuisse cau-
sam appellandi. Qui fit ergo, quòd pontifex in hac hypothe-
si appellationem tam friuolam admiserit? Glossa [c] ad tollen-
dum hunc obicem, grauiter se torquet, satisque inuolutè lo-
quitur, adferendo tres solutiones, quarum tamen neutram
16. subsistere † Panor. hic docet: qui porrò hoc inpunctó quin-
que diuersas interpretum opiniones recenset, nunquid exce-
ptione contra personas testium obiecta, tempore productio-
nis, excipiens admitti debeat ad eam probandam in continenti,
an verò ea non attenta procedi ad examinationem possit? O-
missis verò opinionibus & varijs interpretum ambagibus ego
in hac varietate Io. Andreæ sententiam amplecterer, in quam
& frequentius itum est, existimantis, iudicem teneri, vt exce-
ptionem legitimam in personas testium obiectam mox à princi-
pio admittat, licet eiusmodi exceptionis discussio differri pos-
sit, donec aperta sint testimonia. Ad quid enim leges [e] aliàs
requirerent eum, aduersus quem producuntur testes, tempo-
re productionis vocandum esse, & nisi id fiat, testimonia eorum
carere fide, nihilque reputari? Nisi ergo iudex exceptionem
statim reciperet, grauaret excipientem, adeò, vt meritò appel-
17. lationi locus esset. † Atque ita potest hic textus sine cauillatio-
ne accipi, videlicet, quòd iudices in nostra specie presbyterum
illum grauarint, non quia ipsi non reseruarint probationem
exceptionis, sed quia exceptionem penitus reiecerint. Et hic
intellectus videtur satis amicus literæ. ex quo enim iudices
processerunt ad vlteriora, id est, ad actum incompatibilem ex-

b. tex. in auth. si testis. & ibi Bald. C. de testib. c. præsentium. ĩ. eo. vbi de hoc.
c. in verbo infames.
d. c. præsentium. ĩ. eo.
e. c. 2. ſ. hoc tit.

ceptioni, quæ in personas testium obiecta erat, videntur vtique huiusmodi exceptionem [f] reprobasse: sentitq; alibi [g] Barto. quotiescunque iudex non cognoscendo prius super exceptione proposita, procedat ad vlteriora, quod talem exceptionem, ceu non admittendam repellere censeatur: si verò prius de exceptione cognoscat, ac deinde vltrà progrediatur, tum eam reijcere videatur, quasi non subnixam veritate: vtroque ergo casu repellit. † Nec aduersatur, quòd exceptio in personam 19. testis obiecta, dicatur esse quasi peremptoria [h]: quia quantùm ad effectum suspendendi receptionem testium, cui est præiudicialis sapit naturam exceptionis declinatoriæ. vnde non potest simul & semel in ista exceptione procedi, sicut in simpliciter peremptorijs. Et licet de iure speciali sit inductum, quòd iudex huius exceptionis probationem reseruare possit, donec attestationes publicentur: de eius tamen natura est, quòd prius discuti debeat. Quare nisi iudex eam reseruet, procedendo ad actum incompatibilem, videtur eam reijcere, ac per consequens grauamen parti infert, sicque prouocationi locus est. † Quanquam autem iudex huiusmodi exceptionem mo:e 20. admittere obnoxius est: eius tamen arbitrio relinquitur, exceptionis obiectæ probationem, vel statim admittere, vel reseruare ad tempus publicationis, exceptis quibusdam casibus alibi recensitis, & si quæ sint exceptiones eisdem casibus similes: nam & eas esse admittendas Io.And.rectè autumat. Ex quo colligit hic Panor. [k] exceptionem extendi quandoque ad similia. † Si autem non essent casus à iure expressi, nec illis similes, po- 21. terit reseruare iudex: & in dubio, vbi facti circumstantiæ iudicem non mouent, vt probationem statim concedat, dicitur ea differenda esse, vt euitetur longitudo seu tarditas litis, quia fortè ex testimonijs receptis apparebit, reseruationem non nocuisse. Ex prædictis facilè colligis, presbyterum illum meritò appellationem interposuisse, quoniam iudices suam exceptionem in personas testium obiectam, quam se etiam probaturum obtulit, non admiserant, sed eam penitus reiecerant, non reseruando illi probationem huius exceptionis ad tempus publicandi testimonia, vt suprà deductum est.

f. secundum gl. & Dd. in c. cùm super. & c. cum causa. §. de off. deleg.
g. in l. à procedente. C. de dilatio.
h. secundum gl. hic.
i. in d. auth. si testis. vbi gl. & Dd. C. de testi.
k. fa. gl. in l. ob æs. C. de præd. & al. reb. & est textus in c. cum dilecta. de confir. vti. vel inuti.

h Si vobis constiterit) nempe ex probatione reiectæ exceptionis: † Tenetur enim ille presbyter exceptionem coram prioribus iudicibus oppositam, apud iudicem appellatum docere, ad iustificandam suam appellationem. Sed videtur, cùm exceptio legitimè fuerit à presbytero obiecta, eiusque oblata probatio, quod ex sola repulsione iustificata fuerit eius appellatio, nec eum ostendere amplius oporteat veritatem [l] exceptionis. Glossa [m] hic duas solutiones adfert, quas Panor. post Io. Andreæ impugnat, recensendo plures alias Doctorum responsiones, vt apud eum cernere est. Mihi videtur Io.And.conciliationem

l. in c. interposita. §. de app.
m in verbo testes. in vers. præterea.

ciliationem recipiendam esse, putantis ea ratione presbyterum hunc oblatium fuisse, ad iustificandam suam appellationem, quoniam non ideò prouocauerat, quòd iudices probationem suæ exceptionis oblatam repulissent, (quo casu ex sola reiectione iustificata extitisset [n] prouocatio) sed ideò, quod exceptionem non admisissent: itaque oportuit ipsum iustificare interpositam appellationem, probando veritatem obiectæ exceptionis.

23. † Et hoc diligenter signandum est, quoniam multùm coarctat Gregorij IX. Decretalem [o] siue eius dispositionem, vt hic Panor. ait. Vel responderi etiam potest, quòd oblatio probationis iustificet appellationem, quo ad hoc tantùm, vt causa appellationis deuoluatur ad superiorẽ, & vt attentata reuocentur, non autem vt exceptio habeatur probata in præiudicium partis aduersæ: Isto namq; respectu præcisè requiritur, quod veritas probationis ostendatur. atque ita Butrius & Imola hic sensisse videntur.

n. locusq; esset d. c. interposita

o. in d. c. interposita.

i Si verù res aliter) Diuersis modis legitur iste vers. Gl. duos intellectus recenset: Panor. nouem alios subdit, vt apud eum cernere est.

24. † In hac varietate videtur tutior esse Io. And. expositio, vt præsens vers. non aduersetur singulis disiunctis orationis præcedentis, sed solùm respectu sententiæ, vt sit sensus: si verò res aliter se haberet, scilicet, quia presbyter ille veritatem quidem exceptionis docuit, quod priores iudices testes receperint non idoneos, sicque iustificauit interpositam appellationem, sententia tamen ab ipsis lata non fuit. Qua specie cùm iustificata sit appellatio, iudices appellationis reuocato grauamine procedent in causa principali, eamq; sine debito definient, cùm sint surrogati loco priorum [p] iudicum. Et secundum hunc intellectum, omnis antinomia cessabit: equidem satis potest dici, rem aliter se habere, si non sit per omnia, sicut narrabatur per istum appellantem.

p. c. vt debitus. ĵ. de app. & fa. in arg. l. si is qui ducenta. §. vtrum. ff. de reb dub.

IDEM EXON. ET VIGOR. episcopis.

CAPVT VIII.

SI qui testium valetudinarij sunt, & senes, vel debilitate confecti, aut paupertate depressi, ita quòd non possint ad vestram præsentiam adduci, ad ipsos recipiendos mittatis personas idoneas & discretas.

Summæ rerum.

1. *VAletudinarij, senes, vel pauperes testes, domi suæ sunt examinandi.*
2. *Valetudinarij qui dicantur.*
3. 4. *Senes qui sint: qui item pauperes.*
5. *Egregiæ personæ domi examinandæ, & quæ sint illæ: num. 7. & 9.*
6. *Mitti domum ad iusiurandum quid.*
8. *Licentiatus appellatione doctoris continetur.*
10. *Ad honestas mulieres mitti domum debet, vt examinentur.*
11. *An beneficio mittendi domum ad examinandum renunciari possit.*
12. *Priuilegium mittendi domum non esse voluntarium, sed necessarium.*
13. *Verbum (oportet) necessitatem infert.*
14. *Priuilegium hoc mittendi domum, quibus casibus cesset.*
15. *Mißio ad domum cuius expensis facienda.*

† Ex hoc capitulo discendum, valetudinarios, senes, & 1.
pauperes hoc habere priuilegij, vt si eorum testimonium in iudicio desideretur, domi suæ vel per iudicem vel per alios idoneos viros ad hoc destinatos audiri debeant & examinari. † Va- 2.
letudinarij autem hic sunt accipiendi, qui graui morbo laborant, nec possunt sine periculo domum egredi, vt eleganter Marcellus [a] diffinit: *Morbus sonticus* (inquiens) *etiam inuitis litigatoribus ac iudice diem differt.* Sonticus autem existimandus est qui cuique rei agendæ impedimento est litiganti. † Se- 3.
nes verò intelliguntur maiores natu 70. annis, sic enim leges censuerunt senium [b]. Alij tamen malunt, hoc iudicantis arbitrio

a. in l. quæsitum. ff. de iurisd.

b. l. maiores. ff. de iure immu. l. 2. de excu. tut. cum simil.

bitrio relinqui, qui perpensa testium complexione cogno-
4. scet, qui sint [c] senes. † Porrò pauperes hic accipiuntur hone- stioris familiæ, qui ob verecundiam in publicum prodire [d] non
5. possunt. † Quod autem hic de iam relatis personis dicitur, hoc & ad personas egregias producendum est, *nam & ad illas do-*
6. *mum mitti oportet ad iusiurandum*, inquit [e] alibi Paulus. † Domum autem mitti ad iusiurandum nihil aliud est, quàm destinare tabellionem siue notarium ad domum illius, qui ad iudicium vocandus est, vt ab eo solitum iuramentum testifican-
7. di autoritate iudicis recipiat, vocato ad hoc [f] aduersario. † De egregijs autem personis exempla sunt, [g] maiores magistratus, Doctores, & alij, quibus iuris autoritate dignitas inest. Quinimo [h] Iason, secutus Dominicum [i] idem respondit de eo, qui ad professionem maioris disciplinæ designatus sit, quem vul-
8. gò licentiatum dicunt. † Is enim Doctorum appellatione continetur, cùm de fauore eius agitur, licet in odiosis aliter con-
9. stituatur, exemplo electi & [k] confirmati. † Presbyteri quoque & diaconi egregijs personis adnumerantur, propter di-
10. gnitatem ecclesiastici officij, vt alibi [l] Specul. probat. † Nam & honestæ mulieres hoc ius habent, vt ad eas mitti domum debeat, non quòd egregiæ censeantur, sed quod eas, etiamsi plebeiæ sint, non deceat vagari, & cætibus virorum [m] immisceri. Quinimò eò amplius hoc beneficio gaudent mulieres, quòd etiam absente aduersario potest ad eas domū mitti ad iusiurandum, quanquam in alijs personis secus sit, vt suprà diximus, & alibi [n] Bartolus in magno Doctorum conflictu definit. Mihi videtur textus [o] de hoc apertus in Nouellis: *Si mulier sit (inquit) quæ propter honestatem vitæ extraneis se viris ostendere non consueuerit, tunc & absente aduersario missi cohortales, memorata iuramenta suscipiant, &c.*
11. † Multum porrò altercantur interpretes, num huic beneficio renunciari possit. Ego Accursij sententiam sequor [p], existimantis huic renunciari non posse. Est enim hoc beneficium ratione publicæ honestatis, & sic fauore publico introductum.
12. † Vnde consequens est, hoc priuilegium non esse arbitrarium, quasi iudicis arbitrio relinquendum sit, an velit vel nolit ad enumeratas personas domum mittere ad iusiurandum, vt Host. Imo. & plerique alij censuerunt. Iudex enim ad talem missio-
13. nem faciendam obstringitur: † id quod satis probat verbum *(oportet)* quo Paulus [q] vtitur, quod regulariter necessitatem [r] denotat. Hoc probat & verbum *(mittatis)* in textu nostro ad iudicem directum: quia pro regula traditur, quòd etiam verba de sui natura non necessitatiua, sed voluntaria, quando ad iu-
14. dicem ipsum diriguntur, importent [s] necessitatem. † Aliquoties tamen non est locus huic priuilegio. Primò, in causis criminalibus: deinde in magnis pecuniarijs litibus, quia his similes censentur.

c. dixi de hoc in c. quoniam frequenter.
d. in pr. s. vt li. non cont.
d. glo. hic.
e. in l. ad personas. ff. de iure.
f. Bar. & Mod. in d. l. ad personas per l. generaliter. § his de præsentibus. vers. sententia C. de reb. cred. & iure.
g. Bar. in l. 1. C. de adm. tut.
h. in d. l. ad personas.
i. in proœm Sexti.
k. in cle. 1. de fo. comp.
l. in tit. de teste. §. sequitur. vers. quid de presbytero.
m. l. 2. §. fin autem vel dignitas. C. de iur. propter cal. c. mulieres. de iudi. in 6. fa. l. maritus. C. de procura. l. 3. §. fœminæ quoq. C. de his qui ve. æta imp. & l. vlt. C. de recep. arbi.
n. in d. l. ad personas.
o. Nouel de litig. & spor. §. quod si vt solet.
p. in l. nec honore. C. de ep. & cle.
q. in d. l. ad personas.
r. l. 1. in pr. de iusi. & iu l. si quando C. nu. vi fa. tex. in c. quamquam 14 q. 2. & in auth. sed iudex vbi Sali. C. de ep & cle.
s. ita probat tex. in l. 1. iuncta glo. in verbo potest. ff. de iurisd. & ibi Ang. & Raph.

ſentur. In illis ergo, vt omne periculum falſitatis facilius euitetur, teſtes coram iudice ipſo comparere debent, [t] & ſic teſtimonium dicere. Hoc tamen ita moderari debet, vt obtineat, niſi aliud ſuadeat dignitas iudicantis [u], quia tum ſubſtituet alium: item niſi teſtes ſint extra locum ſui territorij, quia tum ſcribet iudici cuius iuriſdictioni ſubſunt, vt eos [x] recipiat: de cuius tamen dicti veritate alibi [y] tractabimus.

† Sed cuius expenſis talis miſſio ad domum fieri debet? 15.
Et ſi quidem ad ſuprà dictas perſonas mittatur domum ad iuſiurandum ratione dicendi teſtimonij, putarim eam faciendam eſſe expenſis partis producentis. *Sed cum neceſſarium fuerit* (inquit [z] Bonifa. VIII.) *teſtimonium mulierum, iudex (in expenſis partis producentis eoſdem) tabellionem aut aliam perſonam idoneam ad eas tranſmittat.* Sin verò miſſio fiat ad iuſiurandum litis [a] deciſiuum, eo caſu debet fieri communibus expenſis, quia iſte actus communem vtilitatem reſpicit. ſiquidem finire litem per iuriſiurandi religionem, tendit ad commodum vtriuſque, ergo impenſas conuenit eſſe communes.

t. auth apud eloquentiſſ. C. de fi. inſtr. auth. ad hæc. C. de ſtudi. l. 3. §. diuus. ff. de teſti.
u. c. 2. de iud. lib. 6.
x. Bal. & Felt. hic.
y. in c. cùm cauſam.
[?] . eo
z. in c. mulieres. ibi gl. in verb. producentis de iud. in 6.
a. quo caſu loquitur d. l. ad perſonas.
b. vid. Alexan. in d. l. ad perſonas. num. 4. de iureiura.

ALE-

ALEXANDER III. BELVA. episcopo.

CAPVT IX.

SIcut nobis est intimatum, quidam accepta pecunia [a] de parentela, inter virum & vxorem exhibent [b] iuramenta, per quę ipsos diuortij sententia promulgatur. postea verò priuatim nullam inter eos consanguinitatis lineam asserentes, se corruptos dicunt testimonium perhibuisse falsitati. Super quo. t. r. quod si vir & vxor, aut alter eorum ad secunda vota transiuit: [c] testibus de periurio & adulterio [d] vno pluribusue quibus causam dederunt, pœnitentia indicatur. Si verò ad secunda vota vir & vxor non migrauerint, [e] diligenter inquirendi sunt, coram quibus [f] corruptio intercessit. & si tales exhibeantur per quos possit prædictæ corruptionis veritas comprobari, recepto eorum testimonio, [g] est sententia reuocanda. non enim testimonium prædictorum (cùm periuri sint) est in hoc casu aliquatenus admittendum.

Summæ rerum.

1. *ARgumentum huius cap.*
2. *Appellatione parentum qui veniant: & num. 3.*
4. *Parentelam pro quauis coniunctione sumi.*
5. *Depositionem testis sub appellatione iuramenti contineri.*
6. *Si quis occidatur ad dictum falsi testis, idem testis morte plectendus.*
7. *Tot committuntur delicta, quot sunt reiterati actus.*
8. *Testi post depositionem allegants, se corruptum fuisse non creditur.*
9. *Testi, dicenti vnum in iudicio, aliud extra iudicium, an credatur.*
10. *In causa matrimoniali sententia non transit in rem iudicatam.*

11. An

11. *An sola testium corruptio operetur sententiæ reuocationem.*
12. *Panormitani intellectus ad hoc cap. reprobatur.*
13. *Communis Dd. assertio ex hoc cap.*

Variant interpretes in huius cap. intellectu: sed secundum eum, quem ego cæteris veriorem existimo, in compendio hoc complectitur: † Si testis aduersus matrimonium testimonium dixit, & iudex illud secutus sententiam tulerit, non auditur amplius testis, se corruptum fuisse asserens: sed si alij probent corruptionem, retractabitur sententia. 1.

a De Parentela) in gradu scilicet prohibito: † Parentis appellatione non tantùm patrem, sed etiam auum, & proauum, & deinceps omnes superiores contineri: sed & matrem & auiam, & proauiam [a] Caius scriptum reliquit. Parentes autem apud Romanos vsque ad tritauum proprio vocabulo nominantur, vlteriores qui non habent speciale nomen, [b] maiores dicuntur. † Quandoque tamen parentes præter consuetam acceptionem comprehendunt etiam affines & cognatos, ac inuicem quoquo modo coniunctos. Lampridius de Alex. Seuero sic scribit: *Amicos & parentes Alexander si malos reperit, aut puniuit, aut si vetus vel amicitia, vel necessitudo non sinit puniri, dimisit à se, dicens: his charior est mihi respub.* Iulius Capito de M. Antonino refert, quòd adoptatus in aulicam domum omnibus parentibus suis tantam reuerentiam, quantam priuatus, exhibuerit. † Hinc & parentela pro quauis coniunctione sumitur, quę dictio ab eodem Capitolino in Gordiano vsurpatur, cùm dicit, *causa eloquentiæ dignum parentelâ sua putauit.* 2. 3. 4.

a. in l. appellatione. ff. de verb. signi.
b. l. 4. ff. de in ius vocan. & l. vlt. ff. de gradi.

b Iuramenta) testimonia iurata: † sicque vides depositionem testis comprehendi sub appellatione iuramenti. 5.

c Testibus) Puniuntur ergo illi testes se allegantes corruptos fuisse, de vtroque & de falso, & de adulterio cui occasionem præstiterunt. † Quod Bal. in argumentum trahit, [c] vt si ad dictum falsi testis, quispiam vltimo supplicio affectus fuerit, possit idem testis puniri de homicidio. Sic etiam [d] alibi Baldus ait, falsum testem de iure communi puniri eadem pœna, quam sustineret reus de crimine [e] intentato. 6.

d Vno plur.) † Habes hic textus, quòd sæpius cum vna fornicans, toties committat adulterium vel delictum, quoties actum [f] reiterat, vt Panor. docet, volens imponendam esse pœnam pro quolibet [g] actu. De hac autem thesi, quando reiteratio actus inducat causetúe pluralitatem delictorum, alibi [h]. Bart. & Ioannes [i] And. vberrime tractant, ad quos studiosum nostris remitto. 7.

e Dilig. inquirendi) † Non enim creditur testi, qui post depositionem allegat, se corruptum fuisse: allegat enim turpitudi- 8.

c fa. l. 1. in pr. ff. ad l. Cor. de sicar.
d. in tit. de pace const. in 12. col.
e. in l. data opera. in 10. col. C. de his qui accu. non pos. & l. presbyteri. C. de epis. & cler.
f. gl. in c. imitare. 6. q. 1.
g. fac. c. ad apostolicæ. vers. deserauit sæpius. de re iud. lib. 6.
h. in l. inficiando. §. infans. ff. de fur.
i in regula delictum. de reg. iu. lib. 6.

turpitudinem suam propriam, itaque meritò illi fides non
9. [k] præstatur. † Obserua etiam, si restis dicat vnum in iudicio, &
deinde contrarium proloquitur extra iudicium, quod secunda
assertio non eneruet effectum [l] dicti: de quo tamen dogmate
[m] infrà suo loco latius dicemus.

f Corruptio) etiamsi de falsitate, id est, quod falsum te-
stimonium dixerint, nihil probetur. sola enim corruptionis
probatio satis est in nostra specie, ad retractandam priorem sen-
10. tentiam: † quia hic de causa matrimoniali agitur in qua sen-
11. tentia lata non habet virtutem rei iudicatæ. † Sed an idem in
alijs causis obtineat? Et receptius est, solam probationem cor-
ruptionis testium, si de falsitate non adpareat, regulariter non
sufficere, vt reuocationem sententiæ operetur, quemadmodum
[n] supra suo loco abundè ostendimus. Necessario enim non se-
quitur, corruptus fuit testis, ergo idem falsum testimonium
dixit.
12. † Panor. verò existimat, ea generaliter procedere in omni-
bus causis, propter generalem rationem in fine annexam, dum
dicitur primos testes nullatenus admittendos esse. Sed hoc mi-
hi aduersatur: ponitur enim in fine cap. nouum dictū a præce-
denti penitus separatum. Prius enim dixerat Pontifex: *si corru-
ptio probari posset per testes idoneos, sententiam reuocandam esse.* In fi-
ne vero disponitur, si illi testes, qui ante sententiam diuortij la-
tam testificati sunt, velint asserere se corruptos fuisse, quod non
sint audiendi, quia sunt periuri: sicque ratio illa generalis per
13. Panor. considerata ad primū dictum non refertur. † Communis
ergo sententia Doctorū est, quod sentētia in causa matrimoniali
retractari possit, si de falsitate pariter [o] doceatur. Sed si probetur
sola corruptio, tum distinguendum est, prout in textu habetur
& declarat hic Ioan. Andr. Nam si post latam sententiam, fa-
ctus sit transitus ad secunda vota, necesse est falsitatem doceri,
eaque probatâ, separabitur posterius coniugium, & integrabi-
tur [p] primum. Si verò neuter coniugum secundas contraxerit
nuptias, tum sola corruptio testium sufficiens est ad reuocatio-
nem sententiæ.

g Est sent. reuo.) si modò iudex corruptorum testium
depositionem in ferenda sententia secutus fuit, vt alibi
explicatur, vbi & nos (Deo dante)
dicemus.

IDEM.

k. vt in c. 1. ĩ. de confes. cum simil.

l. fac. c. per tuas ĩ. tit. 1. & ita per tex. ipsum notat Bart. in l. eos. ff. ad leg. Cor. de fals.

m. in c. tua. ĩ. eo. tit.

n. in c. licet causam. tit. praeced. in verb. post sententiam. in tertia conclus.

o. per iura. in gl. alleg.

p. per iura. hic in gl. pen.

IDEM.

CAPVT X.

VEniens ad nos L. presbyter sua nobis relatione monstrauit, quòd ei obiectum fuit, quòd in ecclesia Deouen. canonicum non habuisset ingressum, quia[a] promisisset vnicuique[b] parochianorum quinque barillos vini[c] remittere, qui sacerdoti ibi pro tempore seruienti consueuerant pro beneficio dari. Verùm cùm duo apparuissent, qui iurati deposuerunt, prædictum presbyterum talem fecisse promissionem, & cum altero illorum pactum illud factum fuisse, tu de presbytero prout ordo rationis exi stit[d] iudicasti. Nos tuam sententiam[e] commendamus,[f] eò quòd ille qui eodem erat infectus crimine, inde contra eum testificari non posset, nullique de se confesso, aduersus alium in eodem crimine sit credendum, nec vnius testimonium, ad condemnationem sufficiet alicuius.

Summæ rerum.

1. *SImonia dando, remittendo & promittendo committitur.*
2. *Verbum (dare) variè accipi.*
3. *Causa dubitandi huius cap.*
4. *Decidendi causa.*
5. *Socius criminis & muneris non est testis idoneus in eodem crimine.*
6. *In crimine simonia plena probatio requiritur.*
7. *In causis beneficialibus non defertur iuramentum in defectum probationis.*
8. *In criminali causa non defertur iuramentum in supplementum probandi.*
9. *Idem est in causa ciuili ardua.*
10. *Clericus non potest torqueri, etiam existentibus indicijs, nisi sit infamatus.*

a Pro-

a Promisisset) intellige priusquam præsentatus aut electus fuerat: postea enim talis promissio facta fuisset citra simoniæ crimen, licet non vltrà valeret, quàm ad vitam [a] remittentis.

a. c. 2. ĩ. de dona. c. de cætero j. de transacti.

b Parochianorum) Ad quos fortè spectabat præsentatio: iuxta Ioan. And. hìc.

1. c Remittere) † Hinc discis, [b] simoniam committi non solùm dando, verùm etiam remittendo: imò & sola promissio simoniam inducit. Ex quo conficitur, illationem Abbatis hic, quòd remittere sit dare, necessariò non concludere. hæc enim ita demum locum habent, si iura duntaxat dando simoniam committi astruerent. † Interim tamen verum est, quòd tamet-
2. si verbum (*dare*) propriè de eo intelligatur, qui per traditionem dominium transfert: tamen interpretatione legis etiam qui permutat vel compensat, dare [c] dicitur. Sic & qui remittit, seu accepto fert, dare [d] dicitur: æquiparántque iurisconsulti, dantem accepto ferenti. Quod procedit etiam in conditionibus, quæ ad amussim [e] implendæ sunt. Et quamuis ex vi sermonis, qui remittit, non det: cum tamen verba omninò non repugnent, propter effectum lex dedisse interpretatur [f]. Qua ratione remissio, quæ vltra 500. aureos transfert, insinuatione indiget [g], idque communiter approbatur. Quandoque tamen non fit huiusmodi interpretatio: vt cum per remissionem nihil iuris seu commodi acquiritur, iuxta Abb. hìc, vel aliam ob causam quis remittit, quàm vt donet: vel cum debitum quod remittitur, non est liquidum. Id enim facto magis, quàm [h] dationi accedit. Atque ita glossa prima hic temperari debet.

b. c. sunt nonnulli. 1. q. 1.

c. l. si ei nupt. ff. de iur. dot.

d. l. si mulier. ff. de condi. cau.

f. l. Iulianus. ff. de cond. & demon.

g. l. creditori. C. de pac.

h. Panor. & Dec. hîc Alex. in d. l. si mulier.

d Iudicasti) Absoluendo scilicet illum presbyterum.

3. e Commendamus) † videbatur tamen in crimine simoniæ testificari posse socium, cùm simonia sit crimen exceptum & in exceptis criminibus admittantur etiam viles perso-
4. næ & participes [i] criminis: † respondet gl. quòd hoc in laicis obtineat, secus in clericis, nisi clericus pariter sit vilis, vt putà infamatus. Doctores communiter respondent, illum testem ideò non admissum fuisse, vtcunque etiam ciuiliter ageretur, quia socius erat & criminis & [k] muneris.

i. c. si quis papa. 79. dist.

k. c. 1. de testib. lib. 6. & vide ad hanc rem plura in c. per tuas. ĩ. de simo. & quæ ibi Dd. tractant.

f Eo quod ille) Duo hìc testes aduersus hunc presbyterum testimonium dixerant, & tamen eum iustè absolutum fuisse dicitur. Prior testis erat socius criminis, quia sibi pariter remissionem factam esse à presbytero asserebat, itaque eius te-
5. stimonium non sufficiebat. † Socius enim criminis & muneris, non est testis idoneus in eodem crimine: [l] infertque Baldus, quòd testis potest inde infringere se ipsum, confitendo se esse participem

l. per tex. hîc & iura in gl. penul. allegata.

participem criminis. Alter verò testis erat vnicus, sicque plenè non [m] probabat. † Hinc autem discitur, quòd in crimine si- 6. moniæ, etiamsi ciuiliter agatur, plena & ordinaria probatio sit necessaria, nec tali casu deferendum est iusiurandum, in defectum plenæ probationis: quia causa non est leuis, vt hic Abb. concludit. † Ad quod etiam facit, quod alibi Bald. [n] ait, in 7. causis beneficialibus, non deferri iuramentum in defectum probationis. Sed hic rursus obijci posse videtur, cùm hic vnicus fuerit testis contra illum presbyterum, & alter testis etiam faciat indicium aduersus eundē, sicque probatio hic plus quam semiplena fuerit, qui fiat, quod ille presbyter nihilominus absolutionem obtinuerit? Respondet [o] Panor. fortè hoc ideò esse, quoniam simoniæ crimen, graue & arduum dicitur: † & a- 8. liàs constet, iurisque sit manifesti, in criminali causa integram requiri probationem, nec in eius supplementum, delationem iurisiurandi licitam esse [p]. † Et hoc idem obtinet, vbi causa ci- 9. uilis magna & ardua est, quia ciuilis magna æquiparatur [q] criminali. Nec poterat ille presbyter propterea ad torturam poni, quoniam de hoc crimine simoniæ prius non erat infamatus. [r] Ideò torqueri non potest: † quoniam, vt singulariter Ab- 10. bas [s] docet, aduersus clericum non potest procedi ad torturam, existentibus quibuscunque indicijs, nisi sit infamatus: quod & Feli. hic [t] refert.

m. c. licet. ꝫ. hoc tit. l. iurisiurandi. C. de testi.

n. in l. in bonæ fidei. C. de iureiu.

o. Panor. hîc.

p. gl. sing. in l. 3. §. 1 de iureiu. Specu. de iura. dela. §. 1. Bal. & alij in l. in bonæ fidei. C. de iureiur.

q. vt in l. propter litem de excu. tut. gl. in l. 2. & ibi Bald. C. de proba. gl. c. cùm cōtingat. de iure. Bal. & Cy. d. l. in bonæ.

r. gl. 2. hîc.

s. in c. grauis. ꝫ. de depo.

t. hic num. 5.

IDEM ABBATI. S. L. ET priori. S. C.

CAPVT XI.

Causam quæ: & infrà. Discre. V. mandamus, quatenus susceptis attestationibus vtriusque partis, quæ ab alijs iudicibus sunt receptæ, causam ipsam fine debito [a] terminetis.

Summæ

Summæ rerum.

1. *Causa debet terminari per sententiam diffinitiuam.*
2. *Acta probatoria coram vno iudice confecta, probant etiam coram alio.*
3. *Acta vnius causæ inter easdem personas, in alia instantia plenè probant: fallit: vt nu. 5. 11. & 15.*
4. *Quæ persona dicatur eadem.*
6. *Casus recensentur, in quibus acta iudicij summarij, etiam in plenario plenè probant, & num. 7. 8. 9.*
10. *Processus contra absentem habitus, dicitur summarius.*
12. *Sententia valet etsi testimonia non fuerint publicata.*
13. *Attestationes vnius iudicij non publicatæ, an in alio iudicio probent: & num. 14.*
16. *Acta semel perempta, possunt consensu partium ad aliam instantiam prodesse.*
17. *Perempta instantia, possunt vno actu omnia acta iterari ac renouari.*
18. *Lite perempta non semper pereunt acta ordinatoria: & num. 19.*
20. *Perempta instantia non perire acta, quo ad vitium litigiosi inducendum, quomodo accipi debeat.*
21. *Vitium litigiosi non afficit rem, sed personas litigantes.*
22. *Acta vnius iudicij in alio non probant, quò ad personas extraneas: fallit vt num. 24. 25. 26. & 27.*
23. *Res inter alios acta, alijs non praiudicat.*

1. a Terminetis) † Intellige per sententiam diffinitiuam: quia si reus ab obseruatione iudicij absoluatur, non dicitur
2. causa terminari [a]. Ex textu porrò annotandum est, † acta probatoria, quæ scilicet causæ merita respiciunt, coram vno iudice confecta, fidem mereri coram alio.

Hinc sumpta occasione, Doctores in genere grauem illum articulum examinant latissimè, an & quando acta vnius iudicij in alio probent? Et quia hæc materia perampla est, nec parùm intricata, nos eam digeremus in duo puncta. Aut enim quæritur, an acta in vna causa fidem faciant in alia, inter easdem personas litigantes: an verò quò ad alios extraneos, quos prior
3. causa non attingit. † Et in priori specie pro regula traditur, quòd acta vnius causæ inter easdem personas controuersæ, in alia instantia plenè [b] probent. Quod obtinet etiam in actis coram arbitro [c] confectis, seruata tamen distinctione [d] alibi tradita. Item etsi probationes factæ sint coram iudice laico: tamen fidem faciunt coram ecclesiastico in causa matrimoniali. Denique procedit regula, etiamsi secunda causa tenderet ad diuer-
4. sum & alium [e] finem. † Eadem autem persona intelligitur etiam iuris fictione, qualis est hæres [f]. Idem in successoribus quibus-

a. vt notat Bar. in l. generali. C. de decur. lib. 10. & in l. dicere. in prin. de arbit.

b. per tex. nostrum hic & l. iubemus. C. de lib. cau.

c. secundum Bald. in in l. 3. in pe. col. C. de eden per l. rem non nouam. C. de iud.

d. in l. fin. C. de testi. & c. præsentata. 3. hoc tit. vbi dicam.

e. secundum Bart. in l. 2. ff. vi. bo. rap. & Feli. hic.

f §. 1. in Nouel. de iur. à mor. præsti.

quibuſcunque etiam particularibus : g qui enim in ius alterius
ſuccedit, eodem iure vti debet. Idem in eo, qui ex confeſſione
ſua voluit perinde teneri, ac ille cum quo actum eſt, vt in fide-
iuſſore h iudicij. videtur enim in iudicio confeſſus, & contra
ſe paratam habet i executionem. Sed & is, qui citatus fuit, ſi
ſua putaret intereſſe, iudicioq́ue adfuit, pro tertio non k habe-
tur, nocentq́ue & acta & l pronunciatio.
† Reſtringitur tamen prædicta regula, vt ſequentib. caſibus 5.
non obtineat : Primò, cùm acta in iudicio ſummario confecta
ſunt: non enim integram fidẽ habebunt in m plenario. † Excipe 6.
tamen ſequentes hypotheſes, in quibus à regula ſuperiori rece-
dendũ non eſt. Primò, ſi probationes in iudicio ſummario fuiſ-
ſent plenariæ, tum ſtabitur priori regulæ, vt & in plenario fidem
præſtent. Quod Butrius n ſic demũ recipit, ſi plenariæ ſint, non
modò quod ad ſubſtantiam probationis attinet, ſed quò ad mo-
dum procedendi, id eſt, quòd receptę fuerint poſt litẽ conteſta-
tam, & ſeruato cõſueto ordine iudiciario. † Secundò, ſi in iudicio 7.
ſummario facta ſit probatio ex confeſſione aduerſarij, illa indi-
ſtinctè probabit in alia cauſa inter eoſdem o litigantes, niſi eſſet
confeſſio procuratoria vel ficta, quia tunc ſecus p eſt. † Tertiò, ſi 8.
verſemur in materia, cuius finis eſt purgare peccatũ, acta ſum-
marij iudicij probabunt in q plenario. † Quartò, ſic procedit 9.
huius prædicti caſus exceptio, quando iudicium ex ſui natura
ſummarium eſt, ſecus ſi ex culpa partis, putà quia procedatur
contra contumacem abſentem. † Omnis enim proceſſus contra 10.
abſentem factus, dicitur r ſummarius : & tamen acta facta in v-
no iudicio contra contumacem, facient fidem in alio, aduerſus
eundem ſ. † Secundus caſus principalis, in quo regula ſuprà 11.
dicta non obtinet, eſt in his, quæ ad probationem pertinent,
puta in teſtimonijs, quæ ſi publicata non fuerint etiam inter
eaſdem perſonas, in alia inſtantia non t probant : aitq́ue u Bal-
dus, iudicem alterius inſtantiæ primò poſſe publicare teſti-
monia ad huc clauſa.

De hoc tamen probabiliter diſputari poteſt, quia publi-
catio teſtium non videtur ſubſtantiam iudicij x reſpicere. † Et 12.
ideò traditum quoque eſt, valere ſententiam, tametſi in cauſa
principali non fuerint publicata teſtimonia, quia quod ad va-
liditatẽ ſententiæ attinet, non requiritur publicatio atteſtatio-
num y cùm earum fides ex autoritate iudiciali & notarij manu
oriatur, & nõ z ex publicatione. Quapropter lex ſolùm requirit
publica monumenta, id eſt, (vt Doctores interpretantur) quòd
manu publica, hoc eſt, tabellionis ſiue notarij fuerit deſcripta a.
atq; ita Panormitanus, Butrius, & Imola. hic cenſuêre. † Com- 13.
munis tamen opinio eſt, atteſtationes non publicatas, in alio
iudicio fidem non facere : idque obtinere volunt, etiamſi à iu-
dice alterius inſtantiæ poſtea publicatæ fuerint : ad huc enim
nullius fidei erunt, itaque eos iterum examinandos b tradunt.
† Excipi-

g. l. hæredes. § idem ſcribit. ff. fam. hercis.
h. l. fi. in fi. C. de vſu rei iud.
i. Bart. l. 1. 2. col. iud. Solui.
k. iuxta gl. in l. cùm miles. §. 1. ff. quib. ex cauſis maio.
l. Dd. in c. cùm ſuper. j. de re iud.
m. l. à diuo Pio § ſi. ſuper. de re iud. Bar. in l. 2. in 5. col. ff. vi bon. rapt.
n. in c. cùm dilectus. 20. col. 5. de ordi. cog. Idem in c. fraternitatis. j. h. tit. Bart. in extrauag. ad reprimẽdam. in verb. ſummariè. de pa. conſtan.
o Inno. c. 2. § . de ord. cog. Feli. hic per rationem l generaliter. C. de non nu. pe. & per c. ſuas. § . tit. 1.
p. cùm ceſſet ratio d. l. generaliter.
q. Ant. con 41. Feli. hic. nu. 10.
r. Bart. in l. 1. quor. appel. non reci.
ſ. Bart. in l. 2. ad fi. ff. iud. ſol.
t. l. geſta. & ibi Bar. C. de re iud. l. 3. ff. quæ in frau. cred.
u. in l. 2. C. de eden.
x. l. prolatam. C. de ſent. & c. quoniam contra. § . de probat.
y. in c. cùm l. & A. j. de ſenten. & re iud.
z. Abb. hic in 2. col.
a. d. l. geſta.
b. l. fi. C. de teſti.

14. † Excipiuntur tamen quatuor ſpecies, in quibus priorem ſen-
tentiam veriorem eſſe, abſque dubio eſt. Prima eſt: Si iudex
alterius inſtantiæ publicaret atteſtationes, accedente conſenſu
partis, de cuius præiudicio agitur. Secunda: Si teſtes proben-
tur [c] mortui, vel adeò in remotis partibus agant, quòd itera-
15. tò produci non poſſint. Tertia: Si teſtimonia non publicata, in
inſtantia cauſæ principalis, producerentur in ſuccedanea, putà
[d] appellationis. Quarta: Si teſtes examinarentur ad perpe-
tuam rei memoriam, quia etiam non publicati facient [e] fidem.
16. † Tertius & vltimus caſus, in quo receditur à regula ſuprà tra-
dita, eſt in actis ordinatorijs, quatenus inſtantiam cauſæ reſpi-
ciunt, vt eſt citatio, libelli oblatio, ſatiſdatio, litis conteſtatio,
iuramentum calumniæ, &c. Perempta enim lite ſeu inſtantia
& huiuſmodi [f] acta pereunt. Quod tamen ita temperandum
eſt, vt obtineat, niſi talia acta confirmata ſint beneficio princi-
pis, vel conſenſu partium [g]. Quamuis enim libelli oblatio, vel
litis conteſtatio ex iure publico, non ex conſenſu partium pen-
deat: tamen quia ſemel legitimè facta ſunt, ex conſenſu poſ-
ſunt ad aliam inſtantiam prodeſſe: quod aduerſus communem
17. ſententiam Decius [h] defendit. † Vnde generaliter ſequitur (id
quod aliâs ex Bartolo quoq; docuimus) licere partibus perem-
pta inſtantia vna approbatione omnia acta iterare [i] ac renouare.
18. † Quod autem ſuprà diximus, lite mortua perire acta ordinato-
ria: hoc ita reſtringendum eſt, vt non procedat quantùm ad ef-
fectus, qui extrinſecus veniunt, nec ad inſtantiam pertinent,
putà quo ad effectum interrumpendæ præſcriptionis ſeu quo
ad inducendum vitium [k] litigioſi. Cum enim horum reſpectu
acta à principio effectum ſortita ſint, vtcunque perempta in-
19. ſtantia, non tamen perit actus iam conſummatus. † Hæc tamen
reſtrictio aliquoties non procedit: primùm, ſi inſtantia, quò
ad perpetuandam actionem, non interijſſet tempore, ſed ex eo,
quia partes renunciaſſent in totum cauſæ per [l] tranſactionem:
deinde non procedit, vbi pronunciatum eſt, libellum eſſe ine-
ptum, reuſque abſolutus ab obſeruatione iudicij, ſicque pereat
illud iudicium. quia tunc peribunt acta ordinatoria illius iudi-
cij, quò ad effectus proximè dictos: atque ita Bald. eleganter
20. [m] alibi docet. † Et quod ſuprà diximus, lite mortua non inte-
rire acta, quo ad inducendum vitium litigioſi, hoc verum intel-
lige, quo ad ea, quæ perſonam litigantis reſpiciunt. Is enim,
aduerſus quem lis conteſtata eſt, impediretur contra litem con-
teſtantem præſcribere illam rem, minori ſpacio 40. annorum.
Secus eſt quo ad effectus rem ipſam reſpicientes, non poſſet fie-
ri alienatio perempta inſtantia, quæ ea durante fieri non [n] po-
21. terat. † Vitium litigioſi non afficit rem, ſed ſolùm perſonas
[o] litigantes. Et hæc de primo principali puncto dicta ſint.

In altero puncto, an ſcilicet acta vnius iudicij in alio pro-
bent, quò ad perſonas extraneas, quæ in priori lite non ſue-

c arg. c. præſentata. j. de teſti.

d. Bart. & alij in d. l. geſta, & in d. l. prolatam. Caſtr. & Alexan. in d l. 2. C. de eden.

e. Bart. poſt gl. in auth. ſi quis in aliquo. C. de eden.

f. l. cùm lite. & ibi Bart. ff. iudica. ſol. l. hoc accuſare. §. 1. ff. de accuſat.

g. c. præſentata. j. hoc nos. tit. vbi dicam.

h. in c. fi. j. de probat.

i. l. mutari. ibi Bart. de procurato.

k. gl. in l. properandum. §. 1. in verb. iudicij C. de iudi. & probatur in l. fi. C. de præſcr. 30. an.

l. tex. & ibi gl. & Bart. in l. cùm mota. C. de tranſact.

m. in l. 2. C. de fruct. & lit. expen.

n. l. fi C. de litig. tex. & ibi hæc probantur in l. 1. C. de præſcr. lon. temp.

o. l. 1. §. 1. vbi gl. & Bart. ff. de litig. Ang. in nouel. de litig. in pr.

rant, tene sequentem conclusionem: Acta confecta inter duos litigantes, in aliqua causa, quantùm ad alias personas, quæ in priori iudicio non litigârunt, fidem non faciunt. † Vetustissima 22.
enim iuris [p] regula est, Res inter alios actas alijs non obesse.
† Sed qua ratione id? an quia facto alterius quisquam prægra- 23.
uari non [q] debet? an quia acta vt valeant, partis citatio necesse est? at hic respectu tertij nulla adfuit citatio: an verò (quod verius videtur) quia acta ex instantia iudicij vim omnem accipiunt, cui instantiæ tertius ille non [r] subijcitur? † Cessat ta- 24.
men plerisque casibus hæc conclusio: primò, quoties non de effectu actorum, sed de ipso facto, [s] id est, an acta sint confecta, dubitatur: quò ad hoc enim fidem habebunt in alio [t] iudicio. Sic sententiam latam super excussione facta, contra principalem debitorem & aduersus fideiussorem probare in alio iudicio Bald. [u] censuit. Sic instrumentum depositi tecum initum, respectu omnium fidem faciet, [x] me penes te deposuisse. Et instrumentum emptionis, probat emptorem habuisse titulum: id enim meri facti est, sufficitque vt Publiciana actio [y] competat. Sic etiam variatio testis in alio iudicio docet, eum falsarium esse in præiudicium cuiuscunque, quò ad pœnam ipsi testi infligendam, & ipsius fidem diminuendam, quia de solo facto [z] agi-
tur. † Secundò, non habet locum regula respectu qualis qua- 25.
lis probationis: prima enim fronte credibile est iustè atque ex veritate ea acta [a] confecta fuisse. Quanta autem sit illa qualis
qualis probatio, cuiusque effectus, tractatur [b] alibi. † Tertiò 26.
cessat regula generaliter in omnibus casibus, in quibus sententia inter controuertentes lata præiudicat tertio. Quæ autem sint illi casus, Doctores suis locis examinant. Et quod de actis dicitur, idem & in testimonijs obtinet. quibuscunque enim sententia præiudicat, eis etiam probationes præiudicant, nedum [d] acta. † Postremò censet Bartol. & tum non esse locum regu- 27.
læ, quando testes essent mortui, tum enim eorum dicta recepta inter aliquos semiplenè probabunt [e] quo ad tertium: quod & [f] Innocentius alibi voluit: ad quos sit remissio.

p. in rub C. res inter alios. & l. sæpè. ff. de re iud. c. inter dilectos. ꝫ. de fi. inst. vbi amplius de hoc dicemus.

q. l. non debet. ff. de reg. iur.

r. l. si quando. in fi. C. de testi.

s. l. 2. & ibi Bald. C. de fi. instr.

t. Dd. communiter in l. 2. C. de eden. Bart. in l. 2. ff. iud. sol.

u. in d. l. 2.

x. l. desiderium. C. depos.

y. gl. in l. sed etsi possessori. §. fin. ff. de iure. Bald. d. l. 2.

z. l. eos. vbi Bart. de fals. Alcia. in d. l. 2.

a. gl. in d. l. 2. & in l. si duo patr. in pr. & ibi not. Iason post alios. ff. de iure.

b. Butrius in c. quamuis. ꝫ. de re iud. Bart. in l. admonendi. 14. col. ver. quæro quid si dicta testium. ff. de iure.

c. in l. sæpè. ff. de re iud. c. pen ꝫ. eo. Feli. hic. num. 26.

d. d. l. sed etsi possessori. §. fi. ff. de iure.

e. Bart. d. l. admonendi. col. 12. ver. quæro quid si dicta testium.

f. Inno. c. fin. ꝫ. de iureiu.

IDEM

IDEM CANTVA. ARCHI. & Vigor. epiſcopo.

CAPVT XII.

CVm nuntius: & infrà. Non lateat prudentiam veſtram, quòd clerici non ſunt à ferendo teſtimonio [a] ſuper negotio eccleſiæ ſuæ (niſi [b] alia rationabilis cauſa impediat) [c] repellendi.

Summæ rerum.

1. *CEſſante vna cauſa ex pluribus impedimentis, non ceſſat diſpoſitio.*
2. *Clerici an ad teſtificandum contra eccleſiam compelli poßint: & num. 3. & 4.*
5. *Clericus prohibetur coram laico teſtificari, ſi tamen id faciat, valet eius teſtimonium.*
6. *An idem in religioſis obtineat.*

a Super negotio) dummodò non ſint procuratores [a] in cauſa eccleſiæ.

a. c. inſuper. ſ. eo.

b Ratio. cauſa) puta quia dicantur periuri, infames, aut
[b] excommunicati, vel quid ſimile, quod eos à ferendo teſtimo-
nio arceat. Hinc argumentum plerique ſumunt, habilitatum
reſpectu vnius impedimenti, poſſe nihilominus repelli, ſi aliud
1. impedimentum ſubſit [c]. † Sicut ceſſante vna cauſa ex pluribus
impedimentis, non ceſſare diſpoſitionem [d] notum eſt. quod
tamen verum intellige, ſi quælibet harum ſufficiat: ſecus ſi o-
mnes ſimul [e] conſiderentur, vt Panor. rectè cenſuit.

b. c. teſtimonium. ſ. eo. c. ex parte. ſ. eo.
c. tex. c. ſi gratioſe. in fi. de reſcri. in 6. & c. non poteſt. de præben. in 6. l. ſi domus. ff. de ſer. vrb. præd.

c Repellendi) An & quando clerici ius dicendi teſti-
monij habeant, in cauſa eccleſiæ vel vniuerſitatis, abundè [f] ſu-
2. prà diximus, vt non ſit opus hic eadem repetere. † Porrò in-
quirit etiam gloſſa, num clerici compelli poſſint, vrgente ad-
uerſario, ad dicendum teſtimonium contra eccleſiam? & re-
ſpondet indiſtinctè eos compelli poſſe: quia cauſa eccleſiæ non
ſit propriè clericorũ, & obticere veritatem peccatum eſt. † Hoc
tamen tum demum verum eſt, ſi tria hæc concurrant: Primò,

d. §. affinitatis. inſt. de nupti. & ibi Ang.
e. Abb. hic.
f. in d. c. inſuper.

 quòd

quòd alij testes [g] deficiant: deinde, quòd non sint liberti [h] ecclesiæ, etiamsi veritas aliter sciri non possit: denique, quòd non sint procuratores in causa [i] ecclesiæ, vt suprà annotaui. † Interim non contemne, quod hic Panormitanus docet, quando inter laicos est examinandus clericus in subsidium veritatis, ad episcopū spectare [k], vt ipsum vel coram se & competentibus iudicibus examinari curet, aut aliquibus committat, qui eius testimonium excipiant, idque transmittant deinde iudici seculari. † Est enim iure pontificio prohibitum clerico testimonium coram iudice laico [l] dicere: si tamen absque licentia episcopi testificaretur, valeret eius depositiò, cùm non reperiatur expressè prohibitum, quando spontè deponit, quod Panor. hîc latius prosequitur: † hoc idem & ad religiosos producens quasi & horum attestatio valeat coram seculari iudice facta: quod tamen [m] Feli. rectè improbat, cùm religiosus per se non habeat nec velle, nec [n] nolle: itaque prælati sui licentiam requirere debet, ex quò denominationem [o] habet. Si tamen episcopus aut prælatus iuramentum deferat clerico vel religioso, vt testificetur, censetur ei potestatem testimonij dicendi [p] indulsisse. 4. 5. 6.

g c. quanquā 14. q. 2.
h. propter æquitatem c. 1. s. tit. 1. & per id quod de filio carnali in gl. dicitur.
i. d. c. insuper. s̃. tit. eod.
k. circa intellectum d. c. quanquam. & c. super prudentia. 14. q. 2.
l. c. testimonium. 11. q. 1. c. nullus. 22. q. 5.
m. hîc num. 3.
n. c. si religiosus. de elec. in 6.
o Bal. in l. quoniam liberi. in pr. de testib.
p. Feli. hîc num. 4.

IDEM CANTVA. ARCHIepiscopo.

CAPVT XIII.

SVper eo quod quæsiuisti, vtrùm testes sint reprobandi in omni causa criminali vel ciuili, quibus a baduersa parte crimina opponuntur. Respondemus, quod si etiam antè non sunt conuicti vel confessi de criminibus illis, dummodò inde conuincantur, in testimonium non debent admitti.

Summæ rerum.

1. *Criminosus quando à testificando repellatur.*
2. *Testes instrumentarij, etsi postea inhabiles fiant, tamen instrumentum non inualidant.*
3. *Sententia ad dicta testium inhabilium lata an reuocanda.*
4. *Criminosus vt à testimonio ferendo repellatur, an de crimine conuictus esse debeat.*

Huius

Huius decretalis materiam suo loco infrà [a] examinabi-
1. mus locupletius. † Interim tamen hinc discendum est, quòd
tametsi lege ciuili ita demum repellatur criminosus à testifican-
do, si de crimine etiam damnatus [b] fuerit: *Calumniator* (inquit
[c] Vlp.) *ita demum notatur, si fuerit calumniæ causa notatus, neq; enim*
sufficit [d] *calumniatum:* Iure tamen canonum satis est, quòd nunc
possit testis de crimine obiecto conuinci: vnde etsi de eo non sit
damnatus, si tamen crimen aduersus ipsum probetur, ius di-
cendi testimonij habere desinit, vt hic tex. noster expresse do-
cet. Et hoc tam in ciuili, quam criminali causa obtinere vulgò
2. traditum est. † Cessat tamen hæc constitutio in testibus instru-
mentarijs, id est, qui sunt in instrumento aliquo descripti: hi
enim, si tempore confecti instrumenti, pro idoneis habiti sunt,
etiamsi postea inhabiles fuisse ostendantur, instrumentum ta-
men propterea non corruit, non reprobatur, vt hic rectè Pa-
3. nor. [e] docet. † Pari ratione sententia ad dicta testium inhabi-
lium lata non reuocatur, etiamsi postea non idonei fuisse [f] pro-
bentur, nisi à tali sententia prouocatum fuerit: tum enim in
causa appellationis poterit [g] hoc illis obijci: vel testibus oppo-
neretur falsitas, iuxta ea, quæ suprà [h] suo loco, circa falsitatis
4. exceptionem annotauimus. † Porrò, quamuis communiter re-
ceptum sit, quòd iure ciuili oporteat testem fuisse de crimine
nedum conuictum, sed etiam condemnatum: in contrarium
tamen pleræque leges [i] pugnare videntur. Sic enim alibi [k] in-
quit iurisconsultus, *Cum ob testimonium dicendum vel non dicen-*
dum pecuniam accepisse iudicatus vel conuictus fuerit: cui & [l] aliæ le-
ges adstipulātur. Quare ex sententia Imolæ sic dicendum vide-
tur: iura ciuilia quæ videntur requirere condemnationem, non
procedunt in criminibus, quæ inducunt infamiam iuris etiam
ad sententiam, vt quia cum bestijs quis pugnasset: quia tunc à
dicendo testimonio submouetur etiam non secuta [m] sententia.
Ex quo apparet, quòd leges simpliciter non repellant testes, ra-
tione criminis, sed ratione infamię iuris: secus secundum cano-
nes. sicq; in foro ciuili seruabuntur leges: in canonico canones,
nisi essemus in terris ecclesiæ: tum enim in vtroque foro
sequendi essent [n] canones. Reliqua ad hanc
materiam spectantia infrà [o] suo
loco expediemus.

IDEM

a. in c. testimonium. vbi communiter Dd. ĩ. hoc nostro tit.
b. gl. hîc in fi.
c. in l. athletas. §. calumniator. ff. de infam.
d. 14. q. 3. §. item le. Iul. de vi. pri.
e. per l. 1. C. de testa.
f. per c. præsentium. ĵ. eo.
g. gl. in c. 1. in verbo. per sententiam. ĵ. de excep.
h. in c. licet. de proba.
i. gl. in d. §. Item lege Iuli. in verbo, in vinculis.
k. tex. in l. 3. §. lege Iulia. de testib.
l. idem expreßè no. gl. fi. & ibi Bar. in l. qui iudicio. ff. de accu. & videatur tex. in l. quoniam liberi. C. de testi. & in l. 2. ff. de senat.
m. vt in d. §. lege Iulia, ibi conuictus.
n. iuxta gl. in reg. possessor. de reg. iu. in 6.
o. in d. c. testimonium.

IDEM SALERNITANO archiepiſcopo.

CAPVT XIIII.

De cætero laicos in accuſationem vel teſtimonium contra clericum in criminali cauſa non eſſe aliquatenus admittendos, cenſura ſacrorum canonum manifeſtius edocet: Niſi fortè ſuam vel ſuorum iniu. riam proſequantur. Nec tunc etiam ad teſtimonium, ſed ad accuſationem poſſunt admitti.

Summæ rerum.

1. *Laici prohibentur accuſare clericos.*
2. *Laici contra clericum in criminali teſtificari vetantur: fallit tam:n, vt num. 3. 5. 6. & 8.*
4. *Appellatione ſuorum qui veniant.*
5. *Probatio priuilegiata plenè probans in cauſa ciuili, facit indicium ſufficiens ad torturam in criminali.*
9. *In magna probationis inopia, teſtes etiam inhabiles recipiuntur.*
10. *An clericus contra laicum teſtis eſſe poſſit in cauſa criminali.*

Duæ ex hac decretali ſunt annotandæ regulæ. † Prima eſt: 1.
Quòd laici non admittuntur ad accuſationem clericorum. Verùm hæc regula huic titu. propriè non [a] conuenit, ſed ad titulum de accuſationibus pertinet. † Secunda regula: In cauſa cri- 2.
minali laicus non habet ius dicendi teſtimonij, aduerſus clericum. Quod etiam obtinere Doctores volunt in clerico, ſolùm primam tonſuram [b] habente. Aliquoties tamen prædicta regula non habet locum. † Primò: ſi clericus ſuam, ſuorumúe in- 3.
iuriam [c] proſequatur, † In hac autem materia, qua de hic tra- 4.
ctatur, ſui dicuntur parentes, patroni, patronæ, & eorum liberi, frater, ſoror, ſocer, vxor, ſocrus, gener, nurus, vitricus, nouerca, & priuignus. Sed & amicus intimus venit appellatione [d] ſuorum. Atque alibi Baldus [e], quotieſcunq; fit mentio de ſuis, intelligendum eſſe de ſuis coniunctis ad quartum vſque gradum. In alia autem materia, qui dicantur ſui, puta ſucceſſionis, vel tranſmiſſionis hæreditatis, quia alibi [f] ſatis tractatum exiſtit, hîc conſultò omittimus. † Deinde non procedit 5.
regula, ſi accuſatio vel teſtimonium eſſet ſuper criminibus exceptis [g], puta leſæ maieſtatis, hæreſis, ſimoniæ. Tertiò: ſi delictum

a. vide de hac regula in c. cùm P. j. de accuſ.
b. vide Dd. in c. ſicut ſacerdotes. 2. q. 7. & probatur hîc in verbo. clericum. iuncto. c. clericos. & ibi gl. in verbo. pſalmiſta. 21. diſt.
c. per tex hîc.
d. Bald. in l. 1. 22. col. C. qui accuſ. non poſ. de quo vide per Alex. in l. 1. in fi. ff. de pub. iud. & l. 2. de accuſ.
e. in l. neganda. in fi. C. qui accu. non poſ.
f. vide Bald. & Sal. in l. fœmina. ff. ad S. C. Turpil. Bal. l. neganda. in fi. C. qui accuſa. non poſ. Bar. in l. 1. C. eo. tit.
g. d. c. cùm P. c. per tuas. 1. j. de ſimo.

lictum clerici diceretur notorium [h], quia in notorio non desi-
6. deratur ordo [i] iuris. † Quartò: tametsi in criminalibus laici
aduersus clericum plenè non probent, indiciũ tamen faciunt ad
7. torturam [k], vt clericus torturæ subijci valeat. Nam quotiescun-
que priuilegiata probatio plenè probat in ciuilib. in criminalib.
facit indicium sufficiens ad [l] torturam. Sed clarum est, quòd in
ciuilibus testimonium laici contra clericum integram fidem fa-
8. ceret, ergo, &c. † Quintò: si crimen intenderetur non crimi-
naliter, sed [m] ciuiliter, etiamsi ad priuationem beneficij agere-
tur, vel per viam inquisitionis aut [n] denunciationis. Sextò: si
crimen non possit aliter, quàm per laicos doceri, puta quia in
loco commissi delicti non sit alius clericus, quam is qui deli-
9. querit. † Nam & aliàs in magna probationis angustia, quando
veritas aliter sciri non potest, testes minus idonei, atque adeò
infames [o] admittuntur. Exemplum ponit Sali. [p] quando quis
ludebat in prostibulo, & fuit deceptus ob taxillos falsos: hoc e-
nim probare poterit per lenones. Hanc tamen exceptionem
10. subuertit hic [q] Feli. † Porrò quemadmodum suprà diximus,
laicum non testificari in criminalibus cõtra clericum, ita è con-
uerso clericus non admittitur aduersus laicum [r] criminaliter,
nisi laicus accusaretur, de crimine ecclesiastico, vel in
iudicio seculari veritas aliter probari [s] ne-
quiret. Reliqua hic à Docto-
ribus require.

h. Panor. hic per tex. in c. cùm dilectus. 2. ad fi. ĩ. de purga cano. c. cùm non ab homine ĩ de iudi.

i. c. ad nostram. ĩ. de iureiu. vbi dicam.

k. Abb. hic per gl. & Bar. in l. cap. 4. §. de adul. tex. l. quaro. in fi. ff. de ædil. edict.

l. Bar. in l. fi. ff. de in lit. iur.

m. Host. & Ab. hic per c. 3. s. eo c. tam literis. ĩ. eo.

n. arg. d. c. tam literis.

o. c. veniens. in fi. ĩ. eo. tit.

p. in l. ea quidem. col. 50. ver. ad quintam quæstionẽ. C. de accu.

q. num. 5.

r. vt per gl. in c. testimonium. 11. q. 1.

s. Abb. hic per c. quanquam. 14. q. 2.

IDEM EIDEM.

CAPVT XV.

IN causis ecclesiasticis vel ciuilibus, vl-
tra tertiam productionem non debent
testes produci, nisi adhibita quadam
solennitate, quæ in legibus inuenitur
expressa. Et super dictis testium, cùm fuerint
publicata, publicè potest disputari.

Summæ

Summæ rerum.

1. *DVo axiomata huius cap.*
2. *Probatoria dilationes sunt arbitraria.*
3. *Si probandi terminus nimis constringatur, vel prolongetur, potest appellari.*
4. *Quoties testium nomina ad iudicem referri possint.*
5. *Trina testium productio quartam impedit.*
6. *Propter periculum subornationis, quarta testium productio prohibetur.*
7. *Subornationis periculum cessare ante cognita testimonia.*
8. *De solennitate legali seruanda in quarta dilatione.*
9. *Gloss. intellectus ad hoc cap. idemq́; reprobatus.*
10. *Quarta productio interdum nec cum solennitate conceditur: & num. 12. & 14.*
11. *Renunciatio ad ignorata non extenditur.*
13. *Multitudo testium refrenanda arbitrio iudicis.*
15. *Quarta productio absq; solennitate valet, si pars non contradixit.*
16. *Receptio testium facta post conclusionem valet, parte non repugnante.*
17. *Post publicationem attestationum potest de illis disputari, & quid sit disputare.*
18. *Et quis sit obseruandus ordo in disputando super attestationibus.*

Insigne est hoc cap. & duo principalia axiomata complectitur, quæ in causis forensibus sunt diligenter animaduertenda. † Primum est, quòd in quibuscunq; causis possint fieri tres 1.
productiones testium: quarta verò non conceditur, nisi obseruata solennitate à legibus præscripta. Alterum est, quòd post testimonia publicata, possit super his publicè disputari. Quod ad primum attinet, non est ignorandum, postquam in iudiciarijs controuersijs iam eò deuentum est, vt probatio sit necessaria, tunc ea pars, cui incumbit probatio, potest petere à iudice sibi dari dilationem ad producendos testes, quam ei dare iudex tenetur, [a] adhibita competenti moderatione temporis, secundum spacia, quibus distat testium habitatio à iudicis domicilio. † Nam huiusmodi probatoriæ dilationes sunt arbitrariæ, 2.
relinquuntur iudicantis arbitrio, qui pro qualitate causæ, & personarum eas vel longiores, vel breuiores indulgere potest.
† Si tamen iudex nimium constringeret huiusmodi terminum 3.
probandi, sicq́ue parti probare volenti facultatem probandi auferret, posset ab eo [b] appellari, maximè si terminus concessus fuisset peremptorius: quemadmodum & vice versa, si dilatio nimis longa indulgeretur, rursus prouocationi [c] locus est.
Donec autem durat tempus concessæ dilationis, potest produ- 4.
cens vel vna, vel bina, vel tertia vice ad iudicem nomina eorum, quos producturus est in testes, referre: quarta vice hoc ei non permittitur

a. l. 1. C. de dilat. c. induciæ. §. spatium 3. q. 3.

b. Bald. & Dd. in l. 1. C. de dila. & in c. 1. ſ. de dilat.

c. Bald. in d. l. 1. C. de dila.

permittitur, nisi obseruata solennitate à legibus præscripta. atque ita accipiendus est textus noster hic [d]: quam sententiam Bar. alibi [e] quoque tradidit, cui communiter iuris ciuilis in-
5. terpretes subscribunt. † Prima ergo productio impediet quartam sine solennitate, non attento, an in vna vel pluribus dila-
6. tionibus facta fuerit. † Ratio enim solennitatis adhibendæ, est timor subornationis, ne subornentur à producente, qui veritatem testimoniorum euertant, id est, aut addant aliquid, quod priores testes non dixerunt, aut immutent: cùm sit suspicio de scientia attestationum ex reiteratione tot productio-
7. num, vt hìc Abb. eleganter scribit. † Ex quibus conficitur, hanc solennitatem non fore necessariam, si testes pluribus vicibus producantur, nec tamen examinati sint, vel plures fuissent factæ productiones, in actu continuo [f], ita quod producens non potuerit scire dicta priorum ante productionem, quam nunc
8. facere intendit. † Sed quæ hæc est solennitas legalis, cuius hìc textus meminit? Respondeo: in concedenda quarta productione testium, sacramentum esse exigendum à volente producere, quod neque subtraxerit, neque percunctatus sit ipse testificanes, vel aliquis aduocatorum eius, vel alius pro eo agens, nec per dolum, nec per artem quartam productionem testium pe-
9. tat [g] fieri. † Glossa tamen aliter accipit textum nostrum, & exponit productionem, id est, dilationem, intelligendo de quarta dilatione, nam intra primam, secundam, & tertiam poterit toties testes producere, quoties voluerit: quartam verò non obtinebit, nisi obseruata solennitate. Et quamuis hanc expositionem Io. Andr. tenendam censeat, communiter tamen improba-
10. tur à Doctoribus. † Aliquoties tamen nec cum solennitate quarta productio conceditur. † Primò, si renunciatum sit productioni testium, nemo amplius admittitur, siue iam aliquos, siue nullos testes produxerit, cùm [h] renunciaret. Quod intellige de testibus, qui tempore renunciationis produci poterant: secus si renuncians impediebatur eos producere, non quia essent impediti, sed quod ignorabat se illos producere posse: hac enim specie etiam post factam renunciationem licita erit quar-
11. ta productio [i] cum solennitate. † Renunciatio enim ad ea non
12. extenditur, quæ quis sibi competere [k] nesciebat. † Deinde, si iudex viderit effrenatam multitudinem testium coarctandam esse, non modò quartam, sed & secundàm, & tertiam productionem denegare [l] potest. Quamuis enim olim amplissimus
13. numerus testium erat permissus: postea tamen constitutionibus principum hæc licentia ad sufficientem numerum coarctata est, scilicet, quem iudices moderentur, existimantes, quot testes in vnaquaque causa necessarios exigat rerum & personarum qualitas, vt tot, nec plures produci patiantur. *Ne effrenata potestate* (inquit Vlpia.) *ad vexandos homines superflua multitudo testium*
14. *protrahatur.* † Tertiò, si iam publicata sint testium dicta, non est

d. secundum Host. Imo. Panor. & Feli.

e. in auth. at qui semel. C. de probat.

f. ita Bart. & Castr. in d. auth. at qui semel. C. de probat. quod idem Lap. tenet alleg. 28. incip. in causa matrimoniali

g. tex. in auth. at qui semel. C. de probat. & in. § quod verò. in nouel. de testib. & c. vltra tertiam j. hoc nostro tit.

*h. c. cùm venisset. j. de testi. auth. sub*e*mus. C. de iudi & ibi Bar.*

i. secundum Bar. in d. auth. at qui semel.

k. l. mater. ff. de inoffic. testa. cum simil.

l. c. significauerunt. j. eo.

amplius locus quartæ productioni etiam solenni, super eisdem [m] capitulis. † Sed pone quartam productionem absque 15.
præscripta solennitate indulgeri, nunquid valebunt attestationes? Et communiter responsum est, eas valere, si pars non
contradixerit, nec [n] appellauerit. † Quemadmodum in simili 16.
& fortiori casu dicitur, valere [o] receptionem testium, factam post conclusionem, si non fuerit contradictum: item communi partium voluntate possunt acta incidi, & de nouo [p] produci. Si vero contradictum sit, vel prouocatum, non subsistent testimonia, quia sicut legitima causæ appellandi est, si quarta productio denegetur cum [q] solennitate: ita & fortius iusta prouocandi causa videtur, si concedatur absque solennitate, cùm ius hoc postulet. Et hæc de primo cap. nostri axiomate dicta sufficiant.

† Alterum est, quòd post publicationem testimoniorum 17.
possit de illis disputari publicè. Disputare autem in hoc proposito nihil aliud est, quàm allegare, & intentionem suam per probationes in iudicium deductas ostendere, & eam iuribus asseuerare [r] roborareque. † Debet autem in huiusmodi dispu- 18.
tationibus is ordo seruari, vt actoris aduocatus primò proponat, quæ ad sui clientuli intentionem iuuandam & fundandam viderit expedire. Et postquam fundata iam est sua intentio per probationes facti, tum ad iuris probationes & allegationes se diuertere debet, allegando, & inducendo leges, canones, statuta, consuetudines, & argumenta. Deinde rei aduocatus allegationibus respondeat per dicta testium, si poterit, destruendo allegationem actoris, vel per quæcunque alia adminicula, nihilominus adducendo etiam pro se leges, exempla, & argumenta ex rerum natura & ratione ducta, pro vt hæc omnia eleganter à Specul. in titulo de disput. & allega. docentur, ad quem studiosos iuris remitto.

IDEM

m. c. fraternitatis.

n. Inno. Abb. & reliqui hic. Bar. in d. auth. at qui semel nu. 11. in l. fin. de ser. Butr. in c. pen. vers. fallit quartò. j. hoc tit.

o. vt no. do. de re. decis. s.

p. l. acta. de re iud.

q. d. l. significauerunt.

r. 9. q. 3. c. aliorũ & 23. q. vlt. c. conueniet. §. vlt. & c. inter dilectos. j. de fi. instr. & c. abbate sanè. de re iud. lib. 6.

IDEM PRAEPOSITO ET canonicis Embruden. ecclesiæ.

CAPVT XVI.

CVm tu fili præposite, cum quibusdam canonicis tuis & arhiepiscopus vester essetis in præsentia nostra constituti: & infrà. Cùm constet testes vestros iurasse, quòd post appellationem, excommunicationis sententia tulerit, & archiepiscopi testes similiter iurasse, quòd ante appellationem: nos dicta testium benignè interpretari volentes, ne periurij reatu notentur: quia vtrunque esse potuit, & quod post primam ap. & ante secundam sententia lata fuerit, eandem sententiam decernimus non tenere.

Summæ rerum.

1. *TEstes contraria deponentes reducendi sunt ad concordiam, etiam per præsumptionem multiplicationis actus.*
2. *Quando præsumptio multiplicationis actus non habeat locum.*
3. *Taxatur limitatio quorundam in hoc cap. quasi præsumptio multiplicati actus solùm locum habeat, quando testes sunt in pari numero.*
4. *Quæstio illa examinatur, an & quando testes contraria deponentes, conciliari possint.*
5. *Si idem testis sibi ipsi contradicat.*
6. *Si vnus testis contradicat alteri.*
7. *Si plures testes contradicant pluribus.*
8. *Non esse faciendam differentiam inter testes, siue ab vna, vel vtraque parte producantur.*
9. *Quando dubium est, an testes sint contrarij, vel non, sunt reducendi sunt ad concordiam in eum finem, vt probent.*

Ex hoc cap. insignis regula colligitur, quæ prodest ad concilianda testimonia inter se pugnantia, ideoque diligenter notanda. est autem talis: † Si testes plures ab vtraque parte pro- 1.
ducti, contraria ac planè pugnantia dixerint testimonia, reducendi sunt ad concordiam, etiam per præsumptionem multiplicationis actus, vt euitent [a] periurium. † Hanc verò the- 2.
sin sic temperare oportet, vt obtineat, nisi vel ex partium confessione, vel ex testium depositione constaret de vnitate actus, quia tunc non præsumetur actuum multiplicatio, cùm in claris [b] non sit locus coniecturis. De priori exemplum extat infrà in decretali Innocentij P P. III. [c] ad Petrum ciuem Viturbiensem. Alterum probatur exemplo eorum, qui aduersus Susannam testimonium [d] dixerunt. Ex eo enim, quod de eàdem hora testificabantur, colligebatur vnitas actus: quia verò in loco commissi adulterij discrepabant (alter enim sub pruno, id est, ilice, alter sub schino, id est, lentisco arbore stupratam dicebant) orta est contra eos falsitatis suspicio [e], adeò vt præsumptioni multiplicati actus non fuerit locus. † Quod 3.
autem hanc conclusionem plerique [f] ita restringunt, quòd huiusmodi concordia per præsumptionem multiplicati actus tum demum sit incunda inter testes, quando sunt pares numero, secus si sint dispares. Hoc glossator alibi, [g] itemque Butrius, & Abbas reprehendunt, existimantes indistinctè fieri concordiam debere, per interpretationem, non abhorrentem tamen à iure & æquitate. Quod si concordia fieri non possit, tum recurrendum esse ad qualitatem personarum ac testimoniorum: quæ sententia videtur æquitatem habere, tum quia textus hic indistinctè loquitur, tum quia ratio textui inserta (*ne partes periurij reatu notentur*) semper militat, siue testes alterius partis sunt plures numero, siue aliàs digniores: Iason [h] tamen priorem sententiam leui argumento tuetur.

a. per cap. nostrum hic.

b. glo. in l. continuus. §. cùm quis. ff. de verb. oblig.

c. in c. cùm Iohannes. vers. verum respon. j de fid. instru.

d. Danie. 13. cap.

e. vide gl. de hoc in c. nihilominus. 3. q. 9

f. gl. in c. cùm contingat. de off. deleg. Bar. in l. Gallus. §. ille casus. de lib. & posth. & in l. in Insulam. sol. matrimo.

g. gl. 1. in c. in nostra. j. hoc tit.

h. in l. 2 § creditum. ff. si cer. pe.

† Porrò vt certi quid habeas, an & quando testes pugnan- 4.
tia deponentes possint conciliari, etiam in eum finem, vt probent in iudicio, distinguendi sunt tres casus: aut enim vnus testis sibi ipsi contradicit, aut vnus vni, aut plures pluribus. Primo casu: † Cùm idem testis sibi ipsi contradicit, nec 5.
ad concordiam reduci potest, tum nihil probat & periurium incurrit: si autem per interpretationem conciliari possit, valet eius testimonium, saltem quò ad euitandam pœnam periurij [i], non autem vt probet. † Secundo casu: quando v- 6.
nus alij contradicit, tunc si quidem per actus multiplicationem reducantur ad concordiam, nulli creditur, quia vterque in testimonio suo singularis est, & constat vnum testem quantumlibet honoratum integram fidem non mereri [k], propter suspectam naturæ inconstantiam. Idem iuris obtinet, si singuli testes per eiusdem actus extensionem vel impropriectatem concilientur: nam

i. ita Butr. qui ait. Butrig. ita tenuisse, in l. cùm de ætate de probat. & l. sed etsi poss. §. item si iurauero de iure. & Bar. in l. Labeo de sup. leg.

k. l. iurisiurandi. C. de testi. & c. bonæ memoriæ. de elec.

tur: nam & tum licet falsi pœnam effugiant, non tamen probantè.quia dictum eorum poterat diuersimodè intelligi,sicque
7. est dubium, & probatio dubia non [l] releuat. † Tertio casu, quando plures contradicunt pluribus, distinguendum est: quoniam si probationes sint impares, vt quia testes vnius partis sint plures, magis idonei, vel honoratiores alijs, tum eos non esse reducendos ad concordiã, Bart. & cæteri iuris ciuilis interpretes [m] censuêre. Panormitanus verò & Butrius hic in contrarium discedunt, quorum opinionem, tanquam benigniorem & ipse sequerer, vt suprà dictum est. Si autem probationes sint pares, tunc siue producti sint testes ab vna parte, siue ab ambabus, probatio redditur dubia, etiamsi ad concordiam redigantur testes, ideò non probant: quæ est communior sententia. Et quamuis Butrius interesse putet, an testes ab vna tantùm parte sint producti, quasi tum vera sit sententia, quòd interpretatio non fiat, nisi ad saluandos testes à periurio: an ab diuersis & tum secus sit. Hæc tamen Butrij distinctio ab Imola [n] confunditur, quia nihil vetat, quomodo vtroque casu du-
8. bia reddatur autoris probatio. † Et aliàs velut per manus traditur, non esse faciendam differentiam de testibus, num ab eadẽ vel diuersa parte [o] producantur, & re vera nullã video sub esse rationẽ differẽtiæ, cum testes siue ab vna parte ꝓducantur, siue ab alia, ad hoc sint inducti, vt pro vtraque parte [p] depo-
9. nant. † Hoc tamen non est omittendum, vbicunque dubitatio est, ratione contrarietatis testium, nec possit res aliter doceri, tunc reducendos esse ad cõcordiam testes, etiam in eum finem, [q] vt probent. Amplius censet Decius, testes, qui in modica aliqua re, etiam circa principale negotium secum pugnent, non ideò minus fidei facere. Vnde fortius idem censendum, si in appendicibus, seu accessorijs quibusdam aduersentur. Quâ tamen in re aduertendum videtur, an ex probabili imprudentia diffideant, [r] & vera hæc credamus, alioqui eorum fides imminuatur, vt Baldus [s] censuit: plurimumque hac in re iudicis arbitrio tribuendum est, qui & repugnantiam in rustici & idiotæ verbis facilius boni consulet, quàm in homine cauto, & negotijs exercito.

l. c. in præsentia. ∫. de proba.
m. in d. l. 2. §. creditum. ff. si cer. pe.
n. in l. inter stip. ff. §. 1. ff. de ver. obl.
o. vt no. in l. scripturæ C. de fid. instr. & c. cùm in nostra. ∫. hoc tit.
p. auth. sed iudex C. de epi. & cle. c. veniens. 2. ∫. hoc tit.
q. ita Bart. in d. l. cùm de ætate. vt eum alleg. Imo. in d. l. inter stipul. & sequitur Butr. hîc.
r. iuxta Bart. in l. eos. de fal. col. 2.
s. in rubr. de conten. inter do. & vas. de inuest. feu. in vsib. feud.
t. c. & licet. in fi. Inno. de testi. vbi Ang.

IDEM EPISCOPO PLA.

CAPVT XVII.

Fraternitatis tuæ literis nos consulere voluisti, vtrùm [a] recipiendi sunt [b] noui testes super quæstione [c] iudicata, in qua testibus [d] renunciatum [e] constet vtrinque: [f] & an testibus in prima causa receptis, [g] propter causam apel. liceat super quæstionibus iudicatis aliquid noui proponere: & infrà. Duximus tibi respondendum, quòd in appellationis causa, si noua contigerit [h] emergere capitula, super quibus [i] aliqua partium voluerit nouos testes inducere, vel per iam [k] receptos aliquid comprobare, eos credimus posse recipi, super nouis duntaxat capitulis, receptis prius [l] ab ipsis secundum formam recipiendorum testium [m] iuramentis.

Summæ rerum.

1.2. *Quæstiones in hoc cap. tractata.*
3. *Explicatio textus.*
4. *Post publicationem attestationum non admittuntur alij testes super eisdem articulis, vel directò contrarijs.*
5. *Idem est, si renunciatum sit productioni testium, vel in causa conclusum.*
6. *An idem obtineat in causa appellationis: & num. 8.*
7. *Si res iure ciuili sit dubia, & iure canonum clarè decisa, standum est iuri canonico in vtroq; foro.*
9. *Recensentur casus, in quibus testes post publicationem denuò produci possunt, & num. 12. 13. 14. 15. 16. 17. & 18.*
19. *Non debet ad probandum admitti, quod probatum non releuat.*
11. *Qualiter noui articuli ex veterib. pendere debeant, vt post publicationem amplius testes admitti possint ad eos probandos.*
20. *Testes ante examen iurare tenentur, se dicturos veritatem.*
21. *Mos præstandi iuramenta in Germania.*
22. *Testibus potest remitti iuramentum consensu partium.*

Duæ in hoc cap. quæstiones proponuntur: prima est, an 1.
testes noui, qui aliàs non producti fuerunt in causa, possint produci in

duci in

duci in causa appellationis? Nec distinguebat quærens, an capitula essent noua vel antiqua: videbatur enim, quòd cùm instantia appellationis esset alia, & diuersa ab instantia iudicij,
2. quod indifferenter noui testes produci possent. † Secunda quęstio est super testibus iam productis, in priori instantia, nunquid possint reproduci, in causa appellationis, vt aliquid noui addant? Quod videbatur, quia in causa appellationis habet locum illud vulgatum [a]: Non probatum probabo, non deducta deducam: nec distinguitur inter nouos testes, & veteres. Quia autem vtraque quæstio vna solutione diffiniri poterat, ideò papa non disiunctim respondit, sed vnicam regulã posuit, ex qua vtraque quæstio dissolueretur, videlicet, quòd si in causa appellationis aliqua capitula fiant de nouo, dependentia tamen ab antiquis, possint produci super èis duntaxat testes tam noui, quàm antiqui. Et per illam restrictiuam dictionem (*duntaxat*) innuit, quòd super antiquis non possint produci nec antiqui, nec noui. *a. iurib. vulg.*
3. nec noui. † Explicemus textum crassè.

a Recipiendi) scilicet, in causa appellationis.

b Noui testes) nouiter producti.

c Iudicata) decisa per sententiam diffinitiuam: & differt à sequenti articulo, quia ibi quæritur de antiquis testibus, hic de nouis. Et iudicata intellige, à quia tamen sit [b] appellatum. *b. Ioan. And. hic.*

d Renunciatum) Obserua', quod aliud sit, renunciare testibus, aliud probationibus omnibus, & aliud concludere: qua de re infrà [c] suo loco dicetur. *c. in c. cum dilectus. Ɩ. de fi. instr.*

e Constet) fortè per acta iudiciaria.

f Et an testibus) Quærit ergo nunc de antiquis testibus, id est, ijs qui in priori iudicio producti fuerunt, & examinati, eorumq́ue testimonia publicata & cognita.

g Propter causam app.) in qua iterum producuntur.

h Emergere) Largè ponitur, vt & incidentes & emergentes articuli includantur: de quo latius infrà dicemus.

i Aliqua partium) pars scilicet appellans, vel appellata.

k Receptos) In priori scilet instantia.

l Ab ipsis) tam nouis, quàm veteribus testibus.

m Iuramentis) nisi fuerint illis expressim remissa, quod fieri posse infà ad finem cap. dicemus.

Textu capituli nostri sic breuiter explicato, ex eo trita iurisconsultorum colligitur regula, quòd post publicationem testimoniorum non admittantur alij testes super eisdem articulis,
4. vel directò contrarijs: † idque propter euitandum periculum subornationis, ne scilicet subornentur aliqui, qui veritatem attestationum euertant [d], vel addendo aliquid, quod priores non

 dixerunt,

dixerunt, vel immutando. Idem iuris obtinet, si renunciatum
sit productioni testium: nam & renunciatio sufficit ad exclu-
dendam facultatem iterum producendi [e] testes: multò magis
cùm in causa conclusum [f] est. Porrò supradictam regulam ve-
ram esse in causa principali, sine controuersia est: † num autem 6.
etiam in causa appellationis obtineat, olim variantibus senten-
tijs [g] responsum est. Communiter tamen apud iuris ciuilis Do-
ctores obtinuit, licere in causa appellationis producere testes
super eisdem articulis [h], cum in causa appellationis liceat vtri-
que parti non propositum proponere, non probatum probare.
Nec putant hoc correctum esse per nouellam [i] constitutionem,
cum alia sit causa appellationis, à prima. Sed contra hoc pu-
gnat Clementina 2. de testibus, per quam [k] superfluus redditur
discursus variarum opinionum, in quibus se Io. And. & Bu-
trius inuoluunt. *Testibus* (inquit Clemens P. P. V.) *ritè acceptis,*
& eorum attestationibus publicatis, sicut non licet super eisdem, vel dire-
ctò contrarijs articulis alios, vel eosdem testes in principali causa produ-
cere: sic non debet in appellationis causa licere, cùm non minus in ap-
pellationibus, quàm in principali causa subornatio sit timenda. Et huius
Clementinæ decisio, etiam in foro ciuili seruanda esse videtur.
† Nam velut per manus traditur, quoties res lege ciuili dubia 7.
existit, iure autem canonum clarè definita, standum esse cano-
nibus in vtroque foro [m], quia per decisionem pontificis cense-
tur eorum varietas sopita etiam [n] inter eos. † Contrarium ta- 8.
men, quod prædicta Clementina in foro ciuili non sit attenden-
da alibi firmat [o] Baldus, inter cætera & hoc argumentum ad-
ferens, quia quantùm præstat restitutio minoribus, tantùm
præstat appellatiò maioribus [p]: sed minor restitutus ad pro-
bandum, potest apertis testimonijs idem probare per testes me-
liores, vel digniores, vel meliorem rei notitiam habentes [q]: er-
go idem appellans à diffinitiua poterit. Idem quoque scribit [r],
si textus iuris ciuilis repugnet seu contradicat iuris pontificij
textui, legem sequendam esse in foro Cæsaris, & canonem in fo-
ro Petri: nec obstare timorem subornationis, quia sit præsum-
ptio imaginaria, non necessaria: cùm experientia doceat, testes
solennes non posse subornari. Sed & idem Baldus hic ait, quòd
timor subornationis sit quædam fictio, vendicetque sibi locum
in foro conscientiæ. Et hæc Baldi sententia vera esse posset, si
lex ciuilis aliqua clarè hoc disponeret, quod in causa appella-
tionis liceret super eisdem articulis testes producere: sed quia
nullus textus hoc expressè dicit, consequitur esse opiniones, &
per consequens videtur standum esse decisioni [s] iuris pontifi-
cij. Nec obstare videtur, supradictum Baldi argumentum: quia
dici potest, isto casu differre restitutionem ab appellatione, pro-
pter diuersitatem rationis, quæ vtrobique militat, vt hic Feli.
[t] ait. Quod autem subornatio attendi debeat, probat hic mul-
tis argumentis Butrius [u] & ipsemet Baldus alibi [x]. Regulam
itaque

e. c cùm venisset. j. hoc tit. auth. iubemus: & ibi Bart. C. de iudi.
f. Specu. tit. de teste. §. facis vtiliter. vers hoc etiam nota.
g. Io. And. hic.
h. per l. eos. C. de appel. & d. l. per hanc.
i. d. §. quia verò Nouel. de testi.
k. iuxta Panor. & Io. de Imo. hic.
l. in d. cle. 2. de testib.
m. c. 1. & 2. de no. ope. nunc. Soci. in c. quoniam frequenter. s. vt li. non contest.
n. fa. not. in c. licet ex suscepto. s. de fo. comp. & c. cùm per venerabilem. 1. qui fi. sint legi.
o. in d. l. eos. §. si qui autem.
p. l. præfecti. ff. de minor.
q. vt per Dd. in l. 1. §. aduersus. ff. de no. ope. nunci.
r in d. l. per hanc. col. 8.
s per d. clementinam. de testib.
t. col. 4. vers. tertiò in quantum.
u. col. 22 vers. quartò didicere.
x. in d. l. per hanc. in pen col.

itaque ſupradictam veram accipiemus, tam in cauſa appellatio-
9. nis,quàm principali. † Excipiũtur tamen à prędicta regula multi caſus, in quibus ea ceſſat, quorum octodecim Ioan. Andr. & Panor. hic recenſet. Spec. y alibi 21. aſſignauit: nos potiores tãtùm annotabimus. Prima igitur exceptio eſt: Super nouis capitulis ſiue articulis produci poſſe teſtes, non obſtante publicatione, ſi tales articuli ex antiquis dependeant,de quib. producti teſtes ſint examinati, horumq; probatio ſit adiutura intentionẽ actoris. Nam ſi omninò noui ſint,ita vt prorſus ad cauſam nihil faciant,neq; coadiuuent intentionem partis,non modò non admittũtur teſtes ſup illis,ſed etiã articuli ipſi tanq̃ impertinentes
10. penitus reijciuntur. † Vulgata enim iuris regula eſt z, nõ debere quempiam ad probandũ admitti, quod probatũ eius cauſam
11. non adiuuet. †Debent autẽ huiuſmodi noui articuli ita pendere ab veteribus,vt tamẽ interim,neq; vi facti,neq; vi ꝓbationis cohæreant illis, id eſt, vt non cõprehendantur ſub illis,quo ad neceſſitatem facti, & probationis: verbi gratia, vt ſi probanda ſit pręſcriptio 30. annorũ,& is,qui produxit teſtes, probauit ſe 30. annorũ ſpatio tenuiſſe fundum, de quo eſt contentio, & poſtea publicato teſtimonio ille velit probare, bono etiã cum titulo ſe nactũ eſſe poſſeſſionẽ eius fundi,admittitur: quia ad talem præſcriptionẽ non requiritur titulus poſſeſſionis,nec in probatione eiuſdem oſtendere neceſſe eſt, eam bono titulo cepiſſe. Secus ſi probãda fuit præſcriptio 10. annorũ, nam in eius ꝓbatione non ſufficit docuiſſe tanto tẽpore nos tenuiſſe fundũ,niſi ſimul quoque oſtẽdatur,nos bono cum titulo nactos eſſe eiuſmodi poſſeſſionẽ. Itaq; altero ex illis ſolùm probato,denuò quis nõ admittitur ad alterũ probandũ, cum vtrunq; ſimul probari oportuit ratione facti & probationis [a]. Atq, ita tẽperanda eſt deciſio cap.
12. noſtri hic. † Secunda exceptio: Licet illi,qui produxit teſtes,nõ liceat alios producere, poſtquã ſuorũ teſtiũ teſtificationes didicerit: poteſt tamen is, cõtra quẽ producti ſunt, alios producere etiamſi cognouerit teſtimonia,ſi conetur probare ſuã exceptio-
13. nem,quę non directò cum producẽtis petione pugnet [b]. † Tertia: Inter alias perſonas & cum eſt diuerſus modus agendi, recipiuntur denuò poſt publicationem [c] teſtes. Quarta: Ad probandam falſitatem teſtium, nedum poſt publicationẽ,ſed etiam poſt
15. ſententiam admittuntur teſtes, de quo alibi diximus [d]. † Quinta: Si pars volens producere teſtes, nondũ didicerit teſtimonia, quanquam ſint publicata, & forte pars aduerſa ea viderit ſe inſcio aut inuito, nõ prohibetur amplius [e] probare. Nam & cum iudex inſcia vel inuita parte, & indiſcrete aperit dicta teſtium, nõ nocet litigatoribus producturis alios teſtes [f]. Sexta: Si teſtes de aliquib. articulis nõ fuerint plenè ac ſufficiẽter interrogati, vel incuria,vel dolo iudicis,tũc nõ obſtãte publicatione,poſſunt
17. litigatores petere [g],vt denuò interrogẽtur.†Septima:Si obſcura ſint dicta teſtiũ,poſſũt etiã aptis teſtimonijs à iudice interrogari, vt ſe declarẽt:ſed hoc petere quaſi iure ſuo litigatorib.vix licet [h].

y. in tit. de teſte. verſ. ſatis vtiliter. in pr.

z. iuxta gl. c. cũm cõtingat. circa verbum nihilominus. de off. deleg. l. ad probationes. C. de probat.

a. iuxta Ang in d. §. quia verò Nouel. de teſtib.

b. iuxta l. exceptione. C. de probat.

c. præſentata. ꝭ. eo. l. vlt. C. eo.

d. c. licet. ꝭ. de probat. & vide c. ſicut. &c. ſeries. vbi Dd. ꝭ. hoc tit.

e. vt no. in c. conſtitutus. poſt gl. per Io. And. Spec. de teſte. §. ſatis vtiliter. verſ. quod autem dixi.

f. Specul ibid.

g. c. per tuas. ꝭ. eo.

h. arg. l. repeti. ff. de quæſtio. l. vbicunq. ff. de inter. actio.

Putat tamen [h] Specul. in hoc respiciendam esse consuetudinem. Octaua, si deperdita sint dicta testium, vtcunque aperta fuerint, possunt testes denuò examinari. Nona, cùm testes ad æternam rei memoriam examinati publicatique sunt, tunc alij nihilominus produci possunt [k], si ad litem peruentum fuerit. Decima, vbicunque non obstat exceptio rei iudicatæ, secundum quosdam vlterior productio testium [l] conceditur. † Ad- 18.
dunt plerique & hanc exceptionem, quòd non obstante publicatione possint consensu partium iteratò produci testes. Sed hoc Feli. controuertit [m], cum ratio subornationis non cesset, fauorisque publici sit, ne falsitas committatur, ergo huic fauori renunciari [n] non potest. † Denique, si ecclesiæ, vel minori per 19.
viam restitutionis in integrū subueniretur, possunt post aperta testimonia alij testes [o] produci: cessat tamen hæc exceptio plerisque casibus, hic à [p] Felino relatis.

† Porrò ex fine præsentis cap. annotant quoque interpre- 20.
tes, productos testes, priusquam perhibeant testimonium, iureiurando esse ad veritatem dicendam [q] adstringendos, idque in tactis sacrosanctis euangelijs, secundum nostros [r]. Sacrosanctæ enim scripturæ nunquam non in iudicio adesse debent.
† Consuetudine tamen Germaniæ nostræ euangeliorum tactura 21.
non frequentatur, sed erectis ac eleuatis duobus digitis, indice videlicet & illi proximo, iurari solet. † Quamuis autem te- 22.
stes, priusquam testificantur iurare sint obnoxij, posse tamen consensu litigantium quibusuis testibus iusiurandum remitti, Azonis & Accursij sententia est, quæ & iure canonico comprobatur [t]. Recenset autem gl. hic fin. quinque capitula iuranda à testibus, quib. à Io. And. sextum quoque additur, nempe, vt testes secretò teneant ea, quæ dixerunt, donec publicentur testimonia. Sic & alibi legitur [u] iudicem debere punire eos, qui partibus prodiderint suas testificationes, ante publicationem: atque ita quotidiè in foro videmus frequentari.

h. d. tit. de teste. §. satis vtiliter. vers. quid ergo si peto.
i. c. fin. s. de proba. de quo vide Specu. latius in d. §. satis vtiliter. ad fi.
k. Spec. vbi. s. vers. 17. testet.
l. l. cùm quæritur. de excep. rei iud. c. inter dilectos. j. de fid. instr.
m. hîc nu. 6. vers. sed istis non obstantib.
n. l. ius publicum. ff. de pac. Ita Ang. in auth. at qui semel. C. de probati.
o. Inno. in c. auditis. s. de rest in int. Bar. in l. 2. §. nunciatio in 3. col. de no. op. nu.
p. hîc nu 6. vers. tertiò in quantùm.
q. l. iurisiurandi. C. de testib.
r. c. hortamur. 3. q. 9.
s. l. rem non nouam. C. de iud.
t. in c. tuis quæstionib. & ibi glo. in verbo remittatur. j. de testib.
u. in. §. qui falsa. 4. q. 3.

IDEM

IDEM EXON. EPISCOPO.

CAPVT XVIII.

INtimauit R. presbyter, quòd V. clericus capellanum eius & alios quàm plures de testibus suis [a] iuramento constrinxit, quàm testimonium, consilium & auxilium contra ipsum non præberent eidem. Ideoque iniungimus, vt si testimonium eorum [b] publicatum non est, nec est abrenunciatum testibus, eos qui sunt iuramento adstricti, & alios (si necesse fuerit) idoneos in testimonium recipere non postponas.

Summæ rerum.

1. *IVramentum de non testificando non obligat iurantem, quin productus teneatur dicere testimonium: & quæ sit ratio.*
2. *Etiamsi alij testes haberi possint:*
3. *Vel aliorum testimonia iam sint publicata, ijsue renunciatum: id est per restitutionem in integrum.*
4. *Et quando tali casu restitutio in integrum detur, vel non.*

1. a Iura constrin.) Hinc annotandum est, † iusiurandum de non testificando præstitum non obligare iurantem, quin productus in testem, teneatur dicere testimonium. Cum enim ius dicendi testimonij sit publicum, ad quod etiam inuitus quis [a] compellitur, consequitur tale iuramentum iure non subsistere [b]: Item cum tendat in præiudicium tertij, non est [c] seruandum: Item iuramentum nunquam ligat ad illicita, & aduersus dispositionem [d] iuris præstitum. Quæ rationes cum sint generales, consequitur, quo ad cap. nostri effectum non referre, siue aliundè veritas probari possit, vel non, vt contra Butrium hic Abb. & Feli. tenent. iura [e] enim simpliciter annullant huiusmodi iuramentum: nec obstant verba tex. (*si necesse fuerit*) quia non referuntur ad testes, quibus delatum erat iuramentum, sed ad
2. alios. † Vnde est sensus, quòd antea sint examinandi illi, qui iusiurandum præstiterant, de non testificando: præsumitur enim pars illos adstrinxisse iuramento, ne testimonium dicerent, qui melius sciebant veritatem, vnde illi præponuntur: quibus examinatis, si postea visum fuerit necesse, alij possunt [f] examinari.

b Publi-

a. l. si quando. C. de testi. & . j. de testi. cog. per totum.
b. per not. in c. si diligenti. j. de foro. compet.
c. c. quamuis. in fi. de pac lib. 6. Bar. pulchrè in l. Titia. §. Imperator. de leg. 2.
d. c. quanto. j. de iure.
e. c. constitutis. l. 1. eo. c. olim. j. de accus. c. quia pleriq. de off. ord. lib. 6.
f. Feli. hic.

IDEM SALERNITANO archiepiſcopo.

CAPVT XIIII.

De cætero laicos in accuſationem vel teſtimonium contra clericum in criminali cauſa non eſſe aliquatenus admittendos, cenſura ſacrorum canonum manifeſtius edocet: Niſi fortè ſuam vel ſuorum iniuriam proſequantur. Nec tunc etiam ad teſtimonium, ſed ad accuſationem poſſunt admitti.

Summæ rerum.

1. *Laici prohibentur accuſare clericos.*
2. *Laici contra clericum in criminali teſtificari vetantur: fallit tamen, vt num. 3. 5. 6. & 8.*
4. *Appellatione ſuorum qui veniant.*
5. *Probatio priuilegiata plenè probans in cauſa ciuili, facit indicium ſufficiens ad torturam in criminali.*
9. *In magna probationis inopia, teſtes etiam inhabiles recipiuntur.*
10. *An clericus contra laicum teſtis eſſe poſsit in cauſa criminali.*

Duæ ex hac decretali ſunt annotandæ regulæ. † Prima eſt: 1.
Quòd laici non admittuntur ad accuſationem clericorum. Ve-
rùm hæc regula huic titu. propriè non [a] conuenit, ſed ad titu-
lum de accuſationibus pertinet. † Secunda regula: In cauſa cri- 2.
minali laicus non habet ius dicendi teſtimonij, aduerſus cleri-
cum. Quod etiam obtinere Doctores volunt in clerico, ſolùm
primam tonſuram [b] habente. Aliquoties tamen prædicta re-
gula non habet locum. † Primò: ſi clericus ſuam, ſuorumúe in- 3.
iuriam [c] proſequatur, † In hac autem materia, qua de hic tra- 4.
ctatur, ſui dicuntur parentes, patroni, patronæ, & eorum li-
beri, frater, ſoror, ſocer, vxor, ſocrus, gener, nurus, vitricus,
nouerca, & priuignus. Sed & amicus intimus venit appella-
tione [d] ſuorum. Aitque alibi Baldus [e], quotieſcunq; fit men-
tio de ſuis, intelligendum eſſe de ſuis coniunctis ad quartum
vſque gradum. In alia autem materia, qui dicantur ſui, puta
ſucceſſionis, vel tranſmiſſionis hæreditatis, quia alibi [f] ſatis tra-
ctatum exiſtit, hîc conſultò omittimus. † Deinde non procedit 5.
regula, ſi accuſatio vel teſtimonium eſſet ſuper criminibus ex-
ceptis [g], puta leſæ maieſtatis, hæreſis, ſimoniæ. Tertiò: ſi de-
lictum

a. vide de hac regula in c. cùm P. j. de accuſ.
b. vide Dd. in c. ſicut ſacerdotes. 2. q. 7. & probatur hîc in verbo. clericum. iuncto. c. clericos. & ibi gl. in verbo. pſalmiſta. 21. diſt.
c. per tex. hîc.
d. Bald. in l. 1. 22. col. C. qui accuſ. non poſ. de quo vide per Alex. in l. 1. in fi. ff. de pub. iud. & l. 2. de accuſ.
e. in l. neganda. in fi. C. qui accu. non poſ.
f. vide Bald. & Sal. in l. fœmina. ff. ad S. C. Turpil. Bal. l. neganda. in fi. C. qui accuſa. non poſ. Bar. in l. 1. C. eo. tit.
g. d. c. cùm P. c. per tuas. 1. j. de ſimo.

liɛ̃tum clerici diceretur notorium [h], quia in notorio non desi-
6. deratur ordo [i] iuris. † Quartò: tametsi in criminalibus laici
aduersus clericum plenè non probent, indiciũ tamen faciunt ad
7. torturam [k], vt clericus torturæ subijci valeat. Nam quotiescun-
que priuilegiata probatio plenè probat in ciuilib. in criminalib.
facit indicium sufficiens ad [l] torturam. Sed clarum est, quod in
ciuilibus testimonium laici contra clericum integram fidem fa-
8. ceret, ergo, &c. † Quintò: si crimen intenderetur non crimi-
naliter, sed [m] ciuiliter, etiamsi ad priuationem beneficij agere-
tur, vel per viam inquisitionis aut [n] denunciationis. Sextò: si
crimen non possit aliter, quàm per laicos doceri, puta quia in
loco commissi delicti non sit alius clericus, quam is qui deli-
9. querit. † Nam & aliàs in magna probationis angustia, quando
veritas aliter sciri non potest, testes minus idonei, atque adeò
infames [o] admittuntur. Exemplum ponit Sali. [p] quando quis
ludebat in prostibulo, & fuit deceptus ob taxillos falsos: hoc e-
nim probare poterit per lenones. Hanc tamen exceptionem
10. subuertit hic [q] Feli. † Porrò quemadmodum suprà diximus,
laicum non testificari in criminalibus cõtra clericum, ita è con-
uerso clericus non admittitur aduersus laicum [r] criminaliter,
nisi laicus accusaretur, de crimine ecclesiastico, vel in
iudicio seculari veritas aliter probari [s] ne-
quiret. Reliqua hìc à Docto-
ribus require.

h. Panor. hic per tex. in c. cum dilectus. 2. ad fi. j. de purgã. cano. c. cum non ab homine s. de iudi.
i. c. ad nostram. 3. de iureiu. vbi dicam.
k. Abb. hic per gl. & Bar. in l. cap. 4. §. de adul. tex. l. quatio. in fi. ff. de ædil. edict.
l. Bar. in l. fi. ff. de in lit. iur.
m. Host. & Ab. hic per c. 3. s. eo c. tam literis. j. eo.
n. arg. d. c. tam literis.
o. c. veniens. in fi. j. eo. tit.
p. in l. ea quidem. col. 50. ver. ad quintam quæstionẽ. C. de accu.
q. num. 5.
r. vt per gl. in c. testimonium. 11. q. 1.
s. Abb. hic per c. quanquam. 14. q. 2.

IDEM EIDEM.

CAPVT XV.

IN causis ecclesiasticis vel ciuilibus, vltra tertiam productionem non debent testes produci, nisi adhibita quadam solennitate, quæ in legibus inuenitur expressa. Et super dictis testium, cùm fuerint publicata, publicè potest disputari.

Summæ

Summæ rerum.

1. *DVo axiomata huius cap.*
2. *Probatoriæ dilationes sunt arbitrariæ.*
3. *Si probandi terminus nimis constringatur, vel prolongetur, potest appellari.*
4. *Quoties testium nomina ad iudicem referri possint.*
5. *Trina testium productio quartam impedit.*
6. *Propter periculum subornationis, quarta testium productio prohibetur.*
7. *Subornationis periculum cessare ante cognita testimonia.*
8. *De solennitate legali seruanda in quarta dilatione.*
9. *Gloss. intellectus ad hoc cap. idemque reprobatus.*
10. *Quarta productio interdum nec cum solennitate conceditur: & num. 12. & 14.*
11. *Renunciatio ad ignorata non extenditur.*
13. *Multitudo testium refrenanda arbitrio iudicis.*
15. *Quarta productio absque solennitate valet, si pars non contradixit.*
16. *Receptio testium facta post conclusionem valet, parte non repugnante.*
17. *Post publicationem attestationum potest de illis disputari, & quid sit disputare.*
18. *Et quis sit obseruandus ordo in disputando super attestationibus.*

Insigne est hoc cap. & duo principalia axiomata complectitur, quæ in causis forensibus sunt diligenter animaduertenda. † Primum est, quòd in quibuscunque causis possint fieri tres 1.
productiones testium: quarta verò non conceditur, nisi obseruata solennitate à legibus præscripta. Alterum est, quòd post testimonia publicata, possit super his publicè disputari. Quod ad primum attinet, non est ignorandum, postquam in iudiciarijs controuersijs iam eò deuentum est, vt probatio sit necessaria, tunc ea pars, cui incumbit probatio, potest petere à iudice sibi dari dilationem ad producendos testes, quam ei dare iudex
a. l. 1. C. de dilat. c. tenetur, [a] adhibita competenti moderatione temporis, secun-
induciæ. §. spatium dum spacia, quibus distat testium habitatio à iudicis domici-
3. q. 3. lio. † Nam huiusmodi probatoriæ dilationes sunt arbitrariæ, 2.
relinquuntur iudicantis arbitrio, qui pro qualitate causæ, & personarum eas vel longiores, vel breuiores indulgere potest.
† Si tamen iudex nimium constringeret huiusmodi terminum 3.
b. Bald. & Dd. in l. probandi, sicque parti probare volenti facultatem probandi
1. C. de dila. & in d. auferret, posset ab eo [b] appellari, maximè si terminus conces-
l. ſ. de dilat. sus fuisset peremptorius: quemadmodum & vice versa, si dila-
c. Bald. in d. l. 1. C. tio nimis longa indulgeretur, rursus prouocationi [c] locus est.
de dila. Donec autem durat tempus concessæ dilationis, potest produ- 4.
cens vel vna, vel bina, vel tertia vice ad iudicem nomina eorum, quos producturus est in testes, referre: quarta vice hoc ei non permittitur

permittitur, nisi obseruata solennitate à legibus præscripta. at-
que ita accipiendus est textus noster hic [d]: quam sententiam
Bar. alibi [e] quoque tradidit, cui communiter iuris ciuilis in-
5. terpretes subscribunt. † Prima ergo productio impediet quar-
tam sine solennitate, non attento, an in vna vel pluribus dila-
6. tionibus facta fuerit. † Ratio enim solennitatis adhibendæ, est
timor subornationis, ne subornentur à producente, qui ve-
ritatem testimoniorum euertant, id est, aut addant aliquid,
quod priores testes non dixerunt, aut immutent: cùm sit su-
spicio de scientia attestationum ex reiteratione tot productio-
7. num, vt hic Abb. eleganter scribit. † Ex quibus conficitur, hanc
solennitatem non fore necessariam, si testes pluribus vicibus
producantur, nec tamen examinati sint, vel plures fuissent fa-
ctæ productiones, in actu continuo [f], ita quod producens non
potuerit scire dicta priorum ante productionem, quam nunc
8. facere intendit. † Sed quæ hæc est solennitas legalis, cuius hic
textus meminit? Respondeo: in concedenda quarta productio-
ne testium, sacramentum esse exigendum à volente producere,
quod neque subtraxerit, neque percunctatus sit ipse testifica-
nes, vel aliquis aduocatorum eius, vel alius pro eo agens, nec
per dolum, nec per artem quartam productionem testium pe-
9. tat [g] fieri. † Glossa tamen aliter accipit textum nostrum, & ex-
ponit productionem, id est, dilationem, intelligendo de quarta
dilatione, nam intra primam, secundam, & tertiam poterit to-
ties testes producere, quoties voluerit: quartam verò non obti-
nebit, nisi obseruata solennitate. Et quamuis hanc expositio-
nem Io. Andr. tenendam censeat, communiter tamen improba-
10. tur à Doctoribus. † Aliquoties tamen nec cum solennitate
quarta productio conceditur. † Primò, si renunciatum sit pro-
ductioni testium, nemo amplius admittitur, siue iam aliquos,
siue nullos testes produxerit, cùm [h] renunciaret. Quod intelli-
ge de testibus, qui tempore renunciationis produci poterant:
secus si renuncians impediebatur eos producere, non quia es-
sent impediti, sed quod ignorabat se illos producere posse: hac
enim specie etiam post factam renunciationem licita erit quar-
11. ta productio [i] cum solennitate. † Renunciatio enim ad ea non
12. extenditur, quæ quis sibi competere [k] nesciebat. † Deinde, si
iudex viderit effrenatam multitudinem testium coarctandam
esse, non modò quartam, sed & secundam, & tertiam produ-
ctionem denegare [l] potest. Quamuis enim olim amplissimus
13. numerus testium erat permissus: postea tamen constitutionibus
principum hæc licentia ad sufficientem numerum coarctata est,
scilicet, quem iudices moderentur, existimantes, quot testes in
vnaquaque causa necessarios exigat rerum & personarum qua-
litas, vt tot, nec plures produci patiantur. *Ne effrenata potestate*
(inquit Vlpia.) *ad vexandos homines superflua multitudo testium*
14. *protrahatur.* † Tertiò, si iam publicata sint testium dicta, non est

d. secundum Host. Imo. Panor. & Feli.

e. in auth. at qui semel. C. de probat.

f. ita Bart. & Castr. in d. auth. at qui semel. C. de probat. quod idem Lap. tenet alleg. 28. incip. in causa matrimoniali

g. tex. in auth. at qui semel. C. de probat. & in. § quod verò. in nouel. de testib. & c. vltra tertiam j. hoc nostro tit.

h. c. cùm venisset. j. de testi. auth. sub&mus. C. de iudi. & ibi Bar.

i. secundum Bar. in d. auth. at qui semel.

k. l. mater. ff. de inoffic. testa. cum simil.

l. c. significauerunt. j. eo.

amplius locus quartæ productioni etiam solenni, super eisdem [m] capitulis. † Sed pone quartam productionem absque 15.
præscripta solennitate indulgeri, nunquid valebunt attestationes? Et communiter responsum est, eas valere, si pars non
contradixerit, nec [n] appellauerit. † Quemadmodum in simili 16.
& fortiori casu dicitur, valere [o] receptionem testium, factam post conclusionem, si non fuerit contradictum: item communi partium voluntate possunt acta incidi, & de nouo [p] produci. Si vero contradictum sit, vel prouocatum, non subsistent testimonia, quia sicut legitima causæ appellandi est, si quarta productio denegetur cum [q] solennitate: ita & fortius iusta prouocandi causa videtur, si concedatur absque solennitate, cùm ius hoc postulet. Et hæc de primo cap. nostri axiomate dicta sufficiant.

† Alterum est, quòd post publicationem testimoniorum 17.
possit de illis disputari publicè. Disputare autem in hoc proposito nihil aliud est, quàm allegare, & intentionem suam per probationes in iudicium deductas ostendere, & eam iuribus asseuerare [r] roborareque. † Debet autem in huiusmodi dispu- 18.
tationibus is ordo seruari, vt actoris aduocatus primò proponat, quæ ad sui clientuli intentionem iuuandam & fundandam viderit expedire. Et postquam fundata iam est sua intentio per probationes facti, tum ad iuris probationes & allegationes se diuertere debet, allegando, & inducendo leges, canones, statuta, consuetudines, & argumenta. Deinde rei aduocatus allegationibus respondeat per dicta testium, si poterit, destruendo allegationem actoris, vel per quæcunque alia adminicula, nihilominus adducendo etiam pro se leges, exempla, & argumenta ex rerum natura & ratione ducta, pro vt hæc omnia eleganter à Specul. in titulo de disput. & allega. docentur, ad quem studiosos iuris remitto.

m. c. fraternitatis.

n. Inno. Abb. & reliqui hic. Bar. in d. auth. at qui semel nu. 11. in l. fin. de ser. Butr. in c. pen. vers. fallit quartò. j. hoc tit.

o. vt no. do. de re. decis. 5.

p. l. acta. de re iud.

q. d. l. significauerunt.

r. 9. q. 3. c. aliorũ & 23. q. vlt. c. conueniet. §. vlt. & c. inter dilectos. j. de fi. instr. & c. abbate sanè. de re iud. lib. 6.

IDEM

IDEM PRAEPOSITO ET canonicis Embruden. ecclesiæ.

CAPVT XVI.

CVm tu fili præpoſite, cum quibuſdam canonicis tuis & arhiepiſcopus veſter eſſetis in præſentia noſtra conſtituti: & infrà. Cùm conſtet teſtes veſtros iuraſſe, quòd poſt appellationem, excommunicationis ſententia tulerit, & archiepiſcopi teſtes ſimiliter iuraſſe, quòd ante appellationem: nos dicta teſtium benignè interpretari volentes, ne periurij reatu notentur: quia vtrunque eſſe potuit, & quod poſt primam ap. & ante ſecundam ſententia lata fuerit, eandem ſententiam decernimus non tenere.

Summæ rerum.

1. *TEſtes contraria deponentes reducendi ſunt ad concordiam, etiam per præſumptionem multiplicationis actus.*
2. *Quando præſumptio multiplicationis actus non habeat locum.*
3. *Taxatur limitatio quorundam in hoc cap. quaſi præſumptio multiplicati actus ſolùm locum habeat, quando teſtes ſunt in pari numero.*
4. *Quæſtio illa examinatur, an & quando teſtes contraria deponentes, conciliari poſſint.*
5. *Si idem teſtis ſibi ipſi contradicat.*
6. *Si vnus teſtis contradicat alteri.*
7. *Si plures teſtes contradicant pluribus.*
8. *Non eſſe faciendam differentiam inter teſtes, ſiue ab vna, vel vtraque parte producantur.*
9. *Quando dubium eſt, an teſtes ſint contrarij, vel non, sum reducendi ſunt ad concordiam in eum finem, vt probent.*

Ex hoc cap. insignis regula colligitur, quæ prodest ad concilianda testimonia inter se pugnantia, ideoque diligenter notanda. est autem talis: † Si testes plures ab vtraque parte producti, contraria ac planè pugnantia dixerint testimonia, reducendi sunt ad concordiam, etiam per præsumptionem multiplicationis actus, vt euitent [a] periurium. 1 † Hanc verò thesin sic temperare oportet, vt obtineat, nisi vel ex partium confessione, vel ex testium depositione constaret de vnitate actus, quia tunc non præsumetur actuum multiplicatio, cùm in claris [b] non sit locus coniecturis. 2 De priori exemplum extat infrà in decretali Innocentij PP. III. [c] ad Petrum ciuem Viturbiensem. Alterum probatur exemplo eorum, qui aduersus Susannam testimonium [d] dixerunt. Ex eo enim, quod de eâdem hora testificabantur, colligebatur vnitas actus: quia verò in loco commissi adulterij discrepabant (alter enim sub pruno, id est, ilice, alter sub schino, id est, lentisco arbore stupratam dicebant) orta est contra eos falsitatis suspicio [e], adeò vt præsumptioni multiplicati actus non fuerit locus. † Quod 3. autem hanc conclusionem plerique [f] ita restringunt, quòd huiusmodi concordia per præsumptionem multiplicati actus tum demum sit incunda inter testes, quando sunt pares numero, secus si sint dispares. Hoc glossator alibi, [g] itemque Butrius, & Abbas reprehendunt, existimantes indistinctè fieri concordiam debere, per interpretationem, non abhorrentem tamen à iure & æquitate. Quod si concordia fieri non possit, tum recurrendum esse ad qualitatem personarum ac testimoniorum: quæ sententia videtur æquitatem habere, tum quia textus hic indistinctè loquitur, tum quia ratio textui inserta (*ne partes periurij reatu notentur*) semper militat, siue testes alterius partis sunt plures numero, siue aliàs digniores: Iason [h] tamen priorem sententiam leui argumento tuetur.

a. per cap. nostrum hic.

b. glo. in l. continuus. §. cùm quis ff. de verb. oblig.

c. in c. cùm Iohannes. vers. verum respon. j de fid. instru.

d. Danie. 13. cap.

e. vide gl. de hoc in c. nihilominus. 3. q. 9

f. gl. in c. cùm contingat. de off. deleg Bar. in l. Gallus. §. ille casus. de lib. & posth. & in l. in Insulam. sol. matrimo.

g. gl. 1. in c. in nostra. j. hoc tit.

h. in l. 2 § creditum. ff. si cer. pe.

† Porrò vt certi quid habeas, an & quando testes pugnantia deponentes possint conciliari, etiam in eum finem, vt probent in iudicio, distinguendi sunt tres casus: aut enim vnus testis sibi ipsi contradicit, aut vnus vni, aut plures pluribus. 4. Primo casu: † Cùm idem testis sibi ipsi contradicit, nec ad concordiam reduci potest, tum nihil probat & periurium incurrit: 5. si autem per interpretationem conciliari possit, valet eius testimonium, saltem quò ad euitandam pœnam periurij [i], non autem vt probet. † Secundo casu: quando vnus alij contradicit, tunc si quidem per actus multiplicationem 6. reducantur ad concordiam, nulli creditur, quia vterque in testimonio suo singularis est, & constat vnum testem quantumlibet honoratum integram fidem non mereri [k], propter suspectam naturæ inconstantiam. Idem iuris obtinet, si singuli testes per eiusdem actus extensionem vel improprietatem concilientur: nam

i. ita Butr. qui ait. Butrig. ita tenuisse, in l. cùm de ætate. de probat. & l. sed etsi poss. §. item si iurauero de iure & Bar. in l. Labeo. de sup. leg.

k. l. iurisiurandi. C. de testi. fa. c. bonæ memoriæ. de elec.

tur: nam & tum licet falsi pœnam effugiant, non tamen pro-
bantè. quia dictum eorum poterat diuersimodè intelligi, sicque
7. est dubium, & probatio dubia non [l] releuat. † Tertio casu,
quando plures contradicunt pluribus, distinguendum est:
quoniam si probationes sint impares, vt quia testes vnius partis
sint plures, magis idonei, vel honoratiores alijs, tum eos non
esse reducendos ad concordiã, Bart. & cæteri iuris ciuilis inter-
pretes [m] censuêre. Panormitanus verò & Butrius hic in con-
trarium discedunt, quorum opinionem, tanquam benigniorem
& ipse sequerer, vt suprà dictum est. Si autem probationes sint
pares, tunc siue producti sint testes ab vna parte, siue ab am-
babus, probatio redditur dubia, etiamsi ad concordiam redi-
gantur testes, ideò non probant: quæ est communior senten-
tia. Et quamuis Butrius interesse putet, an testes ab vna tan-
tùm parte sint producti, quasi tum vera sit sententia, quòd in-
terpretatio non fiat, nisi ad saluandos testes à periurio: an ab
diuersis & tum secus sit. Hæc tamen Butrij distinctio ab Imola
[n] confunditur, quia nihil vetat, quomodo vtroque casu du-
8. bia reddatur autoris probatio. † Et aliàs velut per manus
traditur, non esse faciendam differentiam de testibus, num ab
eadẽ vel diuersa parte [o] producantur, & re vera nullã video sub
esse rationẽ differẽtiæ, cum testes siue ab vna parte ꝓducantur,
siue ab alia, ad hoc sint inducti, vt pro vtraque parte [p] depo-
9. nant. † Hoc tamen non est omittendum, vbicunque dubitatio
est, ratione contrarietatis testium, nec possit res aliter doceri,
tunc reducendos esse ad cõcordiam testes, etiam in eum finem,
[q] vt probent. Amplius censet Decius, testes, qui in modica a-
liqua re, etiam circa principale negotium secum pugnent, non
ideò minus fidei facere. Vnde fortius idem censendum, si in
appendicibus, seu accessorijs quibusdam aduersentur. Quâ
tamen in re aduertendum videtur, an ex probabili impruden-
tia dissideant, [r] & vera hæc credamus, alioqui eorum fides im-
minuatur, vt Baldus [ſ] censuit: plurimumque hac in re iudicis
arbitrio tribuendum est, qui & repugnantiam in rustici
& idiotæ verbis facilius boni consulet, quàm
in homine cauto, & negotijs
exercito.

l. c. in præsentia. ĩ. de proba.

m. in d. l. 2. §. creditum. ff. si cer. pe.

n. in l. inter stip. ff. §. 1. ff. de ver. obl.

o. vt no. in l. scripturæ C. de fid. instr. & c. cùm in nostra. ĩ. hoc tit.

p. auth. sed iudex C. de epi. & cle. c. veniens. 2. ĩ. hoc tit.

q. ita Bart. in d. l. cùm de ætate. vt eum alleg. Imo. in d. l. inter stipul. & sequitur Butr. hîc.

r. iuxta Bart. in l. eos. de fal. col. 2.

ſ. in rubr. de conten. inter do. & vas. de inuest. feu. in vsib. feud.

t. c. & licet. in fi. Inno. de testi. vbi. Ang.

IDEM EPISCOPO PLA.
CAPVT XVII.

FRaternitatis tuæ literis nos consulere voluisti, vtrùm [a] recipiendi sunt [b] noui testes super quæstione [c] iudicata, in qua testibus [d] renunciatum [e] constet vtrinque: [f] & an testibus in prima causa receptis, [g] propter causam apel. liceat super quæstionibus iudicatis aliquid noui proponere: & infrà. Duximus tibi respondendum, quòd in appellationis causa, si noua contigerit [h] emergere capitula, super quibus [i] aliqua partium voluerit nouos testes inducere, vel per iam [k] receptos aliquid comprobare, eos credimus posse recipi, super nouis duntaxat capitulis, receptis prius [l] ab ipsis secundum formam recipiendorum testium [m] iuramentis.

Summæ rerum.

1.2. *QVæstiones in hoc cap. tractata.*
3. *Explicatio textus.*
4. *Post publicationem attestationum non admittuntur alij testes super eisdem articulis, vel directò contrarijs.*
5. *Idem est, si renunciatum sit productioni testium, vel in causa conclusum.*
6. *An idem obtineat in causa appellationis: & num. 8.*
7. *Si res iure ciuils sit dubia, & iure canonum clarè decisa, standum est iuri canonico in vtroq. foro.*
9. *Recensentur casus, in quibus testes post publicationem denuò produci possunt, & num. 12. 13. 14. 15. 16. 17. & 18.*
19. *Non debet ad probandum admitti, quod probatum non releuat.*
11. *Qualiter noui articuli ex veterib. pendere debeant, vt post publicationem amplius testes admitti possint ad eos probandos.*
20. *Testes ante examen iurare tenentur, se dicturos veritatem.*
21. *Mos præstandi iuramenta in Germania.*
22. *Testibus potest remitti iuramentum consensu partium.*

Duæ in hoc cap. quæstiones proponuntur: prima est, an 1.
testes noui, qui aliàs non producti fuerunt in causa, possint produci in

duci in causa appellationis? Nec distinguebat quærens, an capitula essent noua vel antiqua: videbatur enim, quòd cùm instantia appellationis esset alia, & diuersa ab instantia iudicij,
2. quod indifferenter noui testes produci possent. † Secunda quęstio est super testibus iam productis, in priori instantia, nunquid possint reproduci, in causa appellationis, vt aliquid noui addant? Quod videbatur, quia in causa appellationis habet locum illud vulgatum [a]: Non probatum probabo, non deducta deducam: nec distinguitur inter nouos testes, & veteres. Quia autem vtraque quæstio vna solutione diffiniri poterat, ideò papa non disiunctim respondit, sed vnicam regulã posuit, ex qua vtraque quæstio dissolueretur, videlicet, quòd si in causa appellationis aliqua capitula fiant de nouo, dependentia tamen ab antiquis, possint produci super èis duntaxat testes tam noui, quàm antiqui. Et per illam restrictiuam dictionem (*duntaxat*) innuit, quòd super antiquis non possint produci nec antiqui,
3. nec noui. † Explicemus textum crassè.

a. iurib. vulg.

a Recipiendi) scilicet, in causa appellationis.

b Noui testes) nouiter producti.

c Iudicata) decisa per sententiam diffinitiuam: & differt à sequenti articulo, quia ibi quæritur de antiquis testibus, hîc de nouis. Et iudicata intellige, à quia tamen sit [b] appellatum.

b. Ioan. And. hîc.

d Renunciatum) Obserua', quod aliud sit, renunciare testibus, aliud probationibus omnibus, & aliud concludere: qua de re infrà [c] suo loco dicetur.

c. in c. cum dilectus. ʃ. de fi. instr.

e Constet) fortè per acta iudiciaria.

f Et an testibus) Quærit ergo nunc de antiquis testibus, id est, ijs qui in priori iudicio producti fuerunt, & examinati, eorumque testimonia publicata & cognita.

g Propter causam app.) in qua iterum producuntur.

h Emergere) Largè ponitur, vt & incidentes & emergentes articuli includantur: de quo latius infrà dicemus.

i Aliqua partium) pars scilicet appellans, vel appellata.

k Receptos) In priori scilet instantia.

l Ab ipsis) tam nouis, quàm veteribus testibus.

m Iuramentis) nisi fuerint illis expressim remissa, quod fieri posse infâ ad finem cap. dicemus.

Textu capituli nostri sic breuiter explicato, ex eo trita iurisconsultorum colligitur regula, quòd post publicationem testimoniorum non admittantur alij testes super eisdem articulis,
4 vel directò contrarijs: † idque propter euitandum periculum subornationis, ne scilicet subornentur aliqui, qui veritatem attestationum euertant [d], vel addendo aliquid, quod priores non

 dixerunt,

itaque supradictam veram accipiemus, tam in causa appellatio-
9. nis, quàm principali. † Excipiũtur tamen à prędicta regula multi casus, in quibus ea cessat, quorum octodecim Ioan. Andr. & Panor. hic recenset. Spec.[y] alibi 21. assignauit: nos potiores tãtùm annotabimus. Prima igitur exceptio est: Super nouis capitulis siue articulis produci posse testes, non obstante publicatione, si tales articuli ex antiquis dependeant, de quib. producti testes sint examinati, horumq; probatio sit adiutura intentionẽ actoris. Nam si omninò noui sint, ita vt prorsus ad causam nihil faciant, neq; coadiuuent intentionem partis, non modò non admittũtur testes sup illis, sed etiã articuli ipsi tanq̃ impertinentes
10. penitus reijciuntur. † Vulgata enim iuris regula est[z], nõ debere quempiam ad probandũ admitti, quod probatũ eius causam
11. non adiuuet. † Debent autẽ huiusmodi noui articuli ita pendere ab veteribus, vt tamẽ interim, neq; vi facti, neq; vi pbationis cohæreant illis, id est, vt non cõprehendantur sub illis, quo ad necessitatem facti, & probationis: verbi gratia, vt si probanda sit pręscriptio 30. annorũ, & is, qui produxit testes, probauit se 30. annorũ spatio tenuisse fundum, de quo est contentio, & postea publicato testimonio ille velit probare, bono etiã cum titulo se nactũ esse possessionẽ eius fundi, admittitur: quia ad talem præscriptionẽ non requiritur titulus possessionis, nec in probatione eiusdem ostendere necesse est, eam bono titulo cepisse. Secus si probãda fuit præscriptio 10. annorũ, nam in eius pbatione non sufficit docuisse tanto tẽpore nos tenuisse fundũ, nisi simul quoque ostẽdatur, nos bono cum titulo nactos esse eiusmodi possessionẽ. Itaq; altero ex illis solùm probato, denuò quis nõ admittitur ad alterũ probandũ, cum vtrunq; simul probari oportuit ratione facti & probationis[a]. Atq, ita tẽperanda est decisio cap.
12. nostri hic. † Secunda exceptio: Licet illi, qui produxit testes, nõ liceat alios producere, postquã suorũ testiũ testificationes didicerit: potest tamen is, cõtra quẽ producti sunt, alios producere etiamsi cognouerit testimonia, si conetur probare suã exceptio-
13. nem, quę non directò cum producẽtis petione pugnet[b]. † Tertia: Inter alias personas & cum est diuersus modus agendi, recipiuntur denuò post publicationem[c] testes. Quarta: Ad probandam falsitatem testium, nedum post publicationẽ, sed etiam post
15. sententiam admittuntur testes, de quo alibi diximus[d]. † Quinta: Si pars volens producere testes, nondũ didicerit testimonia, quanquam sint publicata, & forte pars aduersa ea viderit se inscio aut inuito, nõ prohibetur amplius[e] probare. Nam & cum iudex inscia vel inuita parte, & indiscrete aperit dicta testium, nõ nocet litigatoribus producturis alios testes[f]. Sexta: Si testes de aliquib. articulis nõ fuerint plenè ac sufficiẽter interrogati, vel incuria, vel dolo iudicis, tũc nõ obstãte publicatione, possunt
17. litigatores petere[g], vt denuò interrogẽtur. † Septima: Si obscura sint dicta testiũ, possũt etiã a ptis testimonijs à iudice interrogari, vt se declarẽt: sed hoc petere quasi iure suo litigatorib. vix licet[h].

y. in tit. de teste. vers. satis vtiliter. in pr.

z. iuxta gl. c. cùm cõtingat. circa verbum nihilominus. de offi. deleg. l. ad probationes. C. de probat.

a. iuxta Ang in d. §. quia verò Nouel. de testib.

b. iuxta l. exceptione. C. de probat.

c. præsentata. ĩ. eo. l. vlt. C. eo.

d. c. licet. s̃. de probat. & vide c. sicut. & c. series. vbi Dd. ĩ. hoc tit.

e. vt no. in c. constitutus. post gl. per Io. And. Spec. de teste. §. satis vtiliter. vers. quod autem dixi.

f. Specul. ibid.

g. c. per tuas. ĩ. eo.

h. arg. l. repeti. ff. de quæstio. l. vbicunq. ff. de inter. actio.

IDEM EXON. EPISCOPO.

CAPVT XVIII.

INtimauit R. presbyter, quòd V. clericus capellanum eius & alios quàm plures de testibus suis [a] iuramento constrinxit, quàm testimonium, consilium & auxilium contra ipsum non præberent eidem. Ideoque iniungimus, vt si testimonium eorum [b] publicatum non est, nec est abrenunciatum testibus, eos qui sunt iuramento adstricti, & alios (si necesse fuerit) idoneos in testimonium recipere non postponas.

Summæ rerum.

1. *IVramentum de non testificando non obligat iurantem, quin productus teneatur dicere testimonium: & quæ sit ratio.*
2. *Etiamsi alij testes haberi possint:*
3. *Vel aliorum testimonia iam sint publicata, ijsúe renunciatum: id.j. per restitutionem in integrum.*
4. *Et quando tali casu restitutio in integrum detur, vel non.*

1. a Iura constrin.) Hinc annotandum est, † iusiurandum
de non testificando præstitum non obligare iurantem, quin
productus in testem, teneatur dicere testimonium. Cum enim
ius dicendi testimonij sit publicum, ad quod etiam inuitus quis
[a] compellitur, consequitur tale iuramentum iure non subsistere [b]: Item cum tendat in præiudicium tertij, non est [c] seruandum: Item iuramentum nunquam ligat ad illicita, & aduersus
dispositionem [d] iuris præstitum. Quæ rationes cum sint generales, consequitur, quo ad cap. nostri effectum non referre, siue
aliundè veritas probari possit, vel non, vt contra Butrium hic
Abb. & Feli. tenent. iura [e] enim simpliciter annullant huiusmodi
iuramentum: nec obstant verba tex. (*si necesse fuerit*) quia non
referuntur ad testes, quibus delatum erat iuramentum, sed ad
2. alios. † Vnde est sensus, quòd antea sint examinandi illi, qui iusiurandum præstiterant, de non testificando: præsumitur enim
pars illos adstrinxisse iuramento, ne testimonium dicerent, qui
melius sciebant veritatem, vnde illi præponuntur: quibus examinatis, si postea visum fuerit necesse, alij possunt [f] examinari.

a. l. si quando. C. de testi. & . ff. de testi. cog. per totum.
b. per not. in c. si diligenti. ff. de foro. compet.
c. c. quamuis. in fi. de pac. lib. 6. Bar. pulchrè in l. Titia. §. Imperator. de leg. 2.
d. c. quanto. j. de iure.
e. c. constitutis. l. i. eo. c. olim. j. de accus. c. quia plerique. de off. ord. lib. 6.
f. Feli. hic.

[b] Publi-

b Publicatum non est) † quia si dicta aliorum testium aperta essent, nec etiã isti possent amplius produci g. Quod tamen Inno. Hostien. Ioan. And. & Baldus ita temperant, vt obtineat de iure communi, quòd per viam iuris communis horum producto sit impermissa: possit tamen, non obstante publicatione vel renunciatione, produci per viam restitutionis in integrum ex clausula generali h, maximè præstito prius sacramento, quòd huiusmodi productio malitiosè i non petatur. Et dicit Bart. k eum, qui per dolum & persuasionem partis aduersæ est aliquid confessus ad præiudicium, posse petere vt ille error retractetur per resti. in integ. ex clausula generali. Nec obstat in proposito timor subornationis, quia vbi in aduersario est dolus, fit doli cum dolo compensatio, secundum Innoc. Bald. & Felinum hîc, qui dicit hæc dicta esse aurea. 3.

g. secundum. gl. hic.

h. de qua in l. 1. ff. de resti. in inte.

i. fac. ad hoc tex. in l. 1. in fi. ff. quando act. de pecu. est annu.

k. in l. non fatetur. & in l. fi. ff. de confes.

Prædicta tamen vt rectè accipias, aduertendum est: † quia in cap. nostri themate ita demum conceditur beneficium restitutionis, post aperta testimonia, si is, cui subtrahebantur testes, ex hoc deceptus non produxerit testes, vt quia cum eis de negotio & materia probanda conferens, dixerant se nihil scire: secus est, quando non ignorabat testes notitiam habere controuersiæ, vel quod iuramento se astrinxerant, non testificaturos. Nam si sciebat se posse producere illos testes, non obstante iureiurando ab ipsis præstito, nec produxit, videtur illis spontè renuntiasse, vel saltem fuit in lata culpa, sicque cessat hoc casu restitutio in integrum ex generali clausula. Si verò credebat propter sacramentum ipsos excusari, ac immunes esse à dicendo testimonio, nec posse produci, tunc errabat in iure, & erat in lata culpa, & talibus non conceditur restitutio ex clausula generali, etiamsi ex dolo partis aduersæ, vel etiam iudicis l læsi sint, quia non allegatur ignorantia iuris in his, quæ sunt inducta ad rigorem iuris conseruandum, qualia sunt m hæc: quod non contemne. 4.

l. Bar. in l. seruo inuito. §. cùm prætor. in vlt. q. ff. ad Trebel.

m. vt per Bar. in l. 1. §. nunciatio. de no. ope. nuncia.

IDEM

IDEM ABBATI ET FRATRIbus de Martura.

CAPVT XIX.

Causam quæ vertitur inter vos & plebanum, & clericos sanctæ Mariæ de Martu. commisimus iudicibus terminandam. Cùmque vtraque pars in eorum esset præsentia constituta, & testes essent hinc inde recepti, & eis ab vtraque parte renunciatum,& attestationes etiam publicatæ, quoddam priuilegium nuper à nobis impetratum, in medium protulistis: & infrà. Iudicibus ipsis mandauimus, vt super alijs capitulis ([a] si qua alia fuerint) [b] ab his super quibus testes recepti sunt, & eorum attestationes publicatæ, testes (si qui idonei producti fuerint) recipiant: & (nullis capitulis [c] nouiter à nobis per vestros nuntios impetratis, quæ contineantur in priuilegio vestro, vel in alijs literis, quas vobis indulsimus, postquam causam ipsam eisdem commisimus, prædictæ plebi in hac causa impedimentum præstantibus) concordia vel iustitia mediante decidant. Quia verò Florentinus episcopus intimauit, quædam capitula eidem priuilegio esse inserta, quæ obuia rationi videntur, illud ad nostram præsentiam cum vestro nuntio transmittatis.

Summæ rerum.

1. *Sicut in causa appellationis, ita & in causa primæ instantiæ etiam post publicationem, licet producere testes super nouis articulis, qui tamen ex veteribus pendeant.*
2. *Secundus intellectus ad hoc cap.*
3. *Instrumenta vsq; ad conclusionem in causa producere licet.*
4. *Priuilegium lite pendente impetratum an valeat: & num. 5.*
6. *Princeps etiam motu proprio concedendo aliquid, in dubio non præsumitur tertio præiudicare velle, idq; exemplis aliquot declaratur: & num. 7. & 8.*
9. *Motus proprius principis licet tollat vitium obreptionis, non tamen alia impedimenta aufert.*
10. *Leges nouæ vtcunq; generales, non trahuntur ad lites iam pendentes.*

Quemadmodum † in causa appellationis, non obstante vel 1.
publicatione, vel renuntiatione testimoniorum, produci possunt testes super nouis articulis, qui à veteribus dependent [a]: Ita idem in causa principali, seu primæ instantiæ, facere permissum est. quia publicatio vel renuntiatio attestationum, non excludet productionem testium circa noua capitula, dependentia
ex veteribus, atque ita tex. hîc vulgò accipitur. † Potest etiam 2.
alio modo textus exponi, vt de antiquis capitulis intelligatur, super quibus testes necdum producti, publicatiq; sint, quoniam apertura certorum articulorum non obstabit, quò minus testes examinentur super alijs. Et vterq; intellectus, in se verus est, potestq; ad hoc cap. adplicari, de quo tamẽ infrà [b] audiemus latius.

a. iuxta c. fraternitatis. §. hoc tit.

b. in c. cùm venisset. §. hoc titu.

a Si quæ alia fuerint) siue antiqua, siue noua, tamen ex veterib. dependẽtia, iuxta ea, quæ suprà [c] suo loco dicta sunt.

c. in d. c. fraternitatis.

b Ab his) scilicet capitulis.

c Nouiter) lite nempe pendente. Mandat ergo Pontifex hanc causam definiri, priuilegio alterius partis non admis-
so. † Sed qua ratione hoc? an non licet instrumenta vsque ad 3.
conclusionẽ in causa producere, [d] cùm in his nullus timor subornationis subsit? Respondet gloss. tacitè huiusmodi priuilegium per surreptionem impetratum fuisse, non facta mentio-
ne litis pendentiæ. † Ex quo consequitur, non valere priuile- 4.
gium lite pendente impetratum: quod Hosti. obtinere putat, etiamsi motu proprio principis siue superioris concessum sit, cique Butr. Imo. & Panor. subscribunt. Inuenio tamen Castr. Ang. & Alex. [e] contrarium tenere, nempe, quòd si priuilegium sit alicui indultum à principe, motu proprio, possit is eo vti, quamuis lite pendente [f] emanauerit. Priorem tamen sententiã tanquam veriorem, (quę & frequentius recepta est) & ipse amplector, tale scilicet priuilegium non officere causæ pendenti,
neq; parti aduersæ: idque tribus potissimũ rationibus. † Primò, 5.
quia pro

d. c. cùm dilectus. §. de fid. inst.

e. in l. qui autem. ff. si quis caut.

f. atq; ita est tex. in c. fin. §. vt li. pen. & l. 2. C. eo. & l. tutor petitus. ff. de excus. tuto.

quia pro regula traditur, quòd princeps etiam concedendo aliquid motu proprio, non videatur præiudicare iuri alterius, nisi
7. si hoc expressè diceret g. † Hinc est, quòd in beneficialibus motus proprius principis non facit, vt is, qui secundario impetrauit, præferatur primo, nisi de eius literis h mentio fiat. Hinc quoque est, motum proprium superioris non præiudicare vnioni, factæ per ordinarium, etiam nondum sortitæ i effectum, quia motus proprius non tollit ius quæsitum alteri in rem vel k ad rem. † Secunda ratio est, quia motus proprius principis, tametsi tollat vitium obreptionis, non tamen tollit alia l impe-
8. dimenta. Tertia: † Nam leges generales fiunt motu proprio m principis, & tamen non trahuntur ad lites pendentes: Idque n Nouella constitutio probat, in qua expressè in med. li. non fieri sacras formas disponitur, quod iudex de causis cognoscens iudicare & procedere in his debeat, secundum generales leges, non secundum formas sacras, & iussiones lite o pendente emanantes. Atque ita communis opinio sustineri defendique potest.

g. iuxtà Bald. in c. ad aures. s. de resc. & est tex. in c. super eo. de off. deleg. & l. 2. §. si quis a principe. ff. ne quid in loco pub.
h. ita Butr. & Calder. in c. mandatum. s. de rescr. & ibi Imo. in penul. col.
i. Gemi. in rep c. postulasti. de rescri. col. 26.
k. alleg. gl. 3. in c. si motu proprio. de præbend. in 6.
l. gl. in cle. Si Romanus. in verbo. validam. de præben. vt hic eam allegat Feli.
m. l. humanum. C. de leg Bar. in auth. quas attestationes. C. de sacro. eccles. 2. col.
n. l. leges. C. de legi. §. 1. in Nouel. vt cum. de app. cogno.
o in nouel. in med. li. non fi. sa. for.

IDEM NOVICEN. EPIscopo.

CAPVT XX.

PErsonas ecclesiarum: & infrà. Verùm si corã te vel alio quolibet negotia ventilentur: nolumus vt aliqui consimili morbo laborantes, si certum sit, a aut legitimè super hoc possint conuinci, si ab alterutra parte testes adducti fuerint, in testimonium admittantur.

Summæ rerum.

1. *COnsimili morbo laborans, prohibetur testificari, & de quo morbo textus loquatur: num. 2.*
3. *Consimilem causam habens an testis esse poßit, & nume. 5.*
4. *Iudex parem causam habens recusari potest.*
6. *Non omne probabile esse certum: & quid sit certum, quod probabile.*

Epitome huius cap. est, † quòd consimili morbo laborans 1.
à dicendo testimonio arceri debeat. De quo autem morbo tex.
loquatur,videndum est.† Et gl. videtur morbum pro delicto ex- 2.
ponere, vt sit sensus, quod pari delicto inquinatus,ad testifican-
dum non sit admittendus. Quod in se verum est, adeò vt nec pa-
ritatem delicti eo casu considerare oporteat: nam etiam dissimile
[a] repellit, satisque est, aliquem esse criminosum. Nec obstat
cap. nostrum,in quo similitudo & conformitas criminis attendi-
tur: quoniam ita de facto acciderat, quòd producerentur com-
plices etiã focij: non tamen inde sequitur,aliter criminosos pro-
pterea esse [b] admittendos. † Porrigunt nonnulli hanc decre- 3.
talem etiam ad eum, qui consimilem causam & litem habet,qua-
si & ille non sit testis idoneus propter affectum , quem ob causæ
similitudinem habere [c] præsumitur. † Hinc est, quòd iudex re- 4.
cusari possit tanquam suspectus,qui causam alibi parem penden-
tem [d] fouet. Et quamuis Hostien. & Butr. reclament, cùm (se-
cundum ipsos) dicta testium non habeant vim decisionis iuri-
dicæ,sed simplicis narrationis facti,quod nõ est in iudice iudica-
turo: † Prior tamen sententia verior est, quia nec etiam ad di- 5.
ctum iudicis alius iudicabit, cùm non exemplis,sed legibus [e] iu-
dicandum sit. Vnde scribit Imola, eum, cui in sua causa pro-
banda sit consuetudo aliqua, si producatur in testẽ ab alio,vt de
eâdem consuetudine testificetur, effici suspectum, ne ex senten-
tia lata possit deinde fundare suam intentionem, tanquam con-
suetudo fuerit obtenta in iudicio contradictorio. Et Panor. ait,
quod si quis in causa propria aduersus Titiũ prętẽdat,ipsum esse
publicũ vsurariũ, & deinde ab alio producatur in testẽ aduersus
eundem Titium, qui eum pariter asserat vsurarium,non sit testis
idoneus propter affectionem [f], quam ad causam habet: vnde
intelligitur similitudo causæ omnis illa,quæ arguit affectionem.
Prædictis adde, quod Baldus [g] alibi scribit,ad probandum quem
esse vsurarium, non esse idoneos testes illos, qui dicant eum ab
ipsis vsuras extorsisse, quia sentiant commodum, cum verisimi-
le sit eos repetituros vsuras in alio iudicio: de quo tamen dicto
vide hîc per Feli. latius, qui hoc satis examinat.

a Aut legi.) † Hinc inferunt Doctores non omne proba- 6.
bile esse certum, cum hîc ponantur vt diuersa. & exponit Ioan.
And. certum pro notorio, quod non indigeat probatione [h]:pro-
babile verò, quod probari possit difficulter, quod Panor.
monet obseruandum, pro statutis, subdens,
omne probabile certum esse na-
tura [i], licet nobis sit
incertum.

a. iuxta c. testimonium. j. hoc tit. vbi dicam.

b. d. c. testimoniũ. & ad hoc quadrat. tex. in c. 1. s. de confes.

c. Spe. de teste. §. 1. vers. Item quod habet consimilem.

d. Io. And. Panor. & Imo. hîc.

e. l. nemo. C. de sent. & interlo. om. iud.

f. arg. c. repellantur. j. de accus. & quod not. Dd. in l. quoniam. C. eo.

g. in l. dictantibus. C. de testa.

h. per c. quoniam. j. de fil. presbyt.

i. l. si prætor. ff. sol. matr.

IDEM

IDEM CONCILIO LAtera.

CAPVT XXI.

IVdæi siue Sarraceni: & infrà. Testimonium quoque Christianorum aduersus Iudæos in omnibus causis (cùm illi aduersus Christianos testibus suis vti præsumant) recipiendum esse censemus. Et anathemate decernimus feriendos, quicunque Iudæos Christianis voluerint in hac parte præferre: cùm eos Christianis subiacere oporteat, & ab eis pro sola humanitate foueri.

Summæ rerum.

1. *CHristiani contra Iudaos, testificari possunt: Iudai verò non admittuntur in testes contra Christianos: fallit tamen, vt num. 3.*
2. *Nec cateri infideles.*
3. *An renunciari poßit huius cap. constitutioni.*
5. *Iudaus conuentus à Christiano, an contra ipsum excipere poßit de crimine.*

1. Christiani † aduersus Iudæos ius dicendi testimonij habent: ipsi verò contra Christianos testificari non possunt, quoniam inter infames iure censentur [a], licet hîc aliud de facto [b] fuerit. Nec obstat, quòd in iudicijs seruanda sit æqualitas, omissa personarum [c] acceptione: quia illud in actore & reo lo-
2. cum habet [d], non in testibus. † Et quod hîc de Iudæis dictum est, hoc etiam ad reliquos infideles, qui Christi nomen non profitentur, porrigendum est, vt sunt pagani, Turcæ, Sarraceni, hæretici: [e] nam & hi pro infamibus habentur. Quod adeò verum est, vt nec priuilegia valeant illis concessa, [f] ne possint con-
3. uinci per Christianos. † Aliquoties tamen & Iudæi, aduersus Christianos in testimonium admittuntur: Primò, si ageretur de conuincendo Christiano olim Iudæo, [g] qui ad Iudaismum reuersus assereretur. Secundò, potest Iudæus à Christiano produci in testem, contra alium [h] Iudæum. Possunt item Iudæi inter se testificari [i]. Tertiò, in testamento potest Iudæus in testimonium [k] adhiberi. Item in alijs contractibus inter [l] viuos. Quartò, ad probandam interruptionem præscriptionis putat

a. l. quoniã. & auth. Gazaros. C. de hæret. gl. in l. 1. C. de sum. trini. & fi. ca.
b. secundum gl. hîc. c. c. 1. & 2. de inut. peti.
d. gl. est sing. in cle. 1. de testi.
e. d. l. quoniam.
f. d. cle. 1.
g. casus & ibi Domi. in c. contra Christianos. de hæret lib. 6.
h. c. si hæreticus. 2. q. 7. gl. in l. 1. C. de sum. tri & fi. ca.
i. d. l. quoniam.
k. d. l. quoniam & ibi Bar.
l. Bald in l. cunctos pop. in o. oppositione. C. de sum. trini. & fi. cath.

m Lud. Romanus iudæum posse produci in testem. Quintò,
in criminibus exceptis (vt est crimen simoniæ, hæresis, læsæ
maiestatis, raptus virginum, & falsæ monetæ,) iudæi testifi-
cari non [n] prohibentur. † Sextò, volunt [o] plerique etiam tum 4
iudæum testimonium dicere posse, si christiani renuncient hu-
ius constitutionis fauori. Sed Io. Andr. [p] & Butr. [q] contra-
rium sentiunt, dum istam inhabilitatem inter alias ponunt, quæ
tacito vel expresso consensu partium non remittuntur: quia
hoc esset dare fauorem iudæo vel hæretico, quod iure prohi-
bitum [r] est. Idemque voluit Ioan. de Ana. [s] quia siue di-
camus constitutionem factam in odium iudæorum, tunc
tali priuilegio renunciare christianus nequit, per id quod in si-
mili de senatusconsulto Macedoniano dicitur [t]: siue dicamus
hoc inductum fauore christianæ fidei, & adhuc idem erit [u] di-
cendum. † Hoc etiam non est ignorandum, quòd iudæus 5.
conuentus à christiano, possit aduersus testem christianum ex-
cipere, quòd sit criminosus, si huiusmodi crimen sit inductum,
secundum legem veteris & noui testamenti, cùm hæc faciat se
defendendo [x]: secus si crimen esset tantùm secundum ve-
terem legem, quod Host. Io. And. & Abb. hic se-
quuntur, vbi videri latius potest.

m. in l. pactum dotali. C. de collationib.
n. d. c. si hæreticus & c. in fidei fauorem. de hæret. lib 6.
o. gl. pen. d. l. quoniam. Spec. de teste. §. 1. vers. item quod est Iudæus.
p. ibi in addi.
q in c. bonæ. de elec.
r. c. excommunicamus. ∫. de hæret
s. in c. cùm sit. ∫. de iud.
t. l. tametsi. ff. ad S. C. Maced.
u. per c. Si diligenti. ∫. de fo. compe
x. c. cùm inter. in fi. de excep.

IDEM MATTHEO CARDI.

CAPVT XXII.

SVper eo, quòd à nobis tua deuotio postulauit, vtrùm viro negante se mulierē [a] affidasse, ipsius mater mulieris, & altera mulier possint ad testimonium recipi. Con. t. t. r. quòd [b] cùm mater filiæ [c] incrementum & honorem videatur diligere, vbi vir superior est [d] diuitijs & nobilitate, potentia vel honore, testimonium eius videtur esse suspectum: & ideò non esse aliquatenus admittendum. Super illa verò quæstione quam fecisti, an mulier coniungenda nō sit viro, pro eo quòd sola mater alterius eos esse consanguineos confitetur: Respondemus, quòd si non est firmatum matrimonium inter eos, matre asseuerante ipsos esse consanguineos, [e] non debebunt coniungi: quia

quia præsumtio non est modica, quòd se linea consanguinitatis attingant. Si verò matrimonium est firmatum, non debet sine plurium iuramento dissolui.

Summæ rerum.

1. *AFfidare verbum quid significet.*
2. *Mater an in causa filiæ testificari possit.*
3. *Mulieres corruscant radijs maritorum.*
4. *Quatuor qualitates, quibus alter alteri maior censetur.*
5. *Quandoq; vnus testis plenè probat.*

a Affidasse) Idest, sibi coniunxisse per verba de præsenti. Idem Hostiensis putat in sponsalibus. Sed Io. Andr. dicit, testimonium in sponsalibus non adeò suspectum esse, sicut in matrimonio.
1. † Affidare autem est verbum barbarum, significans, fidem alicui dare super facto aliquo. Sensus ergo hic est, quòd vir negabat mulieri dedisse fidem, quòd eam vellet habere in vxorem, seu secum contraxisse nuptias.

2. b Cum mater) † Repellitur ergo hic mater à munere dicendi testimonij, propter suspicionem, quæ ex eo nascitur, quòd mater filiæ incrementum & honorem diligere videtur, si vir sit superior. Ex quo argumentum ducitur, quod vbi ex contractu cum filio seu filia inito, honor & incrementum illi non accrescit, mater in causa filiæ testificari possit: cessat enim causa suspicionis, idq; glossa hic rectè docet. Si tamen parentes valdè honesti sint, tum non attenta hac maioritate, eos etiam in casu capituli nostri admittendos esse crebrius placuit. Hinc dicit Hosti. hoc esse arbitrarium [a]: possent enim circumstantiæ subesse, propter quas parentes iudicarentur non suspecti, puta quia nobilis ardenter adamabat plebeiam, valdè formosam, quam aliàs habere non poterat, nisi cum ea contraheret, & parentes aliàs sint honesti. Cessantibus verò circumstantijs, iure qualitas facit testimonium parentum suspectum.

a. l. 3. ff. eo. c. praeterea eisi in nostra. ſ. eo.

3. c Incre. & ho.) Est enim honor & incrementum mulieri, si nobiliori vel potentiori nubat, † quoniam mulieres radijs maritorum corruscant [b], non econtra: et hunc honorem retinet mulier etiam soluto matrimonio, [c] donec vidua manet.

4. d Diuitijs) Obserua quatuor qualitates, quibus aliquis dicitur maior altero, videlicet diuitias, nobilitatem, potentiam & honorem: & pondera diligenter alternatiuam *(vel)* quia illa repetita censetur [d]. in alijs nam sat est, [e] si vir in altera qualitate præponderet vxori.

b. in l. fi. C. de incol. lib. 10. l. fæminæ. ff. de senat.
c c. licet. §. mulier. de sepult. lib. 6.
d. arg. c. secundò requiris.. ſ. de app.
e. Ita Spec. de teste. §. 1. in pr. vers. sed nunquid sufficit.

 e Non

d Non debebunt) Habes ergo hic casum specialem, vbi vnius testis asseueratio plenam fidem facit, nempe cum ad matrimonium impediendum [f] agitur. Quod Panor. ad generalem thesin trahit, quod vbicunque ad impediendum peccatum agitur, nec principaliter ius alterius diminuitur, sufficiat vnius testimonium. Regulariter verò dictum vnius hominis, iustam fidem non [g] meretur. Sunt tamen præter casum hic relatum, & alij consimiles, vbi vnus testis plenè probat, quos apud Specul. [h] Iasonem [i] & Bertha. [k] suis locis congestos habes: ad eos fit remissio, & aliqua in proximè sequenti cap. dicentur.

f. c. præterea. 2. ∫. de sponsa.
g. l. iurisiurandi. C. de testib.
h. tit. de teste vers. hoc tamen fallit.
i. in l. admonendi. col. 73. vers. & qui sint casus. ff. de iure.
k In suo reperto. in verbo testis ver. testes quot & quales.

IDEM.

CAPVT XXIII.

Licet vniuersis: & infrà. Quia non est licitum alicui christiano, & multò minus crucis Christi inimico, vt causæ suæ vnius tantùm testimonio quasi legitimo finem imponat. Mandamus quatenus, si inter vos & quoscunque Iudæos emerserit quæstio in qualibet causa Christiani, & maximè clerici: non minus quàm duorum vel trium virorum, qui sint probatæ vitæ, & fidelis conuersationis, testimonium admittatis, iuxta illud dominicum: In ore duorum vel trium testium stat omne verbum. Quia licet quædam sint causæ quæ plures quàm duos exigant testes, nulla est tamen causa, quæ vnius tantùm testimonio (quamuis legitimo) terminetur.

Summæ rerum.

1. *Epitome huius cap.*
2. *Dua regula ex hoc cap. colligenda.*
3. *Plures casus recensentur, in quibus vni testi creditur.*
4. *Duo testes in qualibet causa sufficiunt.*
5. *Casus aliquot recensentur in quibus duo testes non sufficiunt.*

Epitome

1. Epitome huius cap. est. † Sicut Christianus non fundat probationes ad decisionem causæ in vno teste: ita nec Iu-
2. dæus, † quia licet interdum leges duobus non sint contentæ, vnus tamen nunquam sufficit: duo autem sic.
3. † Prior regula multas exceptiones recipit, vbi vni testi creditur, videlicet si concurrant alia [a] adminicula. Item vni medico, si plures desint in loco [b]. Item in causis parui & modici momenti, [c] si persona sit honesta. Item si testator velit dicto vnius fidem [d] adhiberi. Item nuntio publico soli creditur. Item notario asserenti manu sua scriptum esse instrumentum, de quo dubitatur. Item plenè creditur soli testi ad impediendum [e] matrimonium. Item vnius creditur testimonio, quando nulli principaliter præiudicium infertur: vt si dubitetur, an quis baptizatus, [f] vel ecclesia consecrata sit. Vnde infert Baldus hic, clericatū docēri posse vnico teste, quoniā actus iste de se & sui natura inspecta nemini principaliter præiudicat. Item ex consensu partium potest fieri, [g] vt vnus testis plenè probet: nam & testimonio aduersarij stari potest, altera parte non [h] repugnante. Quod verum est, si partes tam in persona quàm dicto testis, conueniant: secus si in persona tantùm, quia tum semiplena probatio solùm inducitur, licitumque erit, eius dictum [m] infringere. Item testificanti de facto proprio non alieno, soli [k] creditur. Item testis vnicus roborare potest instrumentum [l] rasum. Item reuelanti conspirationem, vel crimen læsæ maiestatis, vel insidias pontifici aut principi structas, soli [m] creditur. Item soli papæ, cardinali, regi, [n] creditur. Item soli episcopo in foro seculari: [o] sed hoc est antiquum, nec seruatur in foro ciuili de consuetudine. Item soli sacerdoti de pœnitentia peracta de peccato. Sunt & aliæ pleræque exceptiones, quas apud Doctores [p] require.
4. † Ad alterum axioma quod attinet, pro regula traditur, duos testes in qualibet causa sufficere: quæ regula non solùm legibus Romanis, & apud gentes ita semper [q] obseruata est, verùm etiam
5. sacris literis [r] confirmata. † Sunt tamen causæ, in quibus cum maxima sit committendæ falsitatis suspicio, & latior occasio, plures testes, quàm duo sint necessarij: vt in testamento siue vltima voluntate, quam iterum declarare defunctus non potest, septem testes adhibere [s] oportet: In codicillis & donatione causa mortis [t] quinque sunt necessarij: Totidem requiruntur, si in ciuitate contrahatur per literas, cum imperito [u] literarum: Item si quis depositum suum testatum esse velit, iubent leges adhiberi [x] tres testes. Item in inuentario conficiendo testes tres exiguntur, & si qui sunt casus similes: quos Doctores passim annotant, magis præcipuos retulisse sufficiat.

IDEM

a. l. admonendi de iure l. in bonæ fidei. C. eo.
b. l. proposuisti. ff. de proba. tex. in §. quod autem. vers. nec In-no. de non alie.
c. Butr. in c. veniens. ī. eo.
d. Bar. in l. Theopompus instr. de do. præle.
e. c. proximè præced.
f. c. cum itaq. c. paruulos. de consecra. dist. 4. gl. hic fin.
g. l. stipulatio §. sed vtrùm. ibi Bar. de verb. oblig.
h. l. fi. C. de sent. pal. l. fi. C. de fidei.
i. l. si quis testib. C. de testib. Ias. in l. admonendi nu. 200. de iure.
k. Castr. cons. 36.
l. Bald. l. si veritas. C. de fide.
m. c. si quis 99. dist. & 6 q. 1. §. verùm.
n. c. 1. de renun. in 6. cle. 1. de testi. c. ad apostolicæ de re iud. 6. §. ff. Cast. consi. 37. priusquam.
o. 11. q. 1. quicunq.
p. Ardu. l. disti. in capite.
q. Ias. in l. admonendi. de iure. Spec. de teste. vers. hoc tamen fallit. Bertachi. verbo testis. vers. testes quot & quales.
r. Feli. c. veniens. ī. eo. l. vbi numerus. ff. de testi. c. in omni. hoc tit. c. nouit. ī. de iudi. cum simi.
s. vt hic & Deut. 19. Matth. 18. Luc. 17.
t l. hac consultiss. §. 1. de codi.
u. l. fi. C. de codi. l. fin. de do. cau. mortis.
x. auth. sed nouo. C. fi. C. de test. l. vlt. C. cer. pe.
y. pe. §. si quis igitur. in nouel. de instru. fid. & cau

IDEM FIRMAN. EPISCOPO.

CAPVT XXIIII.

IN literis: & infrà. Quidam nobilis tui episcopatus quandam sibi legitimè copulans, cùm eam in domo ferè per septennium tenuisset, consobrinam patris eius antequam eam duceret se asseruit [a] cognouisse: ad quod probandum testes de familia sua tres produxit. Respondemus igitur, vt (si res ita se habet), pro illorum testimonio[b], ipsum ab vxore nulla ratione diuidi patiaris, nec contra ipsos aliquos audias, nisi probatæ essent vitæ & opinionis, de quibus verisimile non esset, quod deberent pro aliquo deierare.

Summæ rerum.

1. EX illicito coitu contrahi affinitatem iure canonico.
2. Domestici non sunt idonei testes: & num. 5.
3. Qui dicantur domestici.
4. Domestica furta.
6. Domesticus in generali significatione.
7. Casus recensentur, in quibus domestici testimonium admittitur: (& nu. 10.
8. Explicata l. consensu. C. de repud.
9. Baldi intellectus ad hoc cap.
11. Vt quis dicatur domesticus, quod nam tempus sit respiciendum.
12. Cautela, vt domestici possint pro idoneis testibus haberi.
13. Iudicis officium in examinando eo, qui desierit domesticus esse.

a Cognouis.) † Nam & ex illicita coitione inter virum & consanguineos mulieris: item inter mulierem & consanguineos viri contrahitur affinitas, quæ adeò efficax est iure canonum, vt matrimonium postea contractum impediat dirimatque, secus si contractis iam nuptijs subsecuta fuisset huiusmodi affinitas: qua de re suo loco [a] Doctores latius tractant. 1.

a. in c. discretionem. j. de eo qui cog. cons. vx. suæ.

Cæterùm ex hoc cap. annotant Doctores communiter generalem regulam: † domesticos non esse admittendos ad fidem testimonij, pro eo [b] de cuius domo producuntur. † Domesticos autem intelligunt non solùm eos, qui ratione patriæ, vel dominicæ potestatis alicui subiecti sunt, sed omnes qui in eâdem 2. 3.

b. vt hic & l. pen. ff. de testi. l. 2. C. eo. tit.

domo cohabitant, [c] vt sunt liberti, famuli, mercenarij, & simi-
4. les. † Nam *domestica*, vt [d] alibi iurisconsultus ait, *furta vocan-*
tur, quæ serui dominis, vel liberti patronis, vel mercenarij ijs, apud quos
degunt, surripiunt. Et rursus [d] *si quis*, inquit, *ex familiaribus vel*
5. *ex seruis cuiuslibet domus &c.* † Volunt tamen pleriq; eos, qui in
eâdem domo æqualiter cohabitant, in hac materia non dici do-
mesticos, vt propterea repellendi sint à testificando, sed neces-
6. se esse, vt aliqua ratione producenti subiecti quoq, sint. † Do-
mesticitas enim simpliciter sumpta, importat quandam subiecti-
onem largo modo. Nam & alibi [f] ista vt diuersa ponuntur, fa-
miliares, vel de domo prodeuntes. Ex quo conficitur, non o-
7. mnes cohabitantes in eâdem domo censeri domesticos. † Quam-
uis autem non sunt idonei testes, quos actor de sua familia pro-
ducit: si tamen ex probata domesticorum constantia & simplici-
tate, cesset suspicio, nec sint aliæ probationes, admittendos eos
esse Bartolus [g] existimat. quoniam plerunque res domi gestæ
per alienos non faciliter doceri [h] possunt. Amplius dicit Bar-
tolus, domesticos in his, quæ verisimiliter melius per eos sci-
8. untur, non solùm admitti, verumetiam præferri alijs: † Vi-
detur tamen textus noster repugnare huic limitationi, cùm ha-
beat conformitatem cum casu. l. consensu C. de repud. vbi a-
dulterium, & similia, quæ domi aguntur, possunt in defectum
probationis doceri per seruos & ancillas: cuius contrarium hic
disponi videtur. Respondet Panor. illud speciale esse, cùm agi-
tur inter maritum & vxorem, & de his, quæ domi acta dicun-
tur: secus vbi de dirimendo, vel probando matrimonio tracta-
retur. Sed hæc responsio nimis restringit allegatam l. consen-
su. Ex ea enim sequeretur, quòd per domesticos & familia-
res, non posset vllus actus in præiudiciũ penitus extranei pro-
9. bari, quod cum prædictis legibus pugnat. † Ego Baldi intel-
lectum ad cap. nostrũ adprobo, existimantis, domesticos in cap.
nostri themate non simpliciter propter domesticitatem repulsos
fuisse à testificando, sed quia non erant honesti. Inhonestas au-
tem inde colligebatur, quod se facto inhonestè perpetrato in-
terfuisse asserebant. Nam & alibi [i] faciens stuprum adulteri-
umúe, & fieri suadens, æquiparantur. & sic tanquam participes
& socij criminis prohibebantur dicere testimonium. Vnde me-
ritò dicit Inno. [k] quòd si honestæ fuissent personæ, non pro-
cessisset textus nostri determinatio. Atq; ita intellige d. l. con-
sensu. Et pro hoc facit etiam, quod mater & similes testificantur
in talib. etiam in præiudicium matrimonij [l] consumati. Vnde
non est diuersa ratio in domesticis honestis. Et hunc intellectum
10. sensit quoq; glossa alibi [m], sequiq; videtur Feli. hic. † Rursus non
obtinet supradicta regula, in personis, quæ tẽpore ferendi testi-
11. monij desierunt domestici esse. † Nam vt domesticus aliquis
reputetur, æstimandũ est tẽpus dicendi testimonij, tum. n. reue-
ra quis nõ sit in domo ꝓducentis, etiamsi tempore gesti negotij
fuerat,

c. Ita Bald. in d. l. 2. & est tex. in l. respiciendum. §. delinquat. ff. de pœnis.
d. in d. l. respiciendum. & l. si quis C. de his qui accu. non pos.
e. tex. & ibi gl. & Bald. in c. 1. circa prin. qualiter iur. deb. vas. fidel. & c. pen. 2. q. 5.
f. in d. l. 2.
g. in l. consensu. §. super plagis. C. de repud. c. veniens. in fi. ſ. hoc tit. tex. opt.
in l. quoties. C. de naufr. lib. 10.
h. textus est in c. super prudentiam. 13. q. 2.
i. l. hæc verba. ff. ad l. Iul. de adul.
k. hîc.
l. c. noster. ſ. qui ma. accus. pos. et c. super eo.
m. 14. q. 2. in summa. in fi.

fuerat,non est, cur repellatur. Sicut ex diuerso,si tunc in domo
eius habitet,cum haud ita pridem alibi habitasset, vtiq; inter do-
mesticos numerandus [n] est. † Itaq; pro cautela traditur, si quis 12.
destituatur testib. alijs, præter famulos & domesticos,quòd ipse
eos dimittat, ac postea in testes producat: poterunt enim testi-
ficari,dummodò nõ sint dimissi simulatè. Simulatio autem pro-
bari poterit ex coniecturis, maximè si lato testimonio ad prio-
rem conditionem dimissus mox reuertatur, [o] secus si ex inter-
uallo. Ex eo vero solo si appareret aliquem dimissum esse,ratio-
ne ferendi testimonij, non poterit fraus colligi, quia non de-
bet esse in dolo, qui parat sibi probationem per aliquod factum,
sine qua aliàs [p] succumberet. Nec obstat quod alibi [q] seruo
ad hoc manumisso, ne torqueatur non prodest manumissio:
quia subtrahere probationem aduersario vtiq; est dolus, qui
prodesse nõ debet, hoc [r] ꝓcuranti. sed parare sibi probationem
non est illicitum: [s] quod nota quia [t] Spec. & [u] Bar. consenti-
unt. † Putarim tamen cum Baldo, ad iudicem spectare, vt 15.
diligenter interroget famulum, quare dimissus fuerit à domi-
no, & an sit reuersurus, tum enim si non sit vilis & suspecta
persona, [x] poterit testificari. Et prædicta ad quem-
libet domesticum extendenda sunt, qui
domesticus esse [y] desijt.

n. l. 1. §. item Nummio. ff. de quæstio.
l. notionem. in fi. ff. de verb. signi.
o. l. si ventri. in fi. ff. de priui. cred. l. petetis, C. de pac. cum similib.
p. l. at qui natura. §. cùm autem. in tex. & gl. ff. neg. gest.
q. in l. 1. §. si seruus. ff. de quæstionib.
r. vt ibi.
s. ita Cy. in d. l. 2. & Io. And. ad Spe. de teste §. 1. vers. quid si olim. Fel. hic.
t. vbi s.
u. in d. §. si seruus.
x. arg. l. quicunque. in fin. & l. mancipia. C. de ser. fug.
y. vnde Salt. diffusè in l. seruus. C. de quæstionib.

VRBANVS TERTIVS.

CAPVT XXV.

CVm venisset ad apostolicam sedem magister M. nobis exposuit, quòd Lucius pa. præ. n. [a] causam quæ inter ipsum & abbatem de Sicolan. vertebatur, commisit iudicibus sine debito terminandam: & infrà. Mandamus quatenus, si [b] sententiam illorum noueritis [c] canonicè promulgatam, eam authoritate ap. confirmetis, nec appellatio illam impediat, quæ hæc interposita dicitur [d] occasione mortis præ. n. [e] cùm postea egerit & responderit, testesque duxerit producendos. Quæstiones quoque alias, super quibus testes fuere producti, & depositiones publicatæ eorum, vel renuntiatum fuit testibus hic & inde [f] nullis alijs ab

lijs ab alterutra parte super eodem receptis, secundum tenorem ipsarum mediante iustitia terminetis. Si quæ verò [g] fuerint quæstiones, super quibus vel testes non fuerint producti: vel renunciatum eidem: audiatis si qua hinc inde proposita fuerint, finem illis debitum imponentes.

Summæ rerum.

1. *QVando diuersa sunt capitula alicuius causæ, potest iudex diuidere processum.*
2. *Canonicè, & legitimè, idem significant.*
3. *Petens sententiam exequi, quæ in rem iudicatam transit, non tenetur de iustitia sententiæ dicere.*
4. *Morte delegantis an & quando extinguatur iurisdictio delegati.*
5. *Quando lis dicatur cœpta geri.*
6. *Citatio est initium iudicij.*
7. *Morte mandantis, an ipso iure finiatur iurisdictio delegata, vel exceptionis.*
8. *Post appellationem procedens coram iudice à quo, censetur appellationem deseruisse.*
9. *Cautela, vt post appellationem nihil amplius agatur coram iudice (à quo.*
10. *Publicatis attestationibus non admitti alios testes super eisdem, vel directò contrarijs articulis.*

a Causam) quæ scilicet super diuersis articulis siue con-
trouersijs mota erat: super vno lata fuit sententia, super alijs
producti testes & renunciatum, super alio non renunciatum, li-
1. cet producti essent testes, vel non producti. † Vnde per illum
tex. tradit Baldus, quod vbi diuersæ sunt controuersiæ (quæ
hic vocantur capitula) potest iudex diuidere processum per sin-
gula capitula, & in vno pronunciare, in alio testes publicare, &
in alio differre. Sic & alibi [a] probatur, iudicem, coram quo in-
tentantur diuersa malcficia, possit vno suspenso pronunciare de
alio. Per quæ moderanda sunt, quæ scribit alibi Barto. [b] vide-
licet, quod licet iudex possit constituere tempus ad probandum,
quando plures articuli sunt simul compatibiles: ad hoc tamen
faciendum necessariò non obstringatur, sed possit huiusmodi ar-
ticulos sigillatim ac disiunctim discutere. Hæc tamen diuisio
processus causę locum habebit in capitulis omninò diuersis, aliàs
non, [c] nisi de certis capitulis facta esset concessio vel oblatio, nam
de illis iudicari posse, idem [d] Baldus censuit.

b Sententiam) latam super vno ex capitulis commissis.

2. c Canonicè) id est, legitimè. † Idem enim hæc duo [e] significant.

a. in l. si quis homicidij. C. de accusa.
b. in l. fi. de ser. & l. 1. de re iud.
c. l in hoc iudicio. ff. fa. herci.
d. per l. quidam existima. ff si cer. pet. l. qui solidum. in pr. de leg 2. & l. siquidem. C. de transact. l. post decisionem. C. de furt.
e. c. lator. iuncto pr. cium fi. ẽ de re iudi.

Q

gnificant. Porrò verbum *(legitimè)* respicit ordinem, & solennitatem [f]. Ex quo sequitur, † quòd petens confirmationem sententiæ, quæ transiuit in rem iudicatam, non habet necesse, vt de iustitia sententiæ doceat, vt Feli. tradit.

d Occas. mor.) exceperat enim alter litigantium, mandatum extinctum per mortem papæ re integra, & quia non audiebatur, appellauit. † Hinc colligunt interpretes, morte dele- 4.
gantis, extingui iurisdictionem delegatam: quod verum est, re adhuc existente integra, hoc est, cùm nec dum cœptum est aliquid geri à delegato: nam si cæptum sit aliquid geri, tum res non dicitur amplius integra. quare pro cautela tradi solet, mox sollicitandũ esse delegatum iudicem, v t actum aliquem iudicialem exerceat. † Quando autem res dicatur cæpta geri, perpe- 5.
tua ferè lis est inter Doctores. Accursius enim [g] existimat, non antè cœptam censeri iurisdictionem, quàm lis sit contestata [h]. Hosti. ait, quod dicatur cœpta geri iurisdictio, per quemcunque actum iudicialem, quem fecerit delegatus, etiam ante decretam citationem, vt quia recipiat commissionem iudicialiter. Receptior tamen est eorum [i] sententia, qui id per citationem decretam ac emissam contingere existimant. † Citatio enim est in- 6.
ceptio ac principium causæ iudicialis, [k] siue iudicij. Si ergo cœpta sit geri res, tum perpetuata censetur esse iurisdictio, adeò, vt morte mandantis non amplius expiret. † Illud tamen dubitari 7.
solet, an morte mandantis ipso iure extinguatur iurisdictio delegata, vel tantùm ope exceptionis, hoc est, quod etiam post mortem mandantis, gestum a delegato vires habeat, si aduersus eũ non excipiatur à parte aduersa? Respon. quamuis Inno [l] voluit, ope tantùm exceptionis finiri: hoc tamen vulgò improbatur, quia imò ipso iure extinguitur, ac si nunquam delegata esset. Ita enim alibi [m] pontifex ait, *volumus ipso iure extingui*: atque ita Glo. hic, & Specul. alibi [n] tenent.

e Cum postea egerit) nempe post appellationem interpositam: sicque interpositæ appellationi tacitè renuntiauetit. † Si quis enim post prouocationem pgrediatur in causa co- 8.
ram iudice, à quo prouocauit, huic renunciasse [o] censetur. † Ita- 9.
que oculatum esse appellantem oportet, ne apud iudicem, à quo prouocauit, rursus extra grauaminum allegationem, nisi coactus iure, in ea causa agat quicquam, sed disertè protestetur, se id non facere animo discedendi ab interposita appellatione, neque vlla alia ratione, nisi quatenus de iure teneatur: alias appellationem deseruisse videtur [p], camque amplius exercere non permittitur.

f Nullis alijs) † Propter regulam, qua dicitur, post pu- 10.
blicationem testimoniorũ, vel renuntiationem productionis testium, alios testes non amplius admitti super eisdem capitulis, vel di-

f. c. consanguinei. in tex. & gl. eo. tit.
g. in l. & quia. ff. de iurisd. om. iud.
h. c. relatum. s. de off. dele.
i. Inno. in c. licet vndiq. s. de offi. dele.
k. tot. tit. ff. de in ius vo. tex. expressus in c. gratum de off. deleg. per quod corrigitur præcedens cap relatum. Ita Ias. in d. l. & quia de Iurisd.
l. in d. c. licet vndique.
m. tex. est. in c. fin §. officiũ. de offi. dele. in 6.
n. tit. de offi. deleg. §. restat. vers. quid si.
o. gl. & Ioan. And. in c. si à iudice de app. in 6. fa. c. relatum. s. de offi. deleg.
p. d. c. relatum. s. de offi. dele. gl. & Io. And. in c. si à iudice. de app. in 6.

vel directò q contrarijs: quam regulam suprà suo loco r illustrauimus. q. cle. 2. de testi. r. s. in c. fraternitatis. hoc tit.

g Fuerint quæstiones) id est, capitula siue articuli: nec interest siue de antiquis, siue de nouis, quæ tamen ex veteribus dependent, textum accipias: vtroque enim casu procedit huius vers. dispositio. Siue enim capitula sint noua ex antiquis pendentia, siue antiqua super quibus non sit facta productio testium, vel renunciatio, poterunt alij testes recipi, non obstante, quòd super quibusdam articulis testes producti sint, eorumque testimonia publicata. Publicatio enim siue renunciatio in certis capitulis non impedit productionem in alijs, iuxta ea, quæ t suprà docuimus & quæ hic Panor. ad finem capituli tradit. s. in c. cùm causam. hoc tit. t. in d. c. fraternitatis. hoc tit.

CLEMENS TERTIVS.

CAPVT XXVI.

Series tui rescripti nobis aperuit, quòd cùm nuper inter filios quorundam nobilium tuæ ciuitatis coniugalis quæstio tractaretur: & infrà. Pars quæ matrimonium a accusabat, testes produxit legitimos, qui consanguinitatem inter prædictos esse firmiter asserebant, b in primò gradu, ponendo duas personas B. videlicet & I. dicentes illos esse fratrem & sororem. pars autem opposita id falsum esse dicebat. B. scilicet esse sororem I. ad corroborandam assertionem suam, tam testes offerens, quàm publicum instrumentum. Vnde quia pars accusantium testes illos non esse recipiendos proponit, & tu non esse consuetudinem ecclesiæ affirmas, vt post receptos testes qui consanguinitatem secundum formam canonum computant, alij ex opposito admittantur. Præsenti pagina respondemus, quòd si non est illud canonicum quòd obsistat, non obstante illa consuetudine vtpote c iuri contraria, d testes recipere non omittas.

Summæ rerum.

1. *Epitome vel summa huius cap.*
2. *Accusare, impropriè pro agere ciuiliter, hîc accipi.*
3. *Accusatio criminalis vel ciuilis, non ex verbis, sed ex conclusione discernitur.*
4. *Ad probandam consanguinitatem sufficit à primo gradu computationem facere.*
5. *Consuetudo, de qua in textu, quomodo contraria iuri fuerit.*
6. *Verus & communior intellectus ad hoc cap. quod in causa matrimonij speciale sit, vt post publicationem admittantur alij testes.*
7. *Cur in causa matrimonij non attendatur timor subornationis.*
8. *Diuersitas inter hoc cap. & c. iurauit ĩ. tit. de probati.*
9. *Panor. notatur.*
10. *In quæstione coniugij etiam post publicata testimonia alios testes recipi posse.*
11. *Vbicunq; versatur peccatum, publicatio productioni testium non obstat.*

Difficile reputatur hoc cap. propter varios ac diuersos intellectus, qui à Doctoribus traduntur. Sed secundum intellectum vulgatiorem, & (iudicio meo) saniorem, potest text. in huiusmodi epitomen contrahi. † Publicatio attestationum, 1. quæ aduersus matrimonium receptæ sunt, non impedit productionem aliorum testium, ratione peccati euitandi.

a Matri. accusabat) † Impropriè loquitur, quia hîc 2. ciuiliter agebatur, ad dissolutionem coniugij, propter consanguinitatis obstaculum. Accusatio enim propriè est in criminalibus, [a] quando criminaliter experimur ad pœnam condignam imponendam, & ad publica iudicia pertinet. Vnde infert Panor. non viciari libellum, etsi impropriè ponantur verba: † Item 3. accusationem criminalem vel ciuilem non discerni ex verbis, [b] sed potius ex conclusione.

a. c. qualiter & quando 2. de accus.
b. Bar. l. 1. C. de vsufr. Feli. hic. Bar. in l. scire debemus. ad fi. pri. ff. de verb. obli.
c. in c. tua. ĩ. de consan. & affi.

b In primo gradu) † sufficit enim ad probandam con- 4. sanguinitatem, à primo gradu, scilicet a fratrib. & sororib. computationem facere, nec est necesse incipere à stipite, id est, communi parente, à quo illi descenderunt, id quod alibi [c] latius expressum habetur.

c Iuri contraria) Sed quomodo erat iuri contraria hæc consuetudo? Ego puto eam fuisse iuri contrariam, quia prohibeat, veritatem inuestigari ad peccatum euitandum. Nam si qui testes consanguinitatem inter personas aliquas coniugales asseruissent, mox dirimebatur matrimonium, nec admittebantur alij testes, per quos doceri potuisset, priores testes falsò deposuisse,

posuisse, vel inter personas illas non esse consanguinitatem, in gradu prohibito, vt sic coniugium falsis assertionibus testium dissolutum rursus conciliaretur. Sic ergo huiusmodi consuetudo tendebat in periculum animæ, quia coniugium legitimè copulatum dirimebat, nec huic subueniri per alios testes [d] patiebatur.

d Testes recipere) Sed nónne obstat iuris trita regula, quæ dicit, post cognitas testificationes, siue aperta testimonia, non recipi testes super eisdem articulis, vel directò contrarijs, cùm subsit timor subornationis? Quomodo ergo hîc probata consanguinitate, post publicationem testium admittuntur alij, ad eandem improbandam? Nam & alibi [e] decisum extat: Si in matrimonio contrahendo probatum sit impedimentum consanguinitatis, eiusque probationis attestationes publicatæ, quòd alij testes non admittantur, qui defectum impedimenti docere, sicq; matrimonio contrahendo subuenire contenderent. Huius tollendi obicis ratione, varij intellectus sunt proditi ad hanc de-
6. cretalem, quos apud gl. & Doctores hîc reperire est. † Ego communiorem intellectum amplector, nempe, quòd in causa matrimoniali speciale sit, vt testes produci possint, etiam post aperta ac cognita testimonia, [f] siue is, qui testes producere intendit, id faciat pro matrimonio conseruando, [g] siue ad illud impugnan-
7. dum. † Nec obstat si obijcias, mirum esse, quòd in nostra specie non attendatur timor subornationis, & sic falsitas, cùm agatur de maximo præiudicio: Quia ex Baldi sententia responderi potest, in alijs caußis non solùm respici prædictum timorem, sed etiam tacitam conclusionem resultantem ex publicatione, & vt sit litium finis, [h] qui respectus cessat in quæstione matrimonij. Per supradicta adparet, in nostro casu plus ponderari rationem peccati, quàm timorem subornationis, quem iudex cautè prouidere potest, recipiendo prius iusiurandum purgationis à dicta
8. suspicione, sicut [i] suprà ex Baldo quoque annotauimus. † Non obloquitur huic intellectui decisio cap. iurauit, suprà de proba. Hîc enim non poterat omitti hæc probatio, sine periculo animæ, cùm ageretur de matrimonio iam contracto: ibi verò nullum suberat periculum in non contrahendo, vt ibidem latius diximus. † Et quamuis Panor. istum sensum non conuenire cap. no-
9. stro existimet, quia in eo nulla fiat mentio publicationis: hunc tamen verum esse probant hæc verba textus *(pars autem opposita id falsum esse dicebat)* Hoc enim dici non poterat, si alios testes producere volens, non didicisset priorum testimonia: quod instar publicationis regulariter sufficit ad excludendam vlteriorem productionem testium. Et ex hoc intellectu infertur: primùm, quòd in quæstione coniugij etiam post apertas testificationes recipiendi sunt alij testes, cùm versetur in eo peccatum per partes non remissibile. † Deinde, quòd vbicunque versatur eius-

d. fa. tex. in c. licet ex quadam. j. hoc tit. faciūt etiam huc quæ diximus in c. iurauit. s. de probatio.

e. fa. c. iurauit. s. de probat.

f. c. sicut. j. de spons. & c. ex tenore. j. hoc tit.

g. per rationem. c. licet ex quadam. j. h. tit. nostro. vide de hoc latè Abb. & Feli. in d. c. iurauit.

h. per c. lator & c. consanguinei. j. de senten. & re iud.

i. ad fi. d. c. iurauit.

tur eius-

tur eiusmodi peccatum, non obstet publicatio productioni testium, de quib. vide quæ vberius scripsi in d. c. iurauit.

CELE. III.
CAPVT XXVII.

PRæterea cùm quis accusatur aliquam cognouisse: an sint testes interrogandi de visu, aut sola viciniæ fama sufficiat, vel si iuratis testibus sit credendum, qui se carnalis copulæ conscios esse fatentur, sed de visu nihil affirmant? Respondemus, quòd si testimonium conueniens de visu reddatur, vel etiam de auditu, & præsumtionem violentam famæ consentiens subministret, ac alia legitima adminicula suffragentur, standum est testimonio iuratorum. Etenim circumspectus iudex atque discretus motum animi sui ex argumentis & testimonijs quæ rei aptiora esse comperit, confirmabit.

Summæ rerum.

1. *QVæstiones huius cap. & num 5. 7. & 11.*
2. *De probatione carnalis copulæ: & num. 4. & 9.*
3. *In rebus difficilis probationis recipitur probatio per coniecturas.*
3. *Per solam viciniæ famã carnalis copula nõ probatur.*
5. *Fama sola quandoq; probat.*
8. *De adminiculis probandæ copulæ carnalis.*
10. *Textum hic de auditu proprio loqui.*
11. *Testimonium de auditu cum fama an plenè probet.*
12. *Textum hunc generaliter intelligendum esse, contra gloss.*

Differit hæc decretalis de carnalis copulæ probatione, † & 1.
tres quæstiones complectitur. Prima est, num in docenda carnali copula testes de visu interrogandi sint: Altera an sola viciniæ fama sufficiat ad eam probandam: Vltima nunquid fides adhiberi debeat testibus, qui se carnalis quidem commixtionis conscios esse adstruunt, de visu tamen nihil affirmant. Ad primam dubitationem Pontifex largius respondet, quàm quæsitum fuit. † Ait enim text. *conueniens testimonium de visu sufficere,* 2.
sicque non modò interrogandi sunt testes, sed etiam sufficiens est eiusmodi testimonium. Notanter autem de conuenienti testimonio,

ſtimonio, quo ad viſum, loquitur textus, quoniam probatio
poſſibilis hac in ſpecie ſufficit, ſicut [a] & de filiatione dicitur,cùm
neceſſariò concludens teſtificatio reddi in his non poſſit. Nam
etſi teſtes aſſerant, ſe vidiſſe virum & mulierem commiſceri, in-
de tamen neceſſariò non ſequeretur, illam fuiſſe cognitam: po-
tuit enim vir vel eſſe frigidus, nec idoneus ad venerem, vel mu-
3. lier tam arcta,vt cognoſci nequiuerit,vt hic Io. And. notat. † E-
quidem & aliàs frequenter in rebus, quæ difficilem habent pro-
bationem, non ita ſummo iure exigendæ ſunt probationes, ſed
ſufficiunt veriſimiles coniecturæ, hoc eſt, quæ ad naturalem ra-
tionem tam prope accedunt, vt non facilè ab ea diuelli poſſe vi-
deantur. Sic & in noſtro propoſito, quia actus carnalis magis
ſtrictè ac neceſſariò percipi non poteſt, ſufficit conueniens teſti-
4. monium quo ad viſum. † Amplius ſcribit Panor. ſatis eſſe ad
probandam carnalem coniunctionem, ſi teſtes viderint ſolùm
virum & mulierem in latebris & locis occultis ſe inuicem oſcu-
lantes, & amplexantes, quoniam actus iſte propinqui ſunt ad
Venerem: quod Doctores ſuis locis [b] vberrimè proſequuntur,
ad quos tyrones iuris remitto.
5. Secunda quæſtio licet expreſsè hîc non diffiniatur, tacitè
tamen ad eam reſpondetur, videlicet ſolam viciniæ famam non
probare carnalem copulam. Ex quo enim tex. requirit cum fa-
ma teſtimonium de auditu, & etiam alia adminicula, ſatis in-
nuit, famam ſolam non ſufficere, quantumuis inuulgatam, li-
cet hæc coniecturam faciat, [c] quia ſæpè fallax eſt rumor.
Quod tamen temperandum eſt, vt procedat, cùm ad inferen-
6. dum grande præiudicium agitur. † Aliàs enim ſola fama quan-
doque ſufficit, puta quò ad impediendum matrimoniũ [d] contra-
hendum: Item quò ad ſuſpendendum infamatum, [e] donec ſe
7. purgauerit, & quo ad facultatem inquirendi [f] de veritate. † Ad
tertiam cap. noſtri quæſtionem an reſpondeatur in textu, di-
ſceptant Doctores: Inno.negat,Hoſtienſis ait reſponderi, in ver-
bo (*vel etiam de auditu*) quod & verius eſt. Conſtat enim men-
tem literæ hanc eſſe, quòd ſi teſtes ad probandam copulam pro-
ducti dicant, ſe conſcios, nempe quia audiuerint quidem ipſos
commiſceri, neque tamen id viderint, huicq; teſtificationi con-
ſentiat fama, aliaque accedant adminicula, tum ſatis cenſeatur
8. probata copula. † Sed quæ ſunt hæc alia adminicula, in noſtro
propoſito? Et Hoſti. (quem reliqui ſequuntur) iſta recenſet,
tactus, viſus, riſus, iocus, miſſio munerum, & localium, coha-
bitatio, amplexus, oſculum & [g] ſimilia. Quanquam autem pon-
tifex, ad præmiſſas dubitationes in eum modum, vt prædictum
9. eſt, reſpôderit, † ad finẽ tamen capituli generalius loquitur,ſen-
tiens, in eiuſmodi re probanda.non poſſe certam ac inuariabi-
lem tradi regulam, ſed ad circumſpectum ſpectare iudicem, ex
animi ſui ſententia, ſecundum æqui & boni rationem æſtimare
atq; colligere,an coniunctio carnalis ſatis probata ſit, vel minus.

[a] c. per tuas. ȷ̃. de probat. l. filium. ff. de his qui ſ. ſ. vel a-li. iu. & vtrobique Dd.

[b] vide Bart. in l. 2. ff. de fur. & l. capite 5. ff. ad l. Iul. de adult. & pulchrè Ang. in tract. male. in verbo che. me hao adulterata Lamia dona

[c] l. vlt. ff. de hær. Inſti. ſa. c. literis. ȷ̃. tit. noſtro. & 4. q. 3. §. item ſæpe.

[d] c. ſuper eo ȷ̃. de conſang. & affi.

[e] c. inter. ȷ̃. de purg. Cano.

[f] c. qualiter & quãdo 2. ȷ̃. de accuſa.

[g] c. tertio loco. c. literis. ȷ̃. de præſum. & d. l. capite 5. ff. de adult.

Itaque arbitrarium hoc est, ipsiusque iudicantis arbitrio relinquitur, videre an probatio copulæ plena sit, vel non [h]. Interim nota, in arbitrarijs non recurri ad quemcunque iudicem, sed ad circumspectum, discretum & expertum: inexpertus enim pauca cognoscit. [i] † Intellige autem testimonium hîc de 10.
auditu proprio, non de alieno: quia id nõ est propriè testimoniũ. [k] Et quamuis aliàs testimonium auditus proprij [l] valeat: in probanda tamen commixtione carnali ideò non sufficit, quoniam actus commixtionis non tantùm sensu auditus, sed etiam visus percipitur: Itaque & hîc alia adminicula desiderantur.
† Quæstionib. huius cap. sic discussis, inuestigari solet, an hu- 11.
iusmodi testimonium auditus cum fama, & alijs adminiculis, plenam fidem mereatur, in quocunque casu, in quo de probanda carnali commixtione agitur. Et glo. hîc in vtramque partem disputat, tres tandem intellectus siue effectus assignando, ad quos causandos tale testimonium sufficiat, † Sed illos 12.
intellectus, vt qui nimium restringant literam nostram, Io. Andr. & communiter reliqui hîc improbant, textum nostrum generaliter accipiendo, prout generaliter & indefinitè loquitur: nempe, vt sufficiat probatio copulæ carnalis, per testimonium auditus, cui fama & alia adminicula suffragentur, ad quemcunque effectum agatur, etiamsi de dissoluendo matrimonio iam contracto, propter affinitatem prius contractam, disputatio fit: intelligendo tamen de auditu proprio, non alieno, vt suprà dictum est. Cùm enim copula non possit verè & necessariò probari, etiam per testimonium visus, oportet illam probationem visus recipere, ex qua violenter id præsumatur, sicut & de filiatione dicitur: Aliàs possent iura de affinitatis impedimento loquentia superflua reputari. In casibus autem hîc in gl. positis, & si qui sunt illi similes, etiam leuiora sufficerent testimonia siue indicia, quod hîc latè post Panormitanum Feli. prosequitur, ad quos breuitatis causa fit remissio.

*

INNO-

h. hic. & c. in nostra. ∫. eo. & l. 3. ff. eo.

i. c. omnis. ∫. de pœnit. & remiss. c. licet causam. ∫. de probatio. & d. c. in nostra. ∫. hoc tit. nostro.

k. gl. 3. in l. in summa. §. idem Labeo. ff. de aq. pluu. ar.

l. c. quanquam. 14. quæst. 2 gl. in d. §. idem Labeo.

INNOCENTIVS III. CONsulibus & populo Beneuentano.

CAPVT XXVIII.

CVm à nobis: & infrà. Et canonica & ciuilia iura sequentes, districtius inhibemus, [a] ne vnius iudicis, quantæcunque fuerit authoritatis, verbo credatur in causis, siue super testamentis, siue quibuslibet alijs contractibus quæstio agitetur. [b] Nec scriptum eorum (nisi testium adminiculo fulciatur.) eam obtineat firmitatem, quin possint & debeant duorum vel trium testium bonorum testimonia prævalere: [c] Salua in omnibus sedis apostolicæ autoritate.

Summæ rerum.

1. *Vnius iudicis verbo seu dicto non creditur in præiudicium alicuius, excepto solo papa.*
2. *Idem in arbitro obtinet.*
3. *Si plures iudices quippiam viua voce proferant, an illis credendum.*
4. *Simplex scriptura iudicis an fidem faciat.*
5. *Scriptura solius tabellionis, siue notarij creditur.*
6. *A tabellione ad iudicem non benè infertur.*
7. *Innocentij intellectus ad hoc cap. quod de tabellionum scripto loquatur.*
8. *Innocentij intellectus reprobatur.*
9. *Verus intellectus huius cap.*
10. *Vocula, adminiculum, hic pro depositione testium accipi debet.*
11. *Solius papa tam viua assertioni, quàm literis creat.*
12. *Modò de his testificetur, quæ à se, vel coram se gesta sunt.*
13. *Ampliatur hoc cap. & in imp. & in principe non agnoscente superiorem, procedere.*
14. *Papa vel imp. si in testem producatur, non plus, quàm vnus testis probat.*

Ne vnius

a Ne vnius iud.) Duo sunt puncta huius cap. alterum
de dicto seu verbo, alterum de scriptura iudicum loquitur: &
exceptio vnica vtrique puncto attexitur. † Quod ad primum 1.
attinet, annotandum est, vnius iudicis dicto in præiudicium ali-
cuius non credi. In hoc enim iudicem testi comparamus, vt
quemadmodum vnius testis responsio, siue testimonium non est
recipiendum, etiamsi præclaræ curiæ honore præfulgeat, vt
[a] alibi dicit Imp. ita idem de iudice responderi debeat, per tex-
tum nostrum hic, qui generaliter loquitur, nec quenquam ex-
cludit, præter solum pontificem, qui in fine cap. excipitur. Qua-
re omnes à pontifice inferiores, puta cardinales, legatos, epi-
scopos, & quoscunque alios in dignitate cõstitutos comprendi,
vulgò receptum est: inhibet enim tex. generalib. verbis, *ne vnius
iudicis quantæcunq; fuerit autoritatis, verbo credatur.* Quod Hosti. de
verbo simplici, & nudè prolato, sine literis vel alijs documentis
intelligit. † Et quod hic de iudice dicitur, idem in arbitro ob- 2.
tinet, quia & solius arbitri dicto, siue assertioni, non esse adhi-
bendam fidem [b] alibi decisum extat. † Cùm autem text. de vno 3.
iudice loquatur, si fortè plures numero existant, & quippiam
viua voce testentur, num illis credendum sit, haud iniuria dubi-
tari potest. Et gl. hic hanc quæstionem discutit, concludens in
effectu, si quid in instantia siue iudicio, cui ipsi tanquam iudices
præfuerunt, aliquid actum fuisse asserant, illis non esse creden-
dum [c], nisi quatenus constet legitimis documentis: In causa ve-
rò appellationis horum dictis standum esse, duobus tamen con-
currentibus, Primùm: si non adsint alij testes, per quos id, de
quo est controuersia, doceri valeat. Alterum, si testificentur su-
per processu causæ, [d] nam de principali causa esse testes vetan-
tur. Et hanc glo. distinctionem communiter Doctores reci-
piunt. Sunt tamen aliqui casus, in quibus creditur iudicibus
& arbitris, quos quia Feli. hic prosequitur, omittendos du-
ximus.

a. in l. iurisiurandi. C. de testi. & est tex. in c. licet. s. hoc tit.

b ne in arbitris. §. sin autem. C. de recep. arbi.

c. propter c. quoniam contra. s. de proba.

d. per c statuendum. 2. q. 6.

b Nec scriptum) De secundo puncto, nempe scriptura
iudicum hic agitur. † Loquitur autem text. simpliciter ac ge- 4.
neraliter, scriptum iudicis, quod non sit testium adminiculo
suffultum, reprobari posse duobus vel tribus testibus. Et sic sup-
ponit, valere scripturam iudicis, fidemque facere, etiam sine ad-
miniculo, non tamen tantam, quin per testes reprobari queat.
Et ad hoc plerique hunc tex. notant. Sed huic enunciato vali-
dè obstat, quòd suprà [e] generaliter disponitur, iudici non esse
credendum super processu. Quare voluerunt aliqui, hunc
tex. iure antiquo obtinere, quasi eo iure simplici iudicum scri-
pto fides adhibita fuerit, etiã sine subscriptione vel inscriptione
testium, si constabat scripturam iudicis esse, vel in dubio fieret
de hoc fides, per testes, aut comparationem literarum. Et ad hoc
confirmandum ducebant argumentum siue similitudinem à ta-
bellione

e. in d. c. quoniam contra. suprà de proba.

5. bellione, siue notario ad iudicem. † Nam & scripturæ solius tabellionis, & ipsi tabellioni [f] creditur. Prædictam tamen opinionem communiori calculo reprobant interpretes, quia iudicis of-
6. ficium consistit in iudicando, non in scribendo: † sicq; magna dissimilitudo est, inter iudicē & tabellionē, siue notariū. Nā tabellio hoc habet ex publico officio, vt suę scriptioni credatur: iudex vero etiamsi publicum officium in iudicando habet, non tamen in scribendo, aliàs testificari videretur in facto [g] suo proprio. Hanc rationem fortificat quoque Hostien. hic, quia sicut absurdum est, tabellionem iudicare, sic & iudicem scribere: debet enim quisq; suis terminis contentus esse, nec alterius vsurpare officium. Ex his ergo consequitur, simplicem scripturam iudicis, cuiuscunq; sit autoritatis, nullo tempore de iure fidē obtinuisse, nec hodie obtinere. Quomodo igitur textum hîc accipie-
7. mus? † Et Inno. putauit, hunc vers. non loqui de scripto iudicis, sed tabellionum. Si enim intellexisset de iudice, in singulari locutus fuisset, sicut in præced. vers. Itaque ipse voculam (*eorum*) id est, tabellionum, exponit, subiungens, apud Beneuentanum populum, ad quem hæc decretalis dirigitur, nomina iudicum & tabellionum esse promiscua, & tabelliones ibidem dici
8. iudices. † Sed hæc Inno. expositio, absurda est, textumq; de-
9. struit. † Accipiemus itaque text. quantumuis simpliciter & indistinctè loquentem, non de simplici scriptura iudicis, quæ nullo adminiculo suffulta sit, sed de illa scriptura, quæ vel inscriptionem, vel subscriptionem testium, vel etiam adpensum sigillum habeat: talem enim iudicis scripturam robur probandi habere, [h] suprà docuimus. Et per hoc nostrum cap. disponitur, huiusmodi scripturam per duos vel tres testes, reprobari posse. Hoc autem sensu recepto, quomodo hæc verba textus (*nisi testium admi-*
10. *niculo fulciatur*) exponemus? † Et sanius est, *adminiculum* hic non de subscriptione, vel inscriptione, sed depositione testium intelligere: testium, inquam, deponentium viua voce idem, quod in scriptura continetur, sicque coadiuuantiū iudicis scripturam. Talis enim scriptura iudicis, quæ assertionem viuorum testium corroborat, (puta quia testes producti idem dicant, quod scriptura loquitur) meritò maioris est firmitatis, quàm vt duob. vel tribus testibus reprobetur. Itaque maiori testium numero opus est, [i] cùm ibi & autoritas iudicis, & testium depositio concurrant. Regulariter verò quęcunque scriptura, & quodcunq; instrumentum publicum duobus vel tribus testibus reprobari potest, licet gl. alibi, [k] ad reprobationem instrumenti ad minus quatuor testes necessarios esse, falsò censuerit. Et hic verus est ac genuinus cap. nostri sensus, vtcunque Dd. eum multis contentionibus inuoluant. Cæterùm quanta fides adhibenda sit scripturæ siue literis alicuius iudicis, [l] alibi expediuimus.

c Salua in omnibus) Hic exceptio attexitur ad præ-
11. dicta duo axiomata. † Quamuis enim nec verbo, nec literis iu-

dicum

f. l. si quis decurio C. de fal. l. in donationib. C. de dona. §. si vero. in nouel. de instr. cau. & fi.

g. contra l. omnib. C. de testib.

h. in c. post cessionē. ī. de proba.

i. iuxta no. in c. cùm Iohan. ī. de fi. instr.

k. in c. tertio loco. ī. de proba.

l. in d. c. post cessionem. ī. de probatio.

dicum sine alio adminiculo credendum sit: summi tamen pon-
tificis autoritas excipitur. Solius enim pontificis tam viuæ as-
sertioni, quam literis creditur, hocque non modò in casibus
spiritualib. in quib. amplam [m] papa potestatem sibi vendicat,
sed etiam in causis prophanis laicorum procedere, apud canoni-
stas obtinuit. Panormitanus tamen plerisque argumentis non
contemnendis adductus dissentit, existimans, in spiritualibus
tantùm hoc obtinere, in quibus papa plenam potestatem habe-
re dignoscitur: In causis verò prophanis, nudo ipsius verbo in
præiudicium aliorum non esse fidem adhibendam, cui & ipse
subscribo. Cætera prædicta adeò vera esse canonistæ volunt, vt
pontifici credatur etiam de his testificanti, quæ vel ipse gesserit,
vel ab alijs gesta meminerit, [n] antequam ad pontificiam dignita-
tem peruenit. † Necesse tamen est, vt soli papæ credatur, cum de 12.
his testificari, quæ à se, vel coram se gesta sint. Nam si de alibi
gestis attestaretur, ita demum illi fides præstabitur, si modicum
inde sequatur præiudicium, secus si eius asseueratio alteri ma-
gnum præiudicium generaret: tum enim fidem integram non
merebitur, vt rectè Calde. Butr. [o] & Feli. docent. † Porrò quæ 13.
de pontifice dicta sunt, eadem & de imperatore, & quocunque
alio principe imperialia iura habente, nec recognoscente supe-
riorem, accipi [p] non fuerit absurdum: & quia imperator hoc
potest alteri [q] concedere. Vide tamen hic [r] Feli. latius de hac
ampliatione differentem. † Illud quoque velut pro coronide 14.
addendum, quod si vel pontifex, vel summus princeps, tan-
quam testis produceretur, non magis eis, quam vni testi [s] cre-
dendum esse: & assertionem ipsorum non facere plenam
fidem in partis præiudicium, [t] Fran. Aretinus,
[u] And. de Isernia, & Carolus Rui-
nus prodidêre.

m. l. 2. de præben. in 6. cle. 1. vt li. pend.

n. per text. in c. tam ex literis. s. de restit. in inte. & c. 1. de renun. in 6. & c. quærelam in prin. s. de elec. & glo. c. ad apostolicæ. in verbo, permisissent. de re iudi. lib. 6.

o. Butr. in d. c. post cessionem. Feli. hic.

p. arg. c. per venerabilem. s. qui fil. sint leg.

q. per tex. in d. c. quicunq.

r. num. 3.

s. Ang. in l. iurisiurandi. C. de testib.

t. in hoc cap.

u. in tit. qui successo. tene. col. 6. in vsib. feu.

x consil. 3. lib. 5.

IDEM

IDEM TYRONENSI ARchiepiſcopo.

CAPVT XXIX.

DE teſtibus:& infrà. Conſult. t. t. r. quòd ſi teſtes ſint inducti ad exceptionem dilatoriam ſolummodò probandam, cùm ſuper ea tantùm iurauerint dicere veritatem, ſuper principali nec debent audiri, nec cogi teſtimonium perhibere, vtpote ſuper quo deponerent [a] non iurati. Si verò cùm ad probandam exceptionem peremptoriam ab alterutra partium inducuntur, reliqua pars ſuper principali negotio etiam eos deponere fortè petierit, & vt cogantur ſuper toto negotio dicere veritatem, ſacramento eos poſtulauerit obligari: ad id ſunt ſine dubitatione cogendi: niſi forſitan ſufficiens productio teſtium ſuper principali cauſa facta fuerit, vel renunciatum teſtibus, vel depoſitiones teſtium fuerint publicatæ.

Summæ rerum.

1. *EXceptionum alia dilatoria ſunt, alia peremptoria.*
2. *Dilatoria exceptiones ſunt duplices, vna declinatoria iudicij dicitur.*
3. *Alia dilatoria ſolutionis.*
4. *Peremptoria exceptiones, qua dicantur: & harum alia ſunt peremptoria facti.*
5. *Alia peremptoria iuris.*
6. 7. *Teſtis ad probandam exceptionem dilatoriam productus, de principali negotio non poteſt teſtificari: ſecus in producto ad docendam peremptoriam: & qua ſit diuerſitatis ratio.*
8. *Ampliatio prædicti dogmatis.*
9. *Teſtis productus ad probandam dilatoriam ſolutionis, an ſuper principali teſtificari poſſit.*
10. *Teſtis extra articulum, ſuper quo producitur, deponens nihil probat.*
11. *Teſtis inductus ſuper probanda poſſeſſione, ſi de proprietate teſtificetur, non probat.*
12. *Teſtes non iurati deponentes, ſi poſtea iurent, an eorum teſtimonia valeant: & nu. 15.*

fuerat, non est, cur repellatur. Sicut ex diuerso, si tunc in domo eius habitet, cum haud ita pridem alibi habitasset, vtiq; inter domesticos numerandus [n] est. † Itaq; pro cautela traditur, si quis 12.
destituatur testib. alijs, præter famulos & domesticos, quòd ipse eos dimittat, ac postea in testes producat: poterunt enim testificari, dummodò nõ sint dimissi simulatè. Simulatio autem probari poterit ex coniecturis, maximè si lato testimonio ad priorem conditionem dimissus mox reuertatur, [o] secus si ex interuallo. Ex eo vero solo si appareret aliquem dimissum esse, ratione ferendi testimonij, non poterit fraus colligi, quia non debet esse in dolo, qui parat sibi probationem per aliquod factum, sine qua aliàs [p] succumberet. Nec obstat quod alibi [q] seruo ad hoc manumisso, ne torqueatur non prodest manumissio: quia subtrahere probationem aduersario vtiq; est dolus, qui prodesse nõ debet, hoc [r] ꝓcuranti. sed parare sibi probationem non est illicitum: [s] quod nota quia [t] Spec. & [u] Bar. consentiunt. † Putarim tamen cum Baldo, ad iudicem spectare, vt 15.
diligenter interroget famulum, quare dimissus fuerit à domino, & an sit reuersurus, tum enim si non sit vilis & suspecta persona, [x] poterit testificari. Et prædicta ad quemlibet domesticum extendenda sunt, qui domesticus esse [y] desijt.

n. l. 1. §. item Nummio. ff. de quæstio. l. notionem. in fi. ff. de verb. signi.
o. l. si ventri. in fi. ff. de priui. cred. l. petetis, C. de pac. cum similib.
p. l. at qui natura. §. cùm autem. in tex. & gl. ff. neg. gest.
q. in l. 1. §. si seruus. ff. de quæstionib.
r. vt ibi.
s. ita Cy. in d. l. 2. & Io. And. ad Spe. de teste §. 1. vers. quid si olim. Fel. hic.
t. vbi s.
u. in d. §. si seruus.
x. arg. l. quicunque. in fin. & l. mancipia. C. de ser. fug.
y. vnde Sal. diffusè in l. seruus. C. de quæstionib.

VRBANVS TERTIVS.

CAPVT XXV.

Cum venisset ad apostolicam sedem magister M. nobis exposuit, quòd Lucius pa. præ. n. [a] causam quæ inter ipsum & abbatem de Sicolan. vertebatur, commisit iudicibus sine debito terminandam: & infrà. Mandamus quatenus, si [b] sententiam illorum noueritis [c] canonicè promulgatam, eam authoritate ap. confirmetis, nec appellatio illam impediat, quæ hæc interposita dicitur [d] occasione mortis præ. n. [e] cùm postea egerit & responderit, testesque duxerit producendos. Quæstiones quoque alias, super quibus testes fuere producti, & depositiones publicatæ eorum, vel renuntiatum fuit testibus hic & inde [f] nullis alijs ab

lijs ab alterutra parte ſuper eodem receptis, ſecundum tenorem ipſarum mediante iuſtitia terminetis. Si quæ verò [g] fuerint quæſtiones, ſuper quibus vel teſtes non fuerint producti: vel renunciatum eidem: audiatis ſi qua hinc inde propoſita fuerint, finem illis debitum imponentes.

Summæ rerum.

1. *Quando diuerſa ſunt capitula alicuius cauſa, poteſt iudex diuidere proceſſum.*
2. *Canonicè, & legitimè, idem ſignificant.*
3. *Petens ſententiam exequi, quæ in rem iudicatam tranſit, non tenetur de iuſtitia ſententiæ dicere.*
4. *Morte delegantis an & quando extinguatur iuriſdictio delegati.*
5. *Quando lis dicatur capta geri.*
6. *Citatio eſt initium iudicij.*
7. *Morte mandantis, an ipſo iure finiatur iuriſdictio delegata, vel exceptionis.*
8. *Poſt appellationem procedens coram iudice à quo, cenſetur appellationem deſeruiſſe.*
9. *Cautela, vt poſt appellationem nihil amplius agatur coram iudice (à quo.*
10. *Publicatis atteſtationibus non admitti alios teſtes ſuper eiſdem, vel directò contrarijs articulis.*

a Cauſam) quæ ſcilicet ſuper diuerſis articulis ſiue con-
trouerſijs mota erat: ſuper vno lata fuit ſententia, ſuper alijs
producti teſtes & renunciatum, ſuper alio non renunciatum, li-
1. cet producti eſſent teſtes, vel non producti. † Vnde per illum
tex. tradit Baldus, quod vbi diuerſæ ſunt controuerſiæ (quæ
hic vocantur capitula) poteſt iudex diuidere proceſſum per ſin-
gula capitula, & in vno pronunciare, in alio teſtes publicare, &
in alio differre. Sic & alibi [a] probatur, iudicem, coram quo in-
tentantur diuerſa maleficia, poſſit vno ſuſpenſo pronunciare de
alio. Per quæ moderanda ſunt, quæ ſcribit alibi Barto. [b] vide-
licet, quod licet iudex poſſit conſtituere tempus ad probandum,
quando plures articuli ſunt ſimul compatibiles: ad hoc tamen
faciendum neceſſariò non obſtringatur, ſed poſſit huiuſmodi ar-
ticulos ſigillatim ac diſiunctim diſcutere. Hæc tamen diuiſio
proceſſus cauſæ locum habebit in capitulis omninò diuerſis, aliàs
non, [c] niſi de certis capitulis facta eſſet conceſſio vel oblatio, nam
de illis iudicari poſſe, idem [d] Baldus cenſuit.

b Sententiam) latam ſuper vno ex capitulis commiſſis.

2. c Canonicè) id eſt, legitimè. † Idem enim hæc duo [e] ſignificant.

a. in l. ſi quis homicidij. C. de accuſa.
b. in l. fi. de ſer. & l. 1. de re iud.
c. l. in hoc iudicio ff. fa. herci.
d. per l. quidam exiſtima. ff ſi cer. pet. l. qui ſolidum. in pr. de leg. 2. & l. ſiquidem. C. de tranſact. l. poſt deciſionem. C. de furt.
e. c. lator. iuncto pr. cium fi. ꝟ de re iudi.

gnificant. Porrò verbum *(legitimè)* respicit ordinem, & so-
lennitatem [f]. Ex quo sequitur, † quòd petens confirmatio-
nem sententiæ, quæ transiuit in rem iudicatam, non habet ne-
cesse, vt de iustitia sententiæ doceat, vt Feli. tradit.

d Occas. mor.) exceperat enim alter litigantium, man-
datum extinctum per mortem papæ re integra, & quia non au-
diebatur, appellauit. † Hinc colligunt interpretes, morte dele- 4.
gantis, extingui iurisdictionem delegatam: quod verum est, re
adhuc existente integra, hoc est, cùm nec dum cœptum est ali-
quid geri à delegato: nam si cæptum sit aliquid geri, tum res
non dicitur amplius integra. quare pro cautela tradi solet, mox
sollicitandũ esse delegatum iudicem, vt actum aliquem iudicia-
lem exerceat. † Quando autem res dicatur cæpta geri, perpe- 5.
tua ferè lis est inter Doctores. Accursius enim [g] existimat, non
antè cœptam censeri iurisdictionem, quàm lis sit contestata [h].
Hosti. ait, quod dicatur cœpta geri iurisdictio, per quemcun-
que actum iudicialem, quem fecerit delegatus, etiam ante de-
cretam citationem, vt quia recipiat commissionem iudicialiter.
Receptior tamen est eorum [i] sententia, qui id per citationem de-
cretam ac emissam contingere existimant. † Citatio enim est in- 6.
ceptio ac principium causæ iudicialis, [k] siue iudicij. Si ergo cœ-
pta sit geri res, tum perpetuata censetur esse iurisdictio, adeò, vt
morte mandantis non amplius expiret. † Illud tamen dubitari 7.
solet, an morte mandantis ipso iure extinguatur iurisdictio de-
legata, vel tantùm ope exceptionis, hoc est, quod etiam post
mortem mandantis, gestum a delegato vires habeat, si aduersus
eũ non excipiatur à parte aduersa? Respon. quamuis Inno [l] vo-
luit, ope tantùm exceptionis finiri: hoc tamen vulgò improba-
tur, quia imò ipso iure extinguitur, ac si nunquam delegata es-
set. Ita enim alibi [m] pontifex ait, *volumus ipso iure extingui:* atque
ita Glo. hic, & Specul. alibi [n] tenent.

e Cum postea egerit) nempe post appellationem in-
terpositam: sicque interpositæ appellationi tacitè renuntiaue-
rit. † Si quis enim post prouocationem progrediatur in causa co- 8.
ram iudice, à quo prouocauit, huic renunciasse [o] censetur. † Ita- 9.
que oculatum esse appellantem oportet, ne apud iudicem, à
quo prouocauit, rursus extra grauaminum allegationem, nisi
coactus iure, in ea causa agat quicquam, sed disertè protestetur,
se id non facere animo discedendi ab interposita appellatione,
neque vlla alia ratione, nisi quatenus de iure teneatur: alias
appellationem deseruisse videtur [p], eamque amplius exercere
non permittitur.

f Nullis alijs) † Propter regulam, qua dicitur, post pu- 10.
blicationem testimoniorũ, vel renuntiationem productionis te-
stium, alios testes non amplius admitti super eisdem capitulis,
vel di-

f. c. consanguinei. in tex. & gl. eo. tit.

g. in l. & quia. ff. de iurisd. om. iud.

h. c. relatum. §. de off. dele.

i. Inno. in c. licet vndig. §. de offi. dele.

k. tot. tit. ff. de in ius vo. tex. expressius in c. gratum de off. deleg. per quod corrigitur præcedens cap relatum. Ita Ias. in d. l. & quia de iurisd.

l. in d. c. licet vndique.

m. tex. est. in c. fin. §. officiũ. de offi. dele. in 6.

n. tit. de offi. deleg. §. restat. vers. quid si.

o. gl. & Ioan. And. in c. si à iudice de app. in 6. fa. c. relatum. §. de offi. deleg.

p. d. c. relatum. §. de offi. dele. gl. & Io. And. in c. si à iudice. de app. in 6.

vel directò q contrarijs: quam regulam suprà suo loco r illustrauimus. q. cle. 2. de testi. r. §. in c. fraternitatis. hoc tit.

g Fuerint quæstiones) id est, capitula siue articuli: nec interest siue de antiquis, siue de nouis, quæ tamen ex veteribus dependent, textum accipias: vtroque enim casu procedit huius vers. dispositio. Siue enim capitula sint noua ex antiquis pendentia, siue antiqua super quibus non sit facta productio testium, vel renunciatio, poterunt alij testes recipi, non obstante, quòd super quibusdam articulis testes producti sint, eorumque testimonia publicata. Publicatio enim siue renunciatio in certis capitulis non impedit productionem in alijs, iuxta ea, quæ t suprà docuimus & quæ hic Panor. ad finem capituli tradit. s. in c. cùm causam. hoc tit. t. in d. c. fraternitatis. hoc tit.

CLEMENS TERTIVS.

CAPVT XXVI.

SEries tui rescripti nobis aperuit, quòd cùm nuper inter filios quorundam nobilium tuæ ciuitatis coniugalis quæstio tractaretur: & infrà. Pars quæ matrimonium a accusabat, testes produxit legitimos, qui consanguinitatem inter prædictos esse firmiter asserebant, b in primò gradu, ponendo duas personas B. videlicet & I. dicentes illos esse fratrem & sororem. pars autem opposita id falsum esse dicebat. B. scilicet esse sororem I. ad corroborandam assertionem suam, tam testes offerens, quàm publicum instrumentum. Vnde quia pars accusantium testes illos non esse recipiendos proponit, & tu non esse consuetudinem ecclesiæ affirmas, vt post receptos testes qui consanguinitatem secundum formam canonum computant, alij ex opposito admittantur. Præsenti pagina respondemus, quòd si non est illud canonicum quòd obsistat, non obstante illa consuetudine vtpote c iuri contraria, d testes recipere non omittas.

Summæ rerum.

1. *Epitome vel summa huius cap.*
2. *Accusare, impropriè pro agere ciuiliter, hîc accipi.*
3. *Accusatio criminalis vel ciuilis, non ex verbis, sed ex conclusione discernitur.*
4. *Ad probandam consanguinitatem sufficit à primo gradu computationem facere.*
5. *Consuetudo, de qua in textu, quomodo contraria iuri fuerit.*
6. *Verus & communior intellectus ad hoc cap. quod in causa matrimonij speciale sit, vt post publicationem admittantur alij testes.*
7. *Cur in causa matrimonij non attendatur timor subornationis.*
8. *Diuersitas inter hoc cap. & c. iurauit s. tit. de probati.*
9. *Panor. notatur.*
10. *In quæstione coniugij etiam post publicata testimonia alios testes recipi posse.*
11. *Vbicunq; versatur peccatum, publicatio productioni testium non obstat.*

Difficile reputatur hoc cap. propter varios ac diuersos intellectus, qui à Doctoribus traduntur. Sed secundùm intellectum vulgatiorem, & (iudicio meo) saniorem, potest text. in huiusmodi epitomen contrahi. † Publicatio attestationum, 1.
quæ aduersus matrimonium receptæ sunt, non impedit productionem aliorum testium, ratione peccati euitandi.

a Matri. accusabat) † Impropriè loquitur, quia hîc 2.
ciuiliter agebatur, ad dissolutionem coniugij, propter consanguinitatis obstaculum. Accusatio enim propriè est in criminalibus, [a] quando criminaliter experimur ad pœnam condignam imponendam, & ad publica iudicia pertinet. Vnde infert Panor. non viciari libellum, etsi impropriè ponantur verba: † I- 3.
tem accusationem criminalem vel ciuilem non discerni ex verbis, [b] sed potius ex conclusione.

a c. qualiter & quando 2. de accus.

b. Bar. l. 1. C. de re sufr. Feli. hic. Bar. in l. scire debemus. ad fi. pri. ff. de verb. obli.

c. in c. tua. 1. de consan. & affi.

b In primo gradu) † sufficit enim ad probandam con- 4.
sanguinitatem, à primo gradu, scilicet à fratrib. & sororib. computationem facere, nec est necesse incipere à stipite, id est, communi parente, à quo illi descenderunt, id quod alibi [c] latius expressum habetur.

c Iuri contraria) Sed quomodo erat iuri contraria hæc consuetudo? Ego puto eam fuisse iuri contrariam, quia prohibeat, veritatem inuestigari ad peccatum euitandum. Nam si qui testes consanguinitatem inter personas aliquas coniugales asseruissent, mox dirimebatur matrimonium, nec admittebantur alij testes, per quos doceri potuisset, priores testes falsò deposuisse,

posuisse, vel inter personas illas non esse consanguinitatem, in gradu prohibito, vt sic coniugium falsis assertionibus testium dissolutum rursus conciliaretur. Sic ergo huiusmodi consuetudo tendebat in periculum animæ, quia coniugium legitimè copulatum dirimebat, nec huic subueniri per alios testes [d] patiebatur.

d Testes recipere) Sed nónne obstat iuris trita regula, quæ dicit, post cognitas testificationes, siue aperta testimonia, non recipi testes super eisdem articulis, vel directò contrarijs, cùm subsit timor subornationis? Quomodo ergo hîc probata consanguinitate, post publicationem testium admittuntur alij, ad eandem improbandam? Nam & alibi [e] decisum extat: Si in matrimonio contrahendo probatum sit impedimentum consanguinitatis, eiusque probationis attestationes publicatæ, quòd alij testes non admittantur, qui defectum impedimenti docere, sicq; matrimonio contrahendo subuenire contenderent. Huius tollendi obicis ratione, varij intellectus sunt proditi ad hanc de-
6. cretalem, quos apud gl. & Doctores hic reperire est. † Ego communiorem intellectum amplector, nempe, quòd in causa matrimoniali speciale sit, vt testes produci possint, etiam post aperta ac cognita testimonia, [f] siue is, qui testes producere intendit, id faciat pro matrimonio conseruando, [g] siue ad illud impugnan-
7. dum. † Nec obstat si obijcias, mirum esse, quòd in nostra specie non attendatur timor subornationis, & sic falsitas, cùm agatur de maximo præiudicio: Quia ex Baldi sententia responderi potest, in alijs causis non solùm respici prædictum timorem, sed etiam tacitam conclusionem resultantem ex publicatione, & vt sit litium finis, [h] qui respectus cessat in quæstione matrimonij. Per supradicta adparet, in nostro casu plus ponderari rationem peccati, quàm timorem subornationis, quem iudex cautè prouidere potest, recipiendo prius iusiurandum purgationis à dicta
8. suspicione, sicut [i] suprà ex Baldo quoque annotauimus. † Non obloquitur huic intellectui decisio cap. iurauit, suprà de proba. Hic enim non poterat omitti hęc probatio, sine periculo animæ, cùm ageretur de matrimonio iam contracto: ibi verò nullum suberat periculum in non contrahendo, vt ibidem latius diximus. † Et quamuis Panor. istum sensum non conuenire cap. no-
9. stro existimet, quia in eo nulla fiat mentio publicationis: hunc tamen verum esse probant hæc verba textus (*pars autem opposita id falsum esse dicebat*) Hoc enim dici non poterat, si alios testes producere volens, non didicisset priorum testimonia: quod instar publicationis regulariter sufficit ad excludendam vlteriorem productionem testium. Et ex hoc intellectu infertur: primùm, quòd in quæstione coniugij etiam post apertas testificationes recipiendi sunt alij testes, cùm versetur in eo peccatum per partes non remissibile. † Deinde, quòd vbicunque versa-

d. fa. tex. in c. licet ex quadam. j. hoc tit. faciũt etiam huc quæ diximus in c. iurauit. s. de probatio.

e. fa. c. iurauit. s. de probat.

f. c. sicut. j. de spons. & c. ex tenore. j. hoc tit.

g. per rationem. c. licet ex quadam. j. h. tit. nostro. vide de hoc latè Abb. & Feli. in d. c. iurauit.

h. per c. lator & c. consanguinei. j. de senten. & re iud.

i. ad fi. d. c. iurauit.

tur eiuſmodi peccatum, non obſtet publicatio productioni teſtium, de quib. vide quæ vberius ſcripſi in d. c. iurauit.

CELE. III.
CAPVT XXVII.

PRæterea cùm quis accuſatur aliquam cognouiſſe: an ſint teſtes interrogandi de viſu, aut ſola viciniæ fama ſufficiat, vel ſi iuratis teſtibus ſit credendum, qui ſe carnalis copulæ conſcios eſſe fatentur, ſed de viſu nihil affirmant? Reſpondemus, quòd ſi teſtimonium conueniens de viſu reddatur, vel etiam de auditu, & præſumtionem violentam famæ conſentiens ſubminiſtret, ac alia legitima adminicula ſuffragentur, ſtandum eſt teſtimonio iuratorum. Etenim circumſpectus iudex atque diſcretus motum animi ſui ex argumentis & teſtimonijs quæ rei aptiora eſſe comperit, confirmabit.

Summæ rerum.

1. *QVaſtiones huius cap. & num 5. 7. & 11.*
2. *De probatione carnalis copula: & num. 4. & 9.*
3. *In rebus difficilis probationis recipitur probatio per conſecturas.*
3. *Per ſolam viciniæ famā carnalis copula nō probatur.*
5. *Fama ſola quandoq́ probat.*
8. *De adminiculis probanda copula carnalis.*
10. *Textum hic de auditu proprio loqui.*
11. *Teſtimonium de auditu cum fama an plenè probet.*
12. *Textum hunc generaliter intelligendum eſſe, contra gloſ.*

Diſſerit hæc decretalis de carnalis copulæ probatione, † & 1.
tres quæſtiones complectitur. Prima eſt, num in docenda carnali copula teſtes de viſu interrogandi ſint: Altera an ſola viciniæ fama ſufficiat ad eam probandam: Vltima nunquid fides adhiberi debeat teſtibus, qui ſe carnalis quidem commixtionis conſcios eſſe adſtruunt, de viſu tamen nihil affirmant. Ad primam dubitationem Pontifex largius reſpondet, quàm quæſitum fuit. † Ait enim text. *conueniens teſtimonium de viſu ſufficere,* 2.
ſicq́ue non modò interrogandi ſunt teſtes, ſed etiam ſufficiens eſt eiuſmodi teſtimonium. Notanter autem de conuenienti teſtimonio,

ſtimonio, quo ad viſum, loquitur textus, quoniam probatio
poſſibilis hac in ſpecie ſufficit, ſicut [a] & de filiatione dicitur, cùm
neceſſariò concludens teſtificatio reddi in his non poſſit. Nam
etſi teſtes aſſerant, ſe vidiſſe virum & mulierem commiſceri, inde tamen neceſſariò non ſequeretur, illam fuiſſe cognitam: potuit enim vir vel eſſe frigidus, nec idoneus ad venerem, vel mu-
3. lier tam arcta, vt cognoſci nequiuerit, vt hic Io. And. notat. † Equidem & aliàs frequenter in rebus, quæ difficilem habent probationem, non ita ſummo iure exigendæ ſunt probationes, ſed ſufficiunt veriſimiles coniecturæ, hoc eſt, quæ ad naturalem rationem tam prope accedunt, vt non facilè ab ea diuelli poſſe videantur. Sic & in noſtro propoſito, quia actus carnalis magis ſtrictè ac neceſſariò percipi non poteſt, ſufficit conueniens teſti-
4. monium quo ad viſum. † Amplius ſcribit Panor. ſatis eſſe ad probandam carnalem coniunctionem, ſi teſtes viderint ſolùm virum & mulierem in latebris & locis occultis ſe inuicem oſculantes, & amplexantes, quoniam actus iſte propinqui ſunt ad Venerem: quod Doctores ſuis locis [b] vberrimè proſequuntur, ad quos tyrones iuris remitto.
5. Secunda quæſtio licet expreſsè hîc non diffiniatur, tacitè tamen ad eam reſpondetur, videlicet ſolam viciniæ famam non probare carnalem copulam. Ex quo enim tex. requirit cum fama teſtimonium de auditu, & etiam alia adminicula, ſatis innuit, famam ſolam non ſufficere, quantumuis inuulgatam, licet hæc coniecturam faciat, [c] quia ſæpè fallax eſt rumor. Quod tamen temperandum eſt, vt procedat, cùm ad inferen-
6. dum grande præiudicium agitur. † Aliàs enim ſola fama quandoque ſufficit, puta quò ad impediendum matrimoniū [d] contrahendum: Item quò ad ſuſpendendum infamatum, [e] donec ſe
7. purgauerit, & quo ad facultatem inquirendi [f] de veritate. † Ad tertiam cap. noſtri quæſtionem an reſpondeatur in textu, diſceptant Doctores: Inno. negat, Hoſtienſis ait reſponderi, in verbo (*vel etiam de auditu*) quod & verius eſt. Conſtat enim mentem literæ hanc eſſe, quòd ſi teſtes ad probandam copulam producti dicant, ſe conſcios, nempe quia audiuerint quidem ipſos commiſceri, neque tamen id viderint, huicq; teſtificationi conſentiat fama, aliaque accedant adminicula, tum ſatis cenſeatur
8. probata copula. † Sed quæ ſunt hæc alia adminicula, in noſtro propoſito? Et Hoſti. (quem reliqui ſequuntur) iſta recenſet, tactus, viſus, riſus, iocus, miſſio munerum, & localium, cohabitatio, amplexus, oſculum & [g] ſimilia. Quanquam autem pontifex, ad præmiſſas dubitationes in eum modum, vt prædictum
9. eſt, reſpōderit, † ad finē tamen capituli generalius loquitur, ſentiens, in eiuſmodi re probanda non poſſe certam ac inuariabilem tradi regulam, ſed ad circumſpectum ſpectare iudicem, ex animi ſui ſententia, ſecundum æqui & boni rationem æſtimare atq; colligere, an coniunctio carnalis ſatis probata ſit, vel minus.

a. c. per tuas. ſ. de probat. l. filium. ff. de his qui ſ. ſ. vel a-li. iu. & vtrobique Dd.

b. vide Bart. in l. 2. ff. de fur. & l. capite 5. ff. ad l. Iul. de adult. & pulchrè Ang. in tract. male. in verbo che. me hao adulterata Lamia dona.

c. l. vlt. ff. de hær. Inſti. fa. c. literis. ſ. tit. noſtro. & 4. q. 3. §. item ſæpe.

d. c. ſuper eo ſ. de conſang. & affi.

e. c. inter. ſ. de purg. Cano.

f. c. qualiter & quādo 2. ſ. de accuſa.

g. c. tertio loco. c. literis. ſ. de præſum. & d. l. capite 5. ff. de adult.

 Itaque

Itaque arbitrarium hoc eſt, ipſiuſque iudicantis arbitrio relin-
quitur, videre an probatio copulæ plena ſit, vel non [b]. Inte-
rim nota, in arbitrarijs non recurri ad quemcunque iudicem,
ſed ad circumſpectum, diſcretum & expertum: inexpertus e-
nim pauca cognoſcit. † Intellige autem teſtimonium hîc de 10.
auditu proprio, non de alieno: quia id nõ eſt propriè teſtimoniũ.
[k] Et quamuis aliàs teſtimonium auditus proprij [l] valeat: in
probanda tamen commixtione carnali ideò non ſufficit, quoni-
am actus commixtionis non tantùm ſenſu auditus, ſed etiam vi-
ſus percipitur: Itaque & hîc alia adminicula deſiderantur.
† Quæſtionib. huius cap. ſic diſcuſsis, inueſtigari ſolet, an hu- 11.
iuſmodi teſtimonium auditus cum fama, & alijs adminiculis,
plenam fidem mereatur, in quocunque caſu, in quo de pro-
banda carnali commixtione agitur. Et glo. hîc in vtramque
partem diſputat, tres tandem intellectus ſiue effectus aſſignan-
do, ad quos cauſandos tale teſtimonium ſufficiat, † Sed illos 12.
intellectus, vt qui nimium reſtringant literam noſtram, Io.
Andr. & communiter reliqui hîc improbant, textum noſtrum
generaliter accipiendo, prout generaliter & indefinitè loqui-
tur: nempe, vt ſufficiat probatio copulæ carnalis, per teſtimo-
nium auditus, cui fama & alia adminicula ſuffragentur, ad
quemcunque effectum agatur, etiamſi de diſſoluendo matrimo-
nio iam contracto, propter affinitatem prius contractam, diſpu-
tatio ſit: intelligendo tamen de auditu proprio, non alieno,
vt ſuprà dictum eſt. Cùm enim copula non poſſit verè & neceſ-
ſariò probari, etiam per teſtimonium viſus, oportet illam pro-
bationem viſus recipere, ex qua violenter id præſumatur, ſicut
& de filiatione dicitur: Aliàs poſſent iura de affinitatis impedi-
mento loquentia ſuperflua reputari. In caſibus autem hic in
gl. poſitis, & ſi qui ſunt illi ſimiles, etiam leuiora ſufficce-
rent teſtimonia ſiue indicia, quod hîc latè poſt Pa-
normitanum Feli. proſequitur, ad quos
breuitatis cauſa ſit remiſſio.

*

INNO-

[b] hîc. & c. in noſtra. ĵ. eo. & l. 3. ff. eo.

[i] c. omnis. ĵ. de pænit. & remiſ. c. licet cauſam. ſ. de probatio. & d. c. in noſtra. ĵ. hoc tit. noſtro.

[k] gl. 3. in l. in ſu[m]ma. §. idem Labeo. ff. de aq[ua] ... ar.

[l] c. quanquam. 14. quæſt. 2. gl. in d. §. idem Labeo.

INNOCENTIVS III. CONSULIBUS & populo Beneuentano.

CAPVT XXVIII.

CVm à nobis: & infrà. Et canonica & ciuilia iura sequentes, districtius inhibemus, [a] ne vnius iudicis, quantæcunque fuerit authoritatis, verbo credatur in causis, siue super testamentis, siue quibuslibet alijs contractibus quæstio agitetur. [b] Nec scriptum eorum (nisi testium adminiculo fulciatur.) eam obtineat firmitatem, quin possint & debeant duorum vel trium testium bonorum testimonia præualere: [c] Salua in omnibus sedis apostolicæ autoritate.

Summæ rerum.

1. *Vnius iudicis verbo seu dicto non creditur in praiudicium alienius, excepto solo papa.*
2. *Idem in arbitro obtinet.*
3. *Si plures iudices quippiam viua voce proferant, an illis credendum.*
4. *Simplex scriptura iudicis an fidem faciat.*
5. *Scripturæ solius tabellionis, siue notarij creditur.*
6. *A tabellione ad iudicem non benè infertur.*
7. *Innocentij intellectus ad hoc cap. quod de tabellionum scripto loquatur.*
8. *Innocentij intellectus reprobatur.*
9. *Verus intellectus huius cap.*
10. *Vocula, adminiculum, hic pro depositione testium accipi debet.*
11. *Solius papæ tam viua assertioni, quàm literis creat.*
12. *Modò de his testificetur, quæ à se, vel coram se gesta sunt.*
13. *Ampliatur hoc cap. & in imp. & in principe non agnoscente superiorem, procedere.*
14. *Papa vel imp. si in testem producatur, non plus, quàm vnus testis probat.*

Ne vnius

a Ne vnius iud.) Duo sunt puncta huius cap. alterum de dicto seu verbo, alterum de scriptura iudicum loquitur: & exceptio vnica vtrique puncto attexitur. † Quod ad primum 1. attinet, annotandum est, vnius iudicis dicto in præiudicium alicuius non credi. In hoc enim iudicem testi comparamus, vt quemadmodum vnius testis responsio, siue testimonium non est recipiendum, etiamsi præclaræ curiæ honore præfulgeat, vt a alibi dicit Imp. ita idem de iudice responderi debeat, per textum nostrum hic, qui generaliter loquitur, nec quenquam excludit, præter solum pontificem, qui in fine cap. excipitur. Quare omnes à pontifice inferiores, puta cardinales, legatos, episcopos, & quoscunque alios in dignitate cõstitutos comprendi, vulgò receptum est: inhibet enim tex. generalib. verbis, *ne vnius iudicis quantacunq; fuerit autoritatis, verbo credatur.* Quod Hosti. de verbo simplici, & nudè prolato, sine literis vel alijs documentis intelligit. † Et quod hic de iudice dicitur, idem in arbitro ob- 2. tinet, quia & solius arbitri dicto, siue assertioni, non esse adhibendam fidem b alibi decisum extat. † Cùm autem text. de vno 3. iudice loquatur, si fortè plures numero existant, & quippiam viua voce testentur, num illis credendum sit, haud iniuria dubitari potest. Et gl. hic hanc quæstionem discutit, concludens in effectu, si quid in instantia siue iudicio, cui ipsi tanquam iudices præfuerunt, aliquid actum fuisse asserant, illis non esse credendum c, nisi quatenus constet legitimis documentis: In causa verò appellationis horum dictis standum esse, duobus tamen concurrentibus, Primùm: si non adsint alij testes, per quos id, de quo est controuersia, doceri valeat. Alterum, si testificentur super processu causæ, d nam de principali causa esse testes vetantur. Et hanc glo. distinctionem communiter Doctores recipiunt. Sunt tamen aliqui casus, in quibus creditur iudicibus & arbitris, quos quia Feli. hic prosequitur, omittendos duximus.

a. in l. iurisiurandi. C. de testi. & est tex. in c. licet. §. hoc tit.

b ne in arbitris. §. sin autem. C. de recep. arbi.

c. propter c. quoniam contra. §. de proba.

d. per c statuendum. 2. q. 6.

b Nec scriptum) De secundo puncto, nempe scriptura iudicum hic agitur. † Loquitur autem text. simpliciter ac ge- 4. neraliter, scriptum iudicis, quod non sit testium adminiculo suffultum, reprobari posse duobus vel tribus testibus. Et sic supponit, valere scripturam iudicis, fidemque facere, etiam sine adminiculo, non tamen tantam, quin per testes reprobari queat. Et ad hoc plerique hunc tex. notant. Sed huic enunciato validè obstat, quòd suprà e generaliter disponitur, iudici non esse credendum super processu. *Quare voluerunt aliqui, hunc tex. iure antiquo obtinere, quasi eo iure simplici iudicum scripto fides adhibita fuerit, etiã sine subscriptione vel inscriptione testium, si constabat scripturam iudicis esse, vel in dubio fieret de hoc fides, per testes, aut comparationem literarum. Et ad hoc confirmandum ducebant argumentum siue similitudinem à tabellione

e. in d. c. quoniam contra. suprà de proba.

5. bellione,siue notario ad iudicem. † Nam & scripturæ solius tabellionis,& ipsi tabellioni [f] creditur. Prædictam tamen opinionem communiori calculo reprobant interpretes,quia iudicis of-
6. ficium consistit in iudicando,non in scribendo: † sicq; magna dissimilitudo est, inter iudicē & tabellionē, siue notariū. Nā tabellio hoc habet ex publico officio, vt suę scriptioni credatur: iudex verò etiamsi publicum officium in iudicando habet, non tamen in scribendo, alias testificari videretur in facto [g] suo proprio. Hanc rationem fortificat quoque Hostien. hic,quia sicut absurdum est, tabellionem iudicare, sic & iudicem scribere: debet enim quisq; suis terminis contentus esse, nec alterius vsurpare officium. Ex his ergo consequitur, simplicem scripturam iudicis,cuiuscunq; sit autoritatis, nullo tempore de iure fidē obtinuisse,nec hodie obtinere. Quomodo igitur textum hîc accipie-
7. mus? † Et Inno. putauit, hunc vers. non loqui de scripto iudicis, sed tabellionum. Si enim intellexisset de iudice, in singulari locutus fuisset, sicut in præced. vers. Itaque ipse voculam (*eorum*) id est, tabellionum, exponit, subiungens, apud Boneuentanum populum, ad quem hæc decretalis dirigitur,nomina iudicum & tabellionum esse promiscua, & tabelliones ibidem dici
8. iudices. † Sed hæc Inno. expositio, absurda est, textumq; de-
9. struit. † Accipiemus itaque text. quantumuis simpliciter & indistinctè loquentem, non de simplici scriptura iudicis, quæ nullo adminiculo suffulta sit, sed de illa scriptura,quæ vel inscriptionem, vel subscriptionem testium, vel etiam adpensum sigillum habeat: talem enim iudicis scripturam robur probandi habere, [h] suprà docuimus. Et per hoc nostrum cap. disponitur, huiusmodi scripturam per duos vel tres testes, reprobari posse. Hoc autem sensu recepto, quomodo hæc verba textus (*nisi testium admi-*
10. *niculo fulciatur*) exponemus? † Et sanius est, *adminiculum* hic non de subscriptione, vel inscriptione, sed depositione testium intelligere: testium, inquam, deponentium viua voce idem, quod in scriptura continetur, sicque coadiuuantiū iudicis scripturam. Talis enim scriptura iudicis, quæ assertionem viuorum testium corroborat, (puta quia testes producti idem dicant, quod scriptura loquitur) meritò maioris est firmitatis, quàm vt duob. vel tribus testibus reprobetur. Itaque maiori testium numero opus est, [i] cùm ibi & autoritas iudicis, & testium depositio concurrant. Regulariter verò quęcunque scriptura, & quodcunq; instrumentum publicum duobus vel tribus testibus reprobari potest, licet gl. alibi, [k] ad reprobationem instrumenti ad minus quatuor testes necessarios esse, falsò censuerit. Et hic verus est ac genuinus cap. nostri sensus, vtcunque Dd. cum multis contentionibus inuoluant. Cæterùm quanta fides adhibenda sit scripturæ siue literis alicuius iudicis, [l] alibi expediuimus.

c Salua in omnibus) Hîc exceptio attexitur ad præ-
11. dicta duo axiomata. † Quamuis enim nec verbo, nec literis iudicum

f. l. si quis decurio C. de fal. l. in donationib. C. de dona. §. si vero. in nouel. de instr. cau. & fi.

g. contra l. omnib. C. de testib.

h. in c. post cessionē. ī. de proba.

i. iuxta no. in c. cùm Iohan. ī. de fi. instr.

k. in c. tertio loco. ī. de proba.

l. in d. c. post cessionem. ī. de probatio.

IDEM TYRONENSI ARchiepiſcopo.

CAPVT XXIX.

De teſtibus:& infrà. Conſult. t. t. r. quòd ſi teſtes ſint inducti ad exceptionem dilatoriam ſolummodò probandam, cùm ſuper ea tantùm iurauerint dicere veritatem, ſuper principali nec debent audiri, nec cogi teſtimonium perhibere, vtpote ſuper quo deponerent [a] non iurati. Si verò cùm ad probandam exceptionem peremptoriam ab alterutra partium inducuntur, reliqua pars ſuper principali negotio etiam eos deponere fortè petierit, & vt cogantur ſuper toto negotio dicere veritatem, ſacramento eos poſtulauerit obligari: ad id ſunt ſine dubitatione cogendi: niſi forſitan ſufficiens productio teſtium ſuper principali cauſa facta fuerit, vel renunciatum teſtibus, vel depoſitiones teſtium fuerint publicatæ.

Summæ rerum.

1. *Exceptionum aliæ dilatoriæ ſunt, aliæ peremptoriæ.*
2. *Dilatoriæ exceptiones ſunt duplices, vna declinatoria iudicij dicitur.*
3. *Alia dilatoria ſolutionis.*
4. *Peremptoriæ exceptiones, quæ dicantur: & harum aliæ ſunt peremptoriæ facti.*
5. *Aliæ peremptoria iuris.*

6. 7. *Teſtis ad probandam exceptionem dilatoriam productus, de principali negotio non poteſt teſtificari: ſecus in producto ad docendam peremptoriam: & quæ ſit diuerſitatis ratio.*

8. *Ampliatio prædicti dogmatis.*
9. *Teſtis productus ad probandam dilatoriam ſolutionis, an ſuper principali teſtificari poſſit.*
10. *Teſtis extra articulum, ſuper quo producitur, deponens nihil probat.*
11. *Teſtis inductus ſuper probanda poſſeſſione, ſi de proprietate teſtificetur, non probat.*
12. *Teſtes non iurati deponentes, ſi poſtea iurent, an eorum teſtimonia valeant: & nu. 15.*

13. *Si pater donet filio, eumq́; post statim emancipet, valet donatio.*
14. *Præposteratio solennitatis substantialis quando non vitiet.*
16. *Quæ sit ratio, quòd iuramentum subsequens testificationem, eam non conualidet.*

Quia præsens cap. tam de dilatorijs, quàm peremptorijs
exceptionibus loquitur, ideò pro fundamento quopiam, ad me-
liorem præsentis materiæ cognitionem, aliqua nobis de natura
harum exceptionum sunt præcognoscenda. † Sciendum er- 1.
go, exceptionum alias esse dilatorias, alias peremptorias. *Dila-
toriæ* dicuntur à differendo, quia negotium siue controuersiam
iudiciariam differunt, [a] temporisque dilationem tribuunt.
† Sunt autem duplices: alia enim est, per quam processus iudi- 2.
cij, non causæ impeditur, eam communiter *declinatoriam iudicij*
dicimus. Et illa ex multis rationibus colligitur, puta quia reus
defectum aliquem alleget, ratione iudicis, citationis, postula-
tionis, procuratoris, dilationis, feriarum, libelli, aut consimi-
lem, prætendens legitimam obseruationem iudicij esse negle-
ctam. Quia verò talibus exceptionibus disceptatur, de pro-
gressu ad litem mouendam, non de ipsa causa, quæ in iudicium
venit: necesse est eas proponi ac probari, antequam ad litis con-
testationem [b] perueniatur. Nisi fortè post acceptum iudicium
talis exceptio inprimis ad notitiam partis deuenisset: quia tunc
etiam post litem contestatam opponi, docerique potest: quod a-
libi attigimus. † Alia vero dilatoria exceptio est, per quam non 3.
iudicium, sed causæ vrgendæ facultas impeditur. Huius exem-
plum est pactum de non petendo vsq; ad certum tempus: vt si ti-
bi promisi decem post biennium, tu illa statim petis, ego ad te re-
pellendum exceptionem obijcio, me non teneri ad solutionem
ante lapsum biennij, [c] quia ita ab initio conuentum sit: & hanc
Dd. vulgò *dilatoriam solutionis* nuncupant. Hæc exceptio pariter
ante litem contestatam proponenda est, ad eius tamen probatio-
nem non tenetur aduersarius, nisi post litem contestatam, [d] fun-
data scilicet actoris intentione. Nunc de peremptorijs. † Et 4.
peremptoriæ exceptiones dicuntur, quę causam perimunt ac elidunt.
[e] Sunt autem in duplici differentia, quia aliæ *facti* siue *intentio-
nis*, aliæ *iuris* dicuntur. *Facti* sunt, quæ de facto perimunt in-
tentionem actoris, quando scilicet actori de iure nulla competit
actio, sed tantùm de facto experitur. Opponuntur autem illæ
bifariam, nempe in vim dilatoriæ, & in vim peremptoriæ.
Quando in vim dilatoriæ obijciuntur, puta vt oppositæ iudici-
um impediant: tunc ante litis contestationem opponendæ, ac
in continenti probandę sunt, ad hoc, vt litis ingressum impediant.
Sin autem in vim peremptorię, puta vt totam causam perimant,
tunc proponi docerique debent post litem [f] contestatam,

a. §. appellantur. insti. de excep. & 3. q. 2. c. si quis episcoporum. ibi bona gl.

b. l. ita demum. C. de procur. l. fin. C. de excep l. non ignorat. C. de his qui accu. nō poss.

c. l. cedere. ff. de verb. sig.

d. l. siquidem. C. de excep. l. exceptionē. C. de probat.

e. d. §. appellantur.

f. iuxta not. in c. exceptionem. ĩ. de exceptio. & l. fin. C. eod.

Sunt au-

Sunt autem exceptiones facti multæ numero, vt est rei iudicatæ, transactionis, iurisiurandi, acceptilationis, confessionis,
5. & id genus aliæ. †Exceptiones peremptoriæ iuris sunt, quib⁹ eliditur actio illius, cui de iure quidem actio competit, sed non cum effectu exactionis: vt est in illis casibus, quando reus non est naturaliter obligatus actori, sed ciuiliter tantùm. Hoc enim casu, licet ciuilis obligatio pariat actionem, illa tamen cum non habeat exactionis effectum, eliditur per exceptionem peremptoriam iuris. Et post litem contestatam huiusmodi exceptiones opponuntur: non enim impediunt litis g ingressum.

g. c. 1. de lit. cont. lib. 6.

6. His sic præcognitis ex præsenti cap. annotandum est, † quod testis ad probandam aliquam exceptionem dilatoriam product⁹, de principali negotio testificari nec volens admittitur, nec inuitus cogitur: ad peremptoriam autem docendam inductus, ad
7. hoc compelli potest, † Diuersitatis duplex assignari potest ratio. Prima, quia regulariter ante litem contestatam, super causa principali non solent admitti testes in iudicijs, quoniam priusquam audita fuerit responsio aduersarij, vtrùm neget, an confiteatur intentionem actoris, nullus aditus patet iudici, ad cognitionem principalis causæ: ideoque non potest fieri locus producendis testibus [h] ad probandum. Secunda, quia testes simul & super dilatoria exceptione, & super principali controuersia recipere, contradictionem implicat. Dilatoriæ enim exceptionis (vt suprà diximus) natura est, vt differat ac suspendat cursum iudicij in principali negotio. Sed si de principali testes pariter interrogarentur, vtiq; in eo progressus fieret, sicq; hæc duo, testes & super dilatoria, & super principali examinare sunt incompatibilia, ac per consequens non admittenda [i].

h. c. quoniam frequẽter. in pr. §. vt. li. non cont. Bar. l. si quando. C. de testib.

i. c. exhibita. §. de iudi.

8. † Et hæc secunda ratio facit, quod textus nostri dispositio non solùm locum habeat, in dilatoria ante litem contestatam opposita, sed etsi post acceptum iudicium objjciatur, adhuc enim testes ad eam probandam inducti, de principali negotio non erunt examinandi, propter euitandam contradictionem, quæ vtroque casu imminet, siue dilatoria ante litem contest. siue postea proponatur, vtcunque [k] Hostien. contrarium sentiat: vt rectè Io. Andr. & Panor. censuerunt. Ex quo consequitur, idẽ & in peremptoria, quæ in vim dilatoriæ proponitur, dicendum esse, vt in exceptionibus litis finitæ, [l] quando ad impediendum processum objjciuntur. Eadem enim in illis ratio militat, quæ in
9. puris dilatorijs. † Quid autem de dilatoria solutionis dicemus? nunquid & ad eam probandam inducti testes, super principali negotio deponere vetantur? Et frequentius obtinuit, eos non vetari, cogíque posse, vt super principali testificentur. Hæc enim exceptio naturam peremptoriæ exceptionis habet, in qua id licitum est, [m] cum probetur post lit. contest. Ego verò cum Panor. referre puto, an ad effectum differendi processum opponatur, & tunc cum sit purè dilatoria, proponaturque ante

k. post gl. 1. hic.

l. iuxta id quod habetur in c. 1. de lit. cont. in 6

m. d. l. exceptionem. C. de probat.

 litem con-

litem conteſtatam, idem in ea ſeruabitur, quod in alijs, per rationes ſupradictas: an verò ad effectum differendi executionem ſententiæ, & ſic poſt litis conteſta. quo caſu cùm naturam peremptoriæ aſſumat, ſaltem quoad materiam, idem dicendum, quod in peremptoria: ceſſat enim hac ſpecie contradictio & repugnantia, cum tacitè velit progreſſum in principali fieri, licet differre cupiat executionem, ſicque non turbatur iuris ordo, cum ſit litis conteſtatio facta.

a Non iurati) quod ad principale negotium attinet: tametſi enim iurent ſe dicturos veritatem, ſuper dilatoria, non tamen ſuper tota cauſa, ſicque extra illum articulum non iurati
[n] teſtificarentur. † Ex quibus collig tur, teſtem extra articu- 10.
lum, ſuper quo producitur, deponentem, nulliter teſtificari,
[o] quia non iuratò. Vnde ſi teſtis ad probandum certum articulum inductus, teſtimonium etiam de alio dicat, qui non contineatur in priori ad neceſſitatem probationis, non impeditur pars publicatis atteſtationibus ad eundem docendum, teſtem producere, quia licet ſuper illo teſtimonium ſit dictum, non tamen eſt
iuratum teſtimonium, [p] ſicque non habet firmitatem. † Et i- 11.
deò ſubdit eleganter gl. hic, teſtem inductum ſuper poſſeſſione, ſi de proprietate teſtificetur, non probare: quam communiter Dd. ſequuntur: non enim debebat alterum cum altero inuito actore confundi. Et Baldus [q] alibi dicit, idem eſſe, etiamſi proprietas adminiculetur poſſeſſioni [r], quia teſtis, q. iurauit tantum ſuper articulo poſſeſſorij, non poteſt interrogari de proprietate: deponeret enim non iuratus, niſi ſuper tota cauſa iuraſſet.

Sed † quid ſi teſtes non iurati deponant & poſtea iurent, 12.
nunquid eorum teſtimonia valebunt? Et ea non valere, crebrius receptum eſt, quia iuriſiurandi religio præcedere debet [s]: niſi in continenti poſt depoſitionem iuraſſent, tum enim præſumptio eſt, eos in teſtificando de præſtando ſacramento cogitaſſe, ac per conſequens verum dixiſſe, propter reuerentiam ſacra-
menti, [t] quod ſe præſtaturos ſciebant. † Ad quod facit doctrina 13.
[u] Bartoli aientis, ſe reſpondiſſe, ſi pater prius donet filio, eumque ſtatim emancipet, valere donationem, quia propter conti-
guitatem temporis reducitur ad ordinem iuris: † ſicque præpo- 14.
ſteratio ſolennitatis ſubſtantialis non vitiat, quando ex ipſa non ceſſat cauſa, propter quam inducitur diſpoſitio, ſecus ſi ceſſaret. Vnde ſi iudex ſuper aliquo negotio decretum interponere obligatus ſit, præcedente tamen cauſæ cognitione, & interponat illud à principio: hæc præpoſteratio vitiat, [x] quia adpa-
ret hoc ipſum ſine cauſæ cognitione feciſſe. † Panor. verò etiam 15.
iſto caſu idem obtinere ait, quod in alijs, nempe vt iuramentum in continenti ſubſequens depoſitionem teſtium, eam non conualidet.

n. cõtra l. ſi quando. in prin & l. iuriſiurandi. & l ſolam C. de teſtib.

o. ita communiter Dd. hic. Bar. poſt gl. in l. ſi quis libertaté. in 5. col. de pet. her.

p. Ita Bar. in auth. qui ſemel. in pen. col. ver. ex prædictis adparet. C. de probat. Butr. c. fraternitatis. 27. col. ſ. tit. noſtro.

q. in l. momentaneæ poſt gl. fi. C. qui leg. per eo.

r. prout in caſu c. licet. ſ. de probat.

s. tex. hic & c. inprimis. 2. q. 1. c. hortamur. 3. q. 9.

t Ita Bald. in d. l. iuriſiurandi. in pr.

u. in l iuriſiurandi. in pr. ff. de ope. lib.

x. iuxta Bald. in l. non aliter. ad fi. ff. de adopt.

lidet. Possunt tamen hæ opiniones conciliari, vt prior tum locum habeat, quando testis iurauit sponte incontinenti, nullo interrogante, vel ab ipso postulante, vt iuret. Quod si requisitus iuret, vtcunque id in continenti fiat, procedet secunda opinio: quia ea specie non est præsumtio, quòd in testificando cogitauerit de iuramento à se præstando, cùm nesciret, an ad hoc cogendus esset, imò verisimiliter contrarium cogitare potuerit,
16. videndo in principio omitti iuramentum consuetum. † Ratio autem, propter quam regulariter iuramenti subsecutio in teste non sufficit, illa est y: quia si testis primò iurat, & postea deponit, præsumitur ob reuerentiam iuramenti non esse dicturus falsum, nec subest aliqua causa impellendi ipsum ad falsum dicendum. Sed quando testis non iuratò testimonium tulit, & postea ab ipso sacramentum exigitur, suspectum est eius testimonium: præsumitur enim ipsum timore infamiæ & erubescentiæ, non esse contrarium eius testaturum, quod prius dixerat. Si autem recusaret iurare, puniretur pœna falsi de eo, quod dixit non iuratus, z si tamen conuinceretur de mendacio.

y. secundum Sali. in d. l. iurisiurandi.

z. Io. And. in regula, Non est sine culpa de reg. iu. in 6. Bar. l. si quis legatum. ff. de fal. et in l. admonendi. vers. quæro si reperiantur. ff. de iureiu.

IDEM ELIEN. ET CISTREN. episcopis, & arch. de Norbanen.

CAPVT XXX.

Constitutus in præ. n. procurator magistri R. proposuit, quòd cùm decanus & capitulum Eboracen. ei tum autoritate Lateran. concilij, tum priuilegij proprij ratione archidiaconatum Richimundiæ canonicè contulissent, magistri H. qui archidiaconus Richimundiæ nominatur, ipsum eo post app. ad nos interpositam spoliauit. Cúmq; prædictus R. ad iudices super restitutione sua commissionis literas impetrasset, memoratus H. literas reuocatorias impetrauit: & infrà. Inter alia postulabat prædictus H. vt faceremus depositiones quorundam testium aperiri: sed procurator prædictus aperiendas eas non esse dicebat: cùm non in hac causa fuissent inducti, sed in ea,

quæ inter Ebora. archiepiſcopum & eundem R. [a] vertebatur. & infrà. [b] Nos eas aperire [c] noluimus, ſed [d] cauſam duximus veſtro examini committendam, [e] ita quòd ſi vobis conſtiterit præfatum H. [f] teſtes pro ſe coram epiſcopo & decano Lincon. & te filiarchi. delegatis iudicibus produxiſſe [g] atteſtationibus apud eum [h] depoſitis ſit contentus: alioquin eo non obſtante, quòd teſtes illi coram iudicibus ipſis, & filiarchidia. fuere producti, pro dicto H. ſi producti fuerint, ad teſtimonium admittantur.

Summæ rerum.

1. *Teſtibus examinatis inter partes principales, non poteſt tertius interueniens, pro ſuo intereſſe eorum publicationem petere.*
2. *Acta cum collatore confecta electo non nocent.*
3. *Non ſolùm publicatio, ſed etiam ſola cognitio teſtimoniorum impedit vlteriorem productionem teſtium.*

Quamuis Doctores circa facti ſeriem in hoc cap. multa tradant, quæ apud Panor. poſt reliquos hic videri poſſunt: quia tamen ſecundum Baldum in iſtis non conſiſtit vis, quæ ius ſapiat, de his non eſt curandum. † Obſeruandum autem ex textu eſt, 1.
in verbo *aperire noluimus*, ſi teſtes examinati ſint inter partes principales, in iudicio, tertium etiam aliquem pro ſuo intereſſe, cauſæ adhærentem, atteſtationum publicationem poſtulare non poſſe, vt quæ inter alias perſonas receptæ ſint. Quia [a] teſtimonia inter duos litigantes recepta, quò ad tertium fidem non faciunt: quod ſupra quoque [b] annotauimus. † Ex quo infertur, 2.
acta cum collatore confecta, non nocere electo, vel ei, cui facta ſit collatio. Qua verò id ratione fiat, apud Panor. & reliquos videre eſt, [c] ad quos ſtudioſum iuris remitto.

a. gl. hic in verbo. archiepiſcopum.
b. in c. cauſam quæ ſ. hoc ipſo tit.
c. rationem vide hic apud Panor. & gl. in c. hæc quippe 3. q. 7. c. tantis. 81. diſt.

a Vertebatur & infrà) Hic deciditur, quòd præfectus Honorius addebat, quòd ſi Pontifex nollet aperire teſtium depoſitiones, ſed eos de nouo reciperet, quia & ipſe illos producere intendebat. Sed procurator Rogerij, nec hoc illi indulgendum eſſe replicabat, cùm ipſe iam produxiſſet teſtes ſuper eodem capitulo coram iudicibus inſcriptis, quorum dicta ſiue teſtimonia percunctatus fuerat, ſicq; non erat amplius audiendus [d]. Et huic contentioni in ſequentib. reſpondetur à Pontifice.

c. ad petitionem de accuſ. & fa. gl. in c. p. in ſ. de re iud. et ibi vbertim per Dd.
d. c. vltra tertiam. ſ. hoc tit noſtro.

b Nos eas

b Nos eas) scilicet depositiones productas inter alias personas, & in alio iudicio.

c Noluimus) aduersario contradicente: nam si hoc ex vtriusque partis mutuo consensu fieret, vtique valerent etiam in hac causa, fieretque licitè earundem publicatio [e].

d Causam) ipsam principalem scilicet controuersiam, non illam, an publicatio facienda esset, vel minus.

e Ita quod) forma commissionis hic describitur.

e. arg. l. fin C. de fideiuss. l. pen. C. de arbi. c. præsētata §. hoc tit. vbi de hoc latius dicetur.

f Testes pro se) Ait Inno. quòd Honorius ille, videns archiepiscopum &, Rogerium causam canonicæ institutionis, ipsius Rogerij agi, quasi ex transuerso quæstionem mouerit, de sua canonica institutione, asserens eam confirmandam esse, & collationem Rogerio factam irritandam, annullandamque: & ad hoc docendum produxit testes, & prosequens causam coram alijs iudicibus, ad quos appellatione, vel quoque alio modo ea deuoluta erat, testes quos primò induxerat, iteratò producere voluit. Rogerius contradicebat, cum illi iam testimonium dixissent, coram primis iudicibus de eodem negotio. Ad hoc ergo pontifex hic respondet.

g Attestationibus) Quantùm ad illos testes, quos pro se induxit: quasi diceret, attestationibus illis, quas semel produxit, vtatur, cùm eosdem testes vlterius producere non poterit: non tamen prohibet, quin vtatur attestationibus aliorum testium, qui producentur postea, nam sic licet etiam eisdem alios testes producere, cùm attestationes necdum apertæ sint.

3. h Depositis) † Notant hinc Dd. iuncta gl. quòd non solùm publicatio impediat vlteriorem productionem testium, sed etiam sola notitia attestationum, non modò certa, verùm præsumpta quoque & opinata, qualis est ista resultans ex eo, quòd alterutra pars, habuerit testimonia penes se, propter quod præsumitur, ipsum eas didicisse: [f] quod verum est, nisi recepisset eas clausas, ac sigillatas, & ipse easdem sic [g] restituisset. Sœpenumero enim accidit, attestationes deponi apud ambas partes, quæ etiam melius custodiunt [h]. Et ex his monet Baldus, quòd licet pendentis litis acta possint committi custodienda parti, tamen diligenter cauere debeat pars, [i] quid agat.

f. secundum Baldū. hic.
g. Hosti. Io. And. Panor. & Feli. hic.
h. secundum Inno. hic.
i. per. tex. hic.

IDEM.

CAPVT XXXI.

PRæsentium authoritate ſtatuimus, vt ſi quis [a] poſt depoſitiones teſtium publicatas obijcere voluerit [b] in perſonas eorum, ei [c] tunc tandem id liceat, cùm iuramento firmauerit, quòd ad hoc ex malitia non procedat: [e] Niſi forſan ante publicationem id fuerit proteſtatus: [f] vel oſtendere poterit, quòd poſt public. didicerit, quod obijcit in perſonas. [g] Cæterùm cùm quis, perſonas teſtiũ ſe velle poſt publicationem depoſitionum repellere, fuerit proteſtatus, ſi quid pro ipſo dixerint, de facili non credatur.

Summæ rerum.

1. *REgula huius cap. quòd reprobatio teſtium poſt publicatas atteſtationes ſit illicita: & num. 5. eius regulæ exceptiones: vide num. 6. 8. 14. 15. 16. & 17.*
2. *Reprobatio teſtium mox ab initio, quando teſtes producuntur, facienda eſt.*
3. *Comminatio facienda parti, aduerſus quam producuntur teſtes, vt in termino receptionis contra ipſorum perſonas excipiat.*
4. *Obiecta contra perſonas teſtium, non impediunt examen, nec ante probantur, quàm teſtimonium dixerint: fallit, vt num. 5.*
6. *Si quis iuret poſt publicationem atteſtationum, ſe non malitioſè ad reprobationem teſtium procedere, admitti debet.*
7. *Iuramentum malitiæ in quacunq; parte iudicij, quoties iudex voluerit, exigi poteſt.*
8. *Proteſtatio facta de perſonis teſtium reprobandis ante publicationem, conſeruat ius reprobandi poſt publicationem.*
9. *Quando aliquid eſt notorium ex actis, iudex illud de facto ſupplere poteſt.*
10. *Proteſtatio, de qua hic, ex ſola proteſtantis voluntate pendet.*
11. *Innocentij ea de re ſententia, & quando illa locum habeat.*
12. *Talis proteſtatio per ſe efficax eſt, etiam iuramento malitiæ non accedente.*
13. *An crimina, ſeu defectus teſtium, in proteſtatione ſint exprimenda.*
18. *Pars abſens non cenſetur conſenſiſſe in ſui præiudicium.*

Contumax

19. *Contumax in sui præiudicium pro præsente habetur.*
20. *Voculæ (de facili) variæ interpretationes.*
21. *Regula est, testibus in fauorem eius, qui contra ipsos protestatus est, non credi, nec adhiberi fidem.*
22. *Eiusdem regulæ rationes: Item fallentiæ. nu. 23. 25. 26. & 29.*
24. *In habentibus causam successiuam admittitur pœnitentia.*
27. *Felini opinio circa tertiam exceptionē prædictæ regulæ adprobata.*
28. *Probatio super vno eodemq; capitulo non potest diuidi, quando contra volentem diuidere est præsumptio.*

Hæc decretalis est vna ex clauibus, id est, ex præcipuis hu-
ius tit. vt Feli. ait, continetque regulam tribus exceptionibus
1. illustratam, quas infrà suo loco examinabimus. † Regula igi-
tur talis est, *reprobationem testium post publicata eorum testimonia fie-
ri non posse:* ob id certè, quoniam posteaquam ex apertis attesta-
tionibus quis cognouit, aduersum se testes dixisse, vtiq; malitio-
sè in personas eorum obijcere præsumendus est, quasi veniat
nunc ad falsum obijciendum prouocatus, vt Panor. verbis v-
tar. Quemadmodum & similiter publicatis testium dictis, non
admittuntur alij testes, ne subornentur, qui veritatem testimo-
niorum euertant, hoc est, addendo aliquid, quod priores non
2. dixerunt, [a] aut immutando. † Ex hac regula sic declarata, colli-
gitur & alia, hāc reprobationē testiū fieri debere statim in initio,
cùm testes exhibētur iudici, vt eos recipiat: atq; ita illi, q̄ de ob-
seruationib. iudicialibus scripserūt (argumento capituli nostri)
vulgò tradidêre. Cùm enim in hoc cap. tantùm tres casꝰ excipiū-
tur, in quibꝰ post publicationē testimoniorū liceat reꝓbare testiū
ꝑsonas, consequens esse contendūt, vt alijs casibus talis reproba-
3. tio ante aperturā depositionū fieri possit. † Vnde nonnunq̄ in ci-
tatione denunciari solet parti, aduersus quam ꝓducūtur testes,
vt si quid habeat, quod contra illorum personas opponere velit,
illud in termino, qui ei indictus est, ad videndum testes recipi, fa-
4. ciat. † Sed vt maximè reprobatio talis fiat tempore receptionis
testiū, tamen generalis est regula, quod obiecta testibus in repro-
batione personarum non probentur, anteq̄ testes sua testimonia
dixerint: ac proinde testes regulariter admittuntur ad dicendū
testimoniū, etiamsi eorū personis obiectum sit, quod eos redde-
ret illegitimos ad testificandū: † nisi obiecta sit eis excommunica-
tio, aut capitalis inimicitia, aut seruitus, aut opponens promptā
suæ oppositionis ꝓbationē adferat. Nam in talibus casibus vo-
lunt nostræ scholæ [b] interpretes, hoc est, canonistæ, probatio-
nem debere in continenti fieri. Nunc ad textum.

a. §. quia verò multi. in nouel. de testi. c. fraternitatis. & ibi de hoc diximus. §. hoc tit.

b. c. ex parte. §. hoc tit. & in tex. c. 1. de excep. lib. 6. & in auth. de testi. §. si dicatur.

a Post depositiones) ante depositiones tamen, id est, priusquam testificati fuerint, in personas testium obijcere permissum est, iuxta ea, quæ paulò ante diximus.

b In personas) Nam dicta testium tùm demum impugnantur, si aperta iam sint: ante enim hoc nequit fieri, cùm necdum sint cognita à partibus.

c Tunc

c Tunc tandem) † Ergo regulariter, poſt publicatas at- 5.
teſtationes in perſonas teſtium obijcere non eſt permiſſum: idq;
pro regula ſeruari debet.

d Cum iuramento) Hęc eſt prima exceptio ad regulã
iam traditam. † Nam ſi poſt publicationem teſtimoniorum iu- 6.
ret quis, ſe ad reprobationem teſtium non malitioſè procedere,
perſonas teſtium reprobare non vetabitur. Præſumptio enim,
quæ contra ipſum orta erat, iuramento ipſius purgatur: quæ
cùm in ipſius animo conſiſtat, aliter niſi iureiurando tolli c non
poteſt. Quod an indiſtinctè ſit verum, d alibi Dd. diſcutiunt.
Cæterùm quod glo. hic controuertit, an ſi in cauſa aliqua ſemel
iuratum ſit de calumnia, poſſit adhuc huiuſmodi iuramentum
ad purgandam prædictam præſumptionem recipi, hodie nihil
impedit, † cùm iuramentum malitiæ, de quo loquitur textus 7.
noſter, & quidem in quacunque parte iudicij, exigi poſſit, quo-
ties iudici e ſederit, viſumque fuerit expedire.

c. fa. c. nulli. in ſi. de elect. lib. 6.
d. vide per Dd. in c. ſignificatur. j. de homici.
e. vt in c. 2. eo tit. lib. 6.

e Niſi forſan) † Hæc eſt altera exceptio ad præmiſſam re- 8.
gulam. Si quis enim ante publicationem teſtimoniorum, de
perſonis teſtium reprobandis proteſtetur, iam excluditur dolus
ille præſumptus, ſeruabiturque illi, aduerſus quem inducti ſunt
teſtes, huiuſmodi proteſtationis beneficio ius reprobandi eorum
perſonas integrum, donec atteſtationes ſint apertæ. Antè enim
regulariter obiecta teſtibus probare non tenemur. Et talis dila-
tio hoc quoque commodi habet, vt ſi ſecundum interrogatio-
nes teſtis reſpondendo vitium aliquod agnoſcat, quod eum ine-
ptum ad dicendum teſtimonium reddat, pro confeſſo habeatur,
& aduerſarius, contra quem productus eſt teſtis, onere oppo-
nendi & probandi, talem in eo notam ſubleuetur: poteſtque ta-
lis teſtis, à iudice repelli ſiue reijci. † Vbi enim aliquid eſt no- 9.
torium ex actis, iudex illud de facto ſupplere f poteſt. Formam
autem huius proteſtationis apud g Specul. require. † Porrò non 10.
exigitur conſenſus partis aduerſæ in iſta proteſtatione, cùm ſit
ſimplex declaratio animi de eo, quod ex ſola proteſtantis volun-
tate h pendet, quia in textu noſtro, non ſit mentio de conſenſu
iudicis vel partis. † Inno. tamen aliter ſenſit, videlicet huiuſ- 11.
modi proteſtationem non eſſe admittendam, niſi iudex in hoc
cum aduerſario conſentiat, quòd fiat probatio poſt publicatio-
nem teſtium: cuius opinio fortè eo caſu ſuſtinebitur, ſi aduerſa-
rius non proteſtaretur de reprobandis teſtibus, ſed quod ſibi
ſalua eſſet facultas reprobandi teſtes. Rationem differentiæ vi-
de hîc apud Felinum. † Hoc quoq; addendum, proteſtatio- 12.
nem illam, qua de in tex. agitur, per ſe efficacem eſſe, etiamſi
iuramentum malitiæ non accedat. quòd Inno. & Abbas verum
recipiunt, in proteſtante contra teſtes productos in negotio prin-
cipali: ſecus in proteſtante aduerſus teſtes inductos, ad repro-
bationem

f. Inno. circa c. ex inſinuatione 1. extra de appel.
g. tit. de teſte. § ſæpe. in prin.
h. Bar. latè in l. non ſolùm. §. morte. de ope. no. nunc. Butr et Abb. hic.

bationem testium, principalis causæ: quia cùm tunc maior sit
præsumtio malitiæ, ideò à protestante exigi poterit iusiuran-
dum, quòd malitiosè ad reprobationem testium [i] non progre-
13. diatur. † Subdit amplius Panor. in huiusmodi protestatione
non opus esse, vt in specie crimina, siue defectus testium obijci-
antur, postea tamen, si huiusmodi vitia siue defectus probare
contendat, ea specificari omninò necesse est [k].

14. f Vel ostendere) † Hæc est tertia exceptio, nempe si is,
aduersus quem inducti sunt testes, probare possit, se post aper-
tas attestationes inprimis cognouisse defectus testium: proba-
bit autem hoc iurisiurandi religione, vt hic [l] glo. rectè censet.
15. † Prædictis exceptionibus quartam Felinus addit, putà si oppo-
nere in personas testium volens, doceat se ante publicationem
per iudicem fuisse impeditum [m]: nec est mirum, quia & exceptio
dilatoria eo casu admittitur [n] post lit. contest. Necesse tamen est
hac specie, vt protestatio aduersus iudicem, [o] præcesserit,
16. † Quinta est à Doctoribus tradita, si de exceptionibus testem
inhabilitantibus ageretur, quæ non possent ex partium volun-
tate tolli, vt quia testis sit iudæus, hæreticus, excommunicatus:
quia huiusmodi exceptiones etiam publicatis depositionibus
opponi poterunt, absq; solennitate iuramenti. Loquitur enim
tex. noster hic de exceptionibus, quibus tacitè pars renunciare
potest, puta domesticitatis, consanguinitatis [p], & si quæ sunt id
genus aliæ. Quia posteriori casu videtur pars nihil obijciens ta-
citè remittere exceptionem, quod potest: secus in priori, quia
non est in potestate partis, vel expressè, vel tacitè habilitare te-
17. stem, quem lex pro non idoneo agnoscit. † Sexta & vltima ex-
ceptio est, [q] si testes iurassent parte absente: volunt enim Docto-
res, tum prædictæ regulæ non esse locum, vt post publicationem
18. excludi debeat aduersarius ab reprobatione testium, † propte-
rea quod [r] pars absens non possit dici consensisse in sui præiudi-
cium: Felinus tamen contrarium sensisse Dominum suum scri-
bit. Nec enim renunciatio attenditur, sed præsumta malitia,
quæ etiam in absente locum habet, non solùm si ei sint edita no-
mina testium, sed etsi simpliciter vocatus ad receptionem testi-
um, nesciret, qui testes essent producendi, ne melioris sit con-
19. ditionis contumax, quàm præsens: † quia contumax in sui pre-
iudicium pro præsente habetur [s]: stetit enim per eum, quo mi-
nus testes cognoscere potuerit: vndè non caret suspicione hæc
absentia, quasi videatur emansisse, vt sibi largior facultas esset
reprobandi testes, si quicquam contra ipsum dixissent. Et hoc
ipse quoq; probo, nisi iustam absentię causam prætexeret: tum
enim cessaret præsumtio malitiæ, posset que etiam postea ad re-
probationem testium admitti.

g Cœterum cùm quis) Si protestationē fecerit is, ad-
uersus quē ꝑducti sunt testes, de ipsorum personis reprobandis,
tum eti-

i. & ita intelligendus est tex. in c. præsentium. in fi. de testib. lib. 6.

k. per tex. expressũ in c. 2. eo tit. lib. 6

l. et est gl. et bo. tex. in simili. in c. nulli. in fi. & c. vt circa. de elect. in 6. et c. innotuit. s. de elect.

m. per tex. secundũ intellectum. gl. in c. cum I. et A. j. de re. iud.

n. secundum gl. in c. ex conquæstione s. de restit. spo.

o. arg c. si iustus metus. j. de app. et eorũ quæ no. Bar. in l. de pupillo. § si quis ipsi prætori. de uo. op. nũ.

p. Ita declarat Io. And. in add ad Spec. de teste. §. sæpe. in pr. et Bald in l. si quis testibus. in vl. colu. C. de testib.

q. secundum Bald. et Sali. in d. l si quis testibus.

r. l. 2. §. voluntate. ff. sol. matr.

s. c. 1. de eo qui mit. in pos. lib. 6

tum etiamsi pro ipso testificati sint, eis tamen de facili non est credendum. † Hæc vocula *(de facili)* variè exponitur, pro 20.
vt hic in glo. Primò, *de facili*, id est nullo modo. Secundò, *de facili*, id est indistinctè, quia habendus sit respectus ad qualitatem personarum testium. Tertiò, *de facili*, id est sine alijs adminiculis. Nos ex hoc vers. regulam faciemus, eamque aliquot exceptionibus illustrabimus. † Est ergo regula, quod 21.
hic tex. ait, testibus in fauorem eius, qui contra eorum personas protestatus est, de facili non esse credendum, id est, nullo modo esse credendum. † Huius regulæ duplex est ratio, qua- 22.
rum tamen quælibet sufficit, [t] nec vtriusque concursus requiritur. Prima, quia dicta testium ratione inhabilitatis personæ, videntur afferi à protestante non esse vera. Altera, ne testes ipsi fortè timore impugnationis mentiantur. † Fallit primò hæc 23.
regula, si protestans non processisset ad actum reprobationis, sed protestationi renunciasset ante testium depositionem, quia tunc etiam pro ipso protestante probabunt. † Cùm enim in 24.
habentibus causam successiuam admittatur pœnitentia absolutè, cessetque causa, ob quam testis deponens pro protestante est suspectus, videtur vtique integrum esse eius testimonium. Quod serua cõtra Abb. hic, qui voluit arbitrio iudicis relinquẽdum esse, quantum fidei hac specie dicta testium obtinere debeant. Non potest autem huiusmodi renuntiatio siue pœnitentia renuntiationis fieri, nisi re adhuc existente integra, ex parte producentis. Nam si aduersarij interesset, puta quia fecisset expensas, ratione protestationis, non potest eo inuito ab illa recedere, [u] nisi refusis expensis. † Fallit secundò, si protestatio 25.
non sit facta in forma debita, de qua suprà diximus, sed simpliciter fuisset dictum, *saluis exceptionib. aduersus personas & dicta testium*, prout seruat practica: quia talia verba non declarant, velle quem impugnare testes, sed reseruant potestatem impugnandi, siue reprobandi personas testium ante publicationem, non autem affirmant, protestantem impugnaturum. Vnde quia probationes non sunt coarctandæ, [x] non est verisimile, quod derogetur fidei testium, in præiudicium protestantis, nisi protestans vltrà procederet, allegando se reprobaturum personas [y] testium. † Fallit tertiò, si protestans non reuocata protestatione 26.
postea vti vellet dictis testium, non quidem in capitulis separatis, sed super eodem capitulo, aut connexo: quia posset, non obstante impugnatione, vel protestatione simplici non reuocatæ, quæ sola aliàs impedit, vt Abb. voluit. † Sed Feli. contrà 27.
disputat, & benè, quia cùm prædicta regula sit inducta in odium impugnantis, vt patiatur pœnam iniustæ impugnationis, non videtur iustum, quod expugnatio [z] timetur. Item quia hic concurrit ratio præfatæ regulæ, quod testes timore protestationis mentiti sint: propter quod oritur præsumptio aduersus istum, † ideoque succedit Theorica, quam Bar. [a] & Baldus 28.
[b] alibi tra-

t. per ll. in gl. fin. hic post prin alleg.

u. Ita Io. And. Butr. Imo. et Feli. hic.

x. l. quoniam C. de bare. cum simil.

y. Ita Feli. hic. pro quo adduci potest, quod not. Bar. in l. non putauit. §. non quauis. ff. de bo. pos. con. tab.

z. c. ex eo. cum ibi alleg. de reg. iu. in 6.

a. in l. Aurelius. §. idẽ quæsiuit. de lib. leg.

[b] alibi tradunt, quòd probatio super vno eodemq́; capitulo non possit diuidi, quando est præsumtio contra volentem diuidere: vt in eo, qui fatetur se occidisse ad sui defensionem, quia con-
29. fessio ipsum damnat, non probata defensione. † Fallit quartò, si iudex ex officio in connexis vel separatis capitulis, velit credere testibus, quia potest, quando totum fundamentum partis aduersæ pendet in istis testibus [c]. Assignantur & aliæ quædam exceptiones, quæ tamen crebrius non sunt receptæ, itaque eas adscribere superfluum fuisset.

b. *in l. 1. C. de consess.*

c. *Ita colligitur ex doctrina Inno. qui loquitur de instrumento impugnato. in d. c. cùm olim. j. de cens.*

IDEM LONDO. ET HELIEN. episcop.

CAPVT XXXII.

In nostra præsentia: & infra. Cùm igitur hinc plures, inde verò sint testes numero pauciores producti, quos non solùm diuersa, sed aduersa penitus in quibusdam constat testimonia reddidisse: quia etiam ad multitudinem tantùm respicere non oportet, sed ad testium qualitatem, & ad ipsorum deposita, quibus potius lux veritatis assistit, ex quibus motum animi sui conuenit iudicem informare: Mandamus quatenus, si testes vtrinq́; producti eiusdem honestatis & existimationis extiterint, cùm constet testes monachorum esse testibus archidiaconi numero pauciores, pro archidiacono sententiam proferatis: Si verò testes ex parte monachorum producti, tantæ præeminentiæ fuerint, quòd eorum authoritas aliorum sit meritò multitudini præferenda, ab impetitione archidia. absoluatis eosdem.

Summæ rerum.

1. *IN conflictu testium, quando sibi contradicunt, tres gradus obseruandos esse à iudice.*
2. *Primus gradus, est autoritas personarum, & in quo illa consistat.*
3. *Secundus gradus est, qualitas testimoniorum.*
4. *In testibus ponderandæ rationes dictorum.*
5. *Testes consonantia iuri communi deponentes, verisimiliora dicere censentur: ideoq; data paritate cæteris sunt præferendi.*
6. *Tertius gradus est, numerus testium.*
7. *Testes affirmantes præferuntur negantibus.*
8. *Numerus quandoq; supplet defectum testium.*
9. *Ex qualitate partis producentis testes, de ipsis testibus præsumendum.*
10. *In hoc tamen multùm valere iudicantis arbitrium.*
11. *Quando testis vnus contradicit alteri, neutri creditur.*
12. *Si testes scripturæ repugnent, ad quam ipsi sunt adhibiti propter fidem, tunc testibus credendum magis, quàm scripturæ.*
13. *Quid iuris, si testes contradicant instrumento, cui non sint ob fidem adhibiti.*
14. *Quædam per testes melius probantur, quædam per instrumenta.*
15. *Quæ scripturæ non possint testibus reprobari.*
16. *Explicata l. in exercendis. C. de fi. instru.*
17. *Si instrumenta producantur à litigatore contraria, neutri creditur.*

Elegans est hoc cap. docens, † quæ sint partes iudicis in 1.
conflictu testium, quando testes actoris & rei contraria, ac planè pugnantia dixerunt testimonia: nec enim ob id fidem sibi derogant: Sed obseruandi sunt ea specie à iudice tres veluti gradus, ne confundatur animi motus, cæcutiatque in dijudicanda veritate, puta autoritas personarum, qualitas testimoniorum, & numerus testium. † Primò ergo persona- 2.
rum autoritas & honestas respicienda est, quæ in dignitate, moribus, & grauitate consistit, vt iurisconsultus Modestinus [a] intellexisse videtur. Itaque seniorem iuniori, decurionem plebeio, virum fœminæ, ingenuum libertino, inculpatæ vitæ hominem reprehensibili, diuitem pauperi, hominem integrum diffamato præferendum esse, [b] passim scriptum in legibus extat. Magnum certè supplementum, & fundamentum attestationibus adfert testium autoritas. Ideoque Baldus [c] rectè scribit, paucos nobiles testes, multis rusticis & vilibus præponendos esse, credendumque magis cardinalibus paucis, quàm multis pannosis clericis: minusque

a. in l. 2. de testib. b. l. 3. ff. de testib. c. vlt. de fi. instr. l. semper. de im. mune. l. non debet. de dolo. l. in multis. de statu ho. l. filia. C. de inoffi. testi. l. si cum dotem. §. eo autem tempore. in fi. ff. sol. matr. §. sancimus. in nouel. de testi. l. spadonem. §. vlt. de excus. tut. l. cum hi. §. sed personarum. de transact. & c. licet causam. §. quanquam s. de proba. c. in l. testium. C. eo.

minusque fidei adhibendum multis suspectis, quàm paucis o-
mni exceptione maioribus [d]. Vnde Diuus Hadria. Iunio Rufi-
no rescripsit, *testibus se, non testimonijs crediturum* [e]: & Archadi[f],
non ad multitudinem, inquit, *testium respici oportere*: id nimirum
in effectu volens, iure non considerandum esse, quàm multi sint
testes, sed quàm boni, quàm integri, quàm honesti. Et hic est
primus gradus in dijudicanda testimoniorum fide obseruandus.
3. † Secundò, si qualitas personarum par sit inter testes, tunc re-
currendum est ad qualitatem testimoniorum, videndumque
diligenter, qualia sint ea, hoc est, quàm verisimilia, quàm na-
turæ negotij, quo de agitur, conuenientia. Sic enim scribit i-
dem Archadius [g]: *Si testes* (inquiens) *omnes eiusdem honestatis &
existimationis sint, & negotij qualitas, ac iudicis motus cum his concur-
rat, sequenda sunt omninò testimonia: si verò ex his quidam aliud dixe-
rint, (licet impari numero) credendum quidem est, sed quod naturæ
negotij conuenit, & quod inimicitia, aut gratiæ suspicione, caret, con-
firmabitq; iudex motum animi sui, ex argumentis & testimonijs, quæ
rei aptiora, & vero proximiora esse comperit. Non enim ad multitu-
dinem respici oportet, sed ad sinceram testimoniorum fidem, & testimo-
4. nia, quibus potius lux veritatis assistit*: Hæc ille. † Ex quibus ver-
bis sanè discimus, in testibus ponderanda quoque esse argumen-
ta dictorum ac depositionum testium, hoc est, rationes, quibus
testium dicta firmantur, vt rectè [h] Baldus alibi exponit. Vnde se-
cundum eundem [i] Baldum sequitur, eos testes, qui dicta sua
melioribus rationibus consulciunt, melius etiam probare, & e-
os, qui factum siue negocium probandum melius cognitum ha-
bent, melius etiam probanda astruere. Ideò vicini testes, non
vicinis præponi debent, in probanda possessione: item causam
sui dicti reddentes non reddentibus, etiam vbi causæ redditio
5. non requiritur [k]. † Hoc quoque memineris, illos testes verisi-
miliora dicere, qui deponunt consonantia iuri communi [l]. Vn-
de si probationes sint pares ab vtraq; parte, præferri debent pro-
6. bationes fauentes iuri communi [m]. † Tertius gradus in exami-
natione testimoniorum est, vt si testes & personarum, & testimo-
niorum fide sint pares, tum demum ad numerum ac multitudi-
nem testium recurramus, & secundum illam lites controuer-
sas diffinitiuè [n] decidamus. Et hoc vult textus noster hic in ver-
sic. *mandamus*. Integrius enim iudicium est, quod plurimorum
7. sententijs minimè suspectis [o] confirmatur. † Præferuntur ta-
men testes affirmantes negantibus, [p] nisi plures vel meliores te-
stes negarent, remouendo actum à sensu, id est, non solùm di-
centes se nescire, sed se scire hoc non esse, quia æquè benè pro-
bari videtur negatiua, [q] sicut affirmatiua. Sunt & aliæ quæ-
dam huius doctrinæ exceptiones, quas hic apud Feli. cernere
8. est. † Hoc quoque addendum, quòd defectum fidei testium
numerus [r] suppleat. Quare Accursius, *licet testes*, ait, *non
sint multum boni, quod deficit in fide, suppletur in numero*: est enim

d. fa. gl. not. in c. monachus. verbo compendia. 77. distin.
e. d. l. 3. §. idem Diuus.
f. in l. ob carmen. §. fin. eo tit.
g. in d. l. ob carmen.
h. in l. testium. C. hoc tit.
i. Bald. in c. 1. §. si tes. de pac tenen.
k. Bald. l. presbyteri. C. de epi. & cle. l. vt eleg. voluit. Inno. in c. auditis. 1. de præscrip.
l. [as above]
m. Bald. in auth. omnes. C. com. de suc.
n. d. l. 3. §. eiusdem. quoq. ff. de testib.
o. 64. dist. c prudentiam. l. vlt. in fi. C. de fideicom. l. 1. in prin. ff. de ven. inspi.
p. gl. in l. diem præferre. § si plures. ff. de arbi. Panor. hic. Imo. in c. super hoc. ad fi. 1. de renu.
q. Bar. in d. § si plures.
r. glo. l. 3. § eisdem. de testib. quem sequitur Bald. in l. si quis ex arg. § 1. ff. de eden.

eſt enim nonnunquam aliquid præſtandum multitudini. Por-
rò præter ſupradictos tres gradus, addit Hoſtien. etiam quartam
conſiderationem, vt ſcilicet inſpiciatur perſona, quæ teſtes co-
ram iudice ſiſtit: † Nam ex qualitate producentis, præſumi 9.
poteſt teſtium corruptio: quemadmodum ratione producen-
tis, teſtes etiam digniores cenſeri poſſunt. † In his tamen vix po- 10.
teſt certa ac inuariabilis præſcribi regula, ſed totam hanc rem
iudex, conſiderata varietate & qualitate factorum, cenſendo
magis ſecum ex bono & æquo, quàm ex ſubtili nimis argumen-
torum ratione deliberare poteſt & debet. † Reliqua huc ſpe- 11.
ctantia gl. hic expedit: cui adde, quòd ipſa in ſua diſtinctione o-
miſit illud membrum, quando vnus teſtis contradicit alteri, &
tunc vtriuſque teſtimonium euertitur, niſi alter tamen eſſet ma-
ioris honeſtatis & exiſtimationis: tunc enim poteſt iudex illi,
pro quo honeſtior teſtis dixit, iuſiurandum deferre in ſupple-
mentum probationis [t], quod hic Panor. ſignandum cenſet: i-
demque Io. Andr. ad Specul. [u] annotauit.

ſ. in l. ſi qui teſtium. in pen. col. C. de teſti.

t. Iuxta l. in bonæ fidei. C. de reb. cre. & iure.

u. in tit. de teſte. §. poſtquam. circa pr. verſ. quid ſi aliter. vide etiam ad hanc gl. quæ ſuprà in c. cũ su. hoc tit. annotauimus.

Hactenus diximus de pugnantia teſtium, quod tùm ſit iu-
dicis officium: † quid autem faciendum iudici, ſi teſtes inſtru- 12.
mento repugnent? Et tunc obſeruandi ſunt ſequentes caſus.
Primò: Si teſtes contradixerint ſcripturæ, ad quam ipſi fuerint
propter fidem adhibiti, tunc teſtes ſcripturæ præferendi ſunt,
[x] cùm tota autoritas tabularum ex teſtium comprobatione de-
pendeat. Nam & alibi [y], *ſi quis neget*, inquit iuriſcon. *ſigillum ſu-
um agnoſcere, non ideò quidem minus aperiuntur tabulæ, ſed aliàs ſuſpe-
ctæ fient*, Et Imp. [z] *Si vero tale*, ait, *aliquid contigerit, quale in Arme-
nia factum eſt, & aliud quidem faciebat collatio literarum, aliud ve-
rò teſtimonia, tunc nos quidem exiſ[illegible]nimus ea, quæ à viua dicuntur
voce & iureiurando, hæc digniora [illegible], quàm ſcripturam ipſam ſecun-
dum ſe ſubſiſtere*. Veruntamen ſit hoc iudicantis prudentiæ, ſi-
mulatque religionis, vt veracibus potius pro talibus credat.
† Secundò: Si teſtes contradicant inſtrumento, ad quod non 13.
fuerint propter fidem adhibiti: tunc diſtinguendum eſt: nam
ſi producantur principaliter ad probandam falſitatem inſtru-
menti, quod non ſimul cum atteſtationibus, ſed ſeorſim pro-
fertur ad probandum aliquid, hoc caſu paribus teſtibus præ-
fertur ſcriptura, vtpote, ſi tres dicant inſtrumentum fal-
ſum, non audientur: quia & in tabulis inſtrumentorum,
duo teſtes vnà cum n[illegible]io, qui tertius eſt, adhiberi ſo-
lent. Niſi igitur quatuor ſaltem, aut quinque boni
viri atteſtentur falſitatem, [a] inſtrumento ſtabitur. Si ve-
rò de falſitate non principaliter tractetur, neque accuſan-
do, neque excipiendo, ſed vnà ad probandam intentio-
nem exhibeantur inſtrumentum & teſtes, qui examinati
repugnent

x. c. tertio. ſ. de proba.

y. l. 1. in fi. ff. quem teſt. ap.

z. §. ſi verò aliquid. in nouel. de teſti. inſtr. cau. & fi.

a. l. Domicius in inſtrumento. l. Labeo. ff. de teſta. l. cũ præcip. C. de proba. c. cũ Ioannes. ſ. de fi. inſtru.

repugnent instrumento: hac specie nulla certa regula tradi potest, sed iudex ex qualitate causæ æstimabit, quid horum magis
14. sequi oporteat. † Nam quædam per testes melius probantur, vt consanguinitas, adulterium: quædam contrà commodius per instrumenta, veluti acta iudiciorum, & res antiquitus gestæ: solet enim testium fides, ex temporis diuturnitate [b] variari.
15. † Sunt porrò nonnullæ scripturæ, quas non licet testibus impugnare, vt sunt monumenta publica, libri ciuitatum, [c] & cætera
16. huiusmodi. † Quod itaque dici solet, [d] *in litibus exercendis eandem vim obtinere tam fidem instrumentorum, quàm depositiones testiũ,* ita accipiendum est, ad iustam probationem alterutrum sufficere, aut idoneos testes, aut non suspectum instrumentum, scilicet vbi sine contradictione profertur. Si verò impugnetur instrumenti fides, tunc ad superiorem distinctionem recurri de-
17. bet. † Hoc pro colophone addo, si diuersæ ac repugnantes scripturæ, ab eodem litigatore producantur, [e] nulli credendum esse: quod alibi [f] latius explicatur. Cætera huc pertinentia Glos. benè examinat, ad quam sit remissio.

b. l. 3. §. duæ. ff. de Carbo. edi. l. in causa. de dam. infec.
c. l. census. ff. de proba. l. vlt. C. arb. tut.
d. l. in exercendis. C. de fi. instr. l. iudicia. C. de rei vend. l. scripturas. C. qui po. in pig.
e. l. scriptura. C. de fi. instr. c. imputari. j. de fi. instru.
f Dd. in iam alleg. locis.

IDEM PRIORI S. FRIDIANI Lucan. & magistro G. canonico Pisano.

CAPVT XXXIII.

IAM literis vestris, quàm depositionibus testium intelleximus, nihil esse cõtra Lucanum electum sufficienter ostensum, [a] nisi de auditu tantùm & fama: cùm super alijs, si qua fortè videantur esse probata, testes sint vel soli, vel tales, qui non potuerunt illa legitimè comprobare. Quia verò super matrimonio, quod idem electus dicitur contraxisse cum vidua, testes [b] fuerunt recepti, propter [c] appellationis obstaculum, ne laici vel fœminæ in tali reciperentur articulo contra ipsum: Nos vt tantæ irregularitatis obiectio, non remaneat indiscussa, mandamus, quatenus testes, siue laicos, siue fœminas (duntaxat idoneos) qui ad hoc fuerint probandum inducti, reci-

piatis legaliter, & examinetis prudenter: excõmunicantes solenniter, si quis eos impedire pręsumserit, quò minus testimonium perhibeant veritati. Demum attestationibus publicatis, si fortè constiterit, irregularitatem huiusmodi non esse probatam, [d] indicatis eidem electo, purgationem canonicam de obiectis [e] per septem canonicos maioris ecclesiæ, vel priores ecclesiarum ciuitatis Lucanæ presbyteros seu diaconos bonæ famæ præstandã: qua recepta præfigatis ei terminum, quo consecrandus nostro se conspectui repræsentet. Si verò vel irregularitatis impedimentum fuerit probatum, vel intra terminum constitutum, non præstiterit purgationem indictam, vos eum à prælatione Lucan. ecclesiæ [f] amouentes, mandetis ex parte nostra capitulo, vt electionẽ de alio non differant canonicè celebrare. Archipresbyterum autem Luca. & G. sacristam, qui contra prædictum electum, literas nobis sub nomine maioris partis capituli destinauerunt (cùm constet per attestationes prædictas, longè maiorem partem capituli non fuisse consciam huiusmodi literarum) ab officio & beneficio denuntietis esse suspensos, donec mereantur nostram indulgentiam obtinere.

Summæ rerum.

1. *Summarium huius cap.*
2. *Testimonium de auditu regulariter non valet: fallit tamen, vt nu. 3. 4. 5. & 6.*
7. *Post publicationem testimoniorum, super articulis penitus diuersis testes alios produci posse.*
8. *Purgatio indici potest infamato, de irregularitate.*
9. *Quæ sit sese purgandi formula seruanda ab infamato.*

Argumen-

1. Argumentum seu epitome huius cap. est, † quòd testes laici, & mulieres testificari possint aduersus clericum, quando ciuiliter de crimine agitur, quodque testimonium de auditu, & fama non sit sufficiens.

2. a Nisi de auditu) † Quod est insufficiens testimonium Pro regula enim traditur, testimonium de auditu alieno, id est, quod ex aliena relatione pendet, non valere, etiamsi fama cum ea relatione concurrat: ætiologia est, quia testis de sua, [a] non
3. de aliena scientia deponere debet. † Aliquando tamen huiusmodi testimonium vires habet: Primò, cum de cognatione vel affinitate tractatur: modò tamen testes sint omni exceptione maiores, qui dicant, se audiuisse à maioribus suis, & aperta computatione distinguant gradus, viderintque ipsi personas, de quarum cognatione quæstio est, sese pro talibus mutuò gessisse: [b] quod nisi admitteretur, impossibile foret [c] consanguini-
4. tatem probare. † Secundò, cùm quæritur de memoria vetusti operis. Ait enim alibi [d] iurisconsultus: *Nec vtique necesse est, superesse, qui meminerint, verumetiam si qui audiuerint eos, qui memoria*
5. *tenuerint.* † Tertiò, ad probandam famam recipiuntur testi-
6. monia alieni auditus. † Quartò, si docere quis velit, hæredem fraudasse [e] hæreditatem: & si quæ sunt exceptiones prædictis similes, de quibus Doctores suis locis [f] vbertim scribunt.

a. l. testium ibi gl. et Dd. C. de testib.
b. c. licet ex quad. ȷ. tit. nostro.
c. arg. l. non facilè. ff. de gradib.
d. l. si arbiter. ff. de proba. l. 2. § idem Labeo. de aq. plu. ar.
e. §. si verò absunt. in nouel. de hære. & falci.
f. Dd. in d. l. testiū. & d. c. licet. ex quadam.

7. b Fuerunt recepti) † Hinc notat Inno. post publicationes testimoniorum, super alijs articulis penitus diuersis, posse testes produci: quod hic latius Io. Andr. prosequitur. In nostro autem proposito, post apertas attestationes, & peremtoriam dilationem canonicis assignatam ad probandum, quicquid vellent, ideò fuerunt admissi testes ipsorum: quia per appellationem ipsius electi frustratoriam, canonici fuerant impediti, [g] super hoc articulo irregularitatis testes producere.

g. Inno. et Hosti. hic.

c Appellationis) interpositæ per testem [h] electi.

h. Io. And. hic.

8. d Indicatis) † Purgatio ergo indici potest infamato de irregularitate, proueniente non solùm ex delicto, sed etiam ex defectu sine delicto: [i] nec requiritur in tali purgatione, quod purget se per homines similis dignitatis, sed sufficit [k] id fieri
9. per clericos bonæ famæ. † Porro generaliter sciendum est, talem hodiè introductam esse purgandi formulam, vt delatus apud magistratum adhibeat septem, vel pro qualitate rei pauciores, qui testimonium innocentiæ illius ideò præstare possint, [l] quia & fide sint digni, & propter viciniratem compertam habere possint veritatem: Tùm ipse suspectus iurabit, se tale crimen non admisisse, quod obijcitur. Compurgatores autem iurabunt se credere, [m] quòd principalis iurans dicat veritatem.

i. fa. c. accedens. ȷ. de purg. cano.
k. vt hic C. cum in iuuentute. c. constitutus. ȷ. de Cano. purga.
l. c. ex tuarum. et c. cùm dilectus. de purga. Cano.
m. c. de testib. & c. vlt. eo. tit. de purg. Cano.

c Per septem) nisi numerus personarum sic fuisset à pontifice præfinitus, quot personæ adhiberi debuissent, relinqueretur arbitrio iudicantium[n].

n. Io. And. hic & c. insinuatū. §. de simo.

f Amouentes) electionem per sententiam irritantes.

IDEM DVLMEN. EPISCOPO & decano & priori sanctæ Trinitatis Eboracensis.

CAPVT XXXIIII.

CVM autem archid. Menen. aduersus Cantua. archiepiscopum super statu Menen. ecclesiæ proposuerit quæstionem: & infra. Mandamus, quatenus nisi pars aduersa prædictum archidiaconum [a] per exceptionem legitimam repellere valeat ab agendo: partibus (si poterit fieri) vel procuratoribus earum [b] ad locum securum & idoneum conuocatis, & lite legitimè contestata, testes, quos archiepiscop9 in Anglia, & quos archi. duxerit producendos in Vuallia, recipere procuretis. Verùm si archiepiscopus citatus legitimè, vel per se, vel per procuratorem idoneum [c] noluerit comparere, aut litem etiam contestari, vos testes, maximè senes & valetudinarios, quos archid. duxerit producendos, sublato ap. obstaculo, admittatis, & depositiones eorum conscriptas ad sedem curetis apostolicam destinare: statuentes partibus terminum peremptorium, quo per se vel per responsales idoneos nostro se conspectui representent [d], sententiam recepturæ.

*

Summæ

Summæ rerum.

1. Huius cap. epitome siue argumentum est, † In causa status ecclesiæ aduersus contumacem, recipi posse testes lite non contestata, sententiamque ferri diffinitiuam, [a] contra communem iuris regulam.

2. a Per exceptionem) † Tametsi interpretes variè hic conflictentur, inuestigando quo iure iste archidiaconus aduersus archiepiscopum Cantuariensem egerit, vt apud Panor. ad nauseam vsque cernere est: tamen frequentius in sententiam Innocentij itum est, existimantis, licet aliàs regulariter singuli de ecclesia, volentes pro ea experiri, non admittantur absque mandato [b]: nihilominus si de negligentia episcopi & capituli constet, quemlibet de ecclesia ad agendum pro ecclesia admitti sine mandato. Sic ergo & in nostra specie hic archid. directâ via pro libertate ecclesiæ Menensis vindicanda egerat, quam archiepiscopus Cantua. pro suffraganea suæ ecclesiæ agnoscere
3. contendebat. † Sic Innocentius [c] docet, episcopum, qui negligens in rebus ecclesiæ existat, per capitulum posse corrigi. Et quamuis ille tex. quem Inno. allegat, non loquatur de singulis capituli, tamen in ipsis idem obtinere, [d] communiter Doctores volunt. Ius enim vniuersitatis remanere potest in vno non negligente. Sic & alibi [e], si episcopus prætermittit relicta pauperibus postulare, cuilibet de populo indulgetur, agere in fauorem piæ causæ, quem tex. [f] Baldus ita accipit. † Li-
4. mita tamen prædicta non habere locum in regularibus, [g] quia vnus solus non posset agere pro ecclesia, sine mandato & licentia Abbatis.

a. s. vt li. non cont.

b. vt in c. quoniam. s. de offi. deleg. et c. causam quæ. s. de iud. & in l. sicut. in fi. per locum à speciali. ff. quod cuiusq; vni. no. c. quamuis secus in defendendo per gl. & Dd. c. ex parte. Asten. j. de conces. præben. & c. s. de procur.

c. ex c. dilecti. de maio & obed.

d. per nota. in c. bonæ. et c. quia propter. s. de elect.

e. in §. sui autem. in nouel de eccle. tit.

f Bald. in l. nec quicquam. §. fi. de offi. procon et leg.

g. per. c. ex parte. cũ similib. s. de postu. nisi pro Abbate incarcerato experiretur. But. et Abb. hic.

Conuin-

Conuincitur † autem negligentia epiſcopi ſiue capituli, eo 5.
ipſo, quod non proſequuntur ius ſuæ eccleſiæ, quàmprimum
poſſunt: nec poſſunt hi allegare ignorantiam, cùm non præſu-
matur in talibus, ſi ignorantia eſt [h] culpabilis. † Volunt quo- 6.
que Dd. non requiri, vt prius admoneantur: quod verum intel-
lige, quando ius eccleſiæ eſſet omninò notorium, [i] ſecus vbi non
eſſet notorium, quia tum monitio neceſſaria eſt, propter regu-
lam quæ dicit [k], delictum negligentiæ non incurri, niſi monitio-
ne præcedente.

b Ad locum ſecurum) † Debet enim locus iudicij eli- 7.
gi, qui ſit tutus ipſi parti principali, ſi fieri id poſſit vllo modo,
vel ſaltem ipſius procuratori, quemadmodum Feli. hic tradit.

c Noluerit compar. aut li.) † Obſerua hæc duo, nol- 8.
le quem comparere, & ſic ſui præſentiam non facere: aut nolle
litem conteſtari, etiamſi quis præſens ſit, paria exiſtimari.
Hinc Felinus ait, duo ſingularia eſſe notanda: Primùm, quando
reus eſt præſens, litemque conteſtari recuſat, poteſt aduerſus
ipſum ceu contumacem progreſſus fieri, perindè ac ſi citatus ſui
præſentiam coram iudice [l] non feciſſet. † Alterum eſt, quòd 9.
iudex non poteſt partem cogere ad litis conteſtationem. Sed
hoc ita temperandum eſt, vt procedat, ſi poſſit actori conſultum
eſſe, per miſſionem in poſſeſſionem rerum contumacis [m]: tum e-
nim non poteſt contumax cogi inuitus litem conteſtari. Si verò
per huiuſmodi miſſionem non eſſet conſultum actori, [n] poſſet
reus non præciſè ad litem conteſtandam compelli.

d Sententiam recepturæ) Hoc de ſententia diffiniti-
ua accipiendum eſt: hîc enim iubentur ſimpliciter citari partes,
ad audiendam ſententiam: † & appellatione ſententiæ, diffini- 10.
tiua [o] regulariter intelligitur. Senſus itaque eſt, quòd omnes
teſtes indifferenter hîc recipiantur, & non tantùm ſenes & vale-
tudinarij, ac diffinitiuè in cauſa pronuncietur. † Nec aduer- 11.
ſatur regula, quæ dicit, [p] lite non conteſtata, teſtium receptio-
nem eſſe illicitam, nec diffinitiuam ferri poſſe: quoniam
hîc ponitur caſus ſpecialis, fauore libertatis: idemq; eſt in qua-
cunque cauſa [q] ſtatus: & hæc expoſitio crebrius obtinuit. † In- 12.
no. ait, pleroſque etiam aliter accepiſſe tex. noſtrum, videlicet
quod hîc archiepiſcopus diffamabat eccleſiam Menen. ſeu eius
ſtatum, aſſerendo illam ſibi ſubiectam: ideò præfigitur hîc ter-
minus, intra quem ius ſuum probet, alioqui diffinitiuè ei præci-
pietur, ne vlterius inquietet [r] eccleſiam. Sed Inno. ipſe
hunc ſenſum reprobat [ſ]: cùm enim archiepiſcopus hîc
poſſederit, non eſt veriſimile eum diffa-
maſſe eccleſiam.

h. c. innotuit. ſ. de elect. c. ignorantia. de reg. lib. 6.
i. c. Romana. §. notoria. de cenſ. in 6.
k. Bald. auth. quo amplius. C. de fidei-com. Bald. et Imo. l. ſi mora. ff. ſolu. matri. Feli. hîc nu. 4.
l. de materia loci tuti. vide Dd. in c. accedens 1. ſ. vt li. non conteſt. c. ex parte. ſ. de app. & cle. paſtoralis. de iudi.
m. ſicq; probatur conclu. Bar. in l. conſentaneum C. quomodo & quando. iud.
n. gl. ſing. in auth. qui ſemel. C. quomodo & quando iud.
o. ſecundum Ang. & Imol. l. inter ſtipul. §. 1. de verb. oblig. eundem. l. ſi finita. §. ſi plures. in 10. col. dedam. infe. per l. quoties. in prin. §. prætor. ff. de noxal.
p. dixi. ſ. in rubr. de re iud.
q. ſ. vt li. non cont. per to.
r. vt dicit Bald. in l. 1. in fi. C. de teſta adde gl. in c. chriſtianus. 11. q. 1.
ſ. iuxta l. diffamari. C. de inge. ma.

IDEM

IDEM PRIORI DE BOLONIC. & I. rectori ecclesiæ de Borel.

CAPVT XXXV.

EX tenore literarum vestrarum accepimus, quòd cùm vobis causam, quæ vertitur inter R. militem, & M. mulierem, commiserimus fine debito terminandam:.& infrà. Pars mulieris proposuit,quòd dictus miles prius corporale præstitit iuramentum, quod ipsam duceret in vxorē, & postmodū carnaliter cognitam traduxit in domum. Miles verò hoc inficiabatur omninò, [a] adijciens, quòd etsi hæc vera essent, eam tamen de iure habere non potuit: eo quod aliam tunc viuentem prius duxerat in vxorem. Cùm per testes militis videretur esse probatum, quod ipse ante festum purificationis beatæ Mariæ virginis B. mulierem solenniter accepit in vxorem: & testes M. mulieris dicerent,quòd in septimana paschali sequente festum prædictum, de ea ducenda præstitit iuramentum, prædictus miles ab impetitione ipsius absolui cum instantia postulabat. Verùm ex parte sœpè dictæ mulieris extitit replicatum, quod eo tempore, nec non & antè, quo testes dicti militis dixerant eum cum alia matrimonium contraxisse, fuerat semper in Ebor. prouincia commoratus, cùm testes ipsi dicerent, hoc longè extra dictam prouinciam actum esse, [b] determinantes tempus & locum: [c] quod per testes idoneos erat probare parata. Sed contrà fuit ex aduerso responsum, quod (cùm attestationes iam essent hinc inde solenniter publicatæ) locus productio-

productioni testium iam non erat. Quia igitur dubitatis, vtrùm post publicationem & attestationem [d] super illo articulo deberent testes admitti: nos inquisitioni vestræ authoritate præsentium respondemus, testes mulieris [e] ad probandum illum articulum admittendos.

Summæ rerum.

1. *CAutela excipiendi.*
2. *Testes an locum & tempus gesti negotij, vel commissi criminis designare teneantur.*
3. *Testes etiam post publicationem possunt docere absentiam temporis, quo id gestum esse dicitur.*
4. *Testium dicta necessariò concludere debent.*
5. *Verbum (continuè) à teste prolatum, quomodo intelligatur.*
6. *Cur mulier in hoc casu post publicationem admittatur ad probandum contrarium eius, quod prius erat probatum.*
7. *Verus intellectus ad decisionem huius cap. traditur.*
8. *Quando articuli imperfectè sunt positi, etiam post apertionem testium, licet eorum dicta impugnare.*
9. *Exempla aliquot ad prædictum dogma. & nu. 10.*
11. *Imperfecta specificatio, admittit probationem, & directò contrariam.*
12. *Explicatio Gloss. vlt. huius cap.*
13. *Quomodo cle. 2. de testib. concilianda sit cum hoc cap.*

a Adijciens) † Ex hisce verbis plerique cautelam notant 1.
excipiendi istam: quòd reus conuentus non debeat simpliciter excipere, ne sic videatur fateri intentionem aduersarij, sed prius negare, & in quantum constet, exceptionem proponere. Ego verò hanc excipiendi formam indignam esse christiano homine autumo, nec vllo modo amplectendam, quoniam contineret peccatum ratione [a] mendacij, quemadmodum Imola & Felinus hîc annotârunt.

a. per glo. in c. excpetione. de reg. iu. in 6. et c. 1. de consi. in 6.

b Determi. tempus & lo.) † Debent enim testes lo- 2.
cum & tempus designare, in suis attestationibus gesti negotij, vel commissi delicti, [b] maximè si interrogentur: quod verum est, quando hæc sunt necessaria ad probandam intentionem producentis, & de substantia probationis, vt in nostra specie. quia miles inducebat hic testes, vt doceret se prius cum alia contraxisse matrimonium, quod non poterat probari, nisi sui testes de tempore testificarentur. Loci autem expressio hîc non erat necessaria, quia tamen & locum deduxerat mulier, factus est de substan-

b. c. cùm causam. ∫. eq.

de ſubſtantia ex parte mulieris. Dixit tamen hîc Hoſtien. ſi teſtes ex æquo omnes de tempore interrogati, reſpondeant, ſe non recordari, teſtimonium eorum reddi ſuſpectum: quoniam vnum eundemque præmeditatum ſermonem [c] adferre videntur: poſtea tamen mutat ſententiam, hoc iudicantis arbitrio relinquendum eſſe putans, quod & verius [d] eſt: nam & [e] alibi creditur teſtibus etiam non recordantibus de anno.

3. c Quod per teſtes) † Sic ergo admittuntur teſtes etiam poſt publicationem, ad probandam abſentiam eo tempore, quo contractum aliquid, [f] geſtumúe eſſe dicitur. Itaque ceſſat hoc caſu regula, [g] quæ poſt aperta teſtimonia prohibet alios teſtes produci. Ait tamen Io. Andr. neceſſe eſſe, vt teſtes de abſentia deponentes aſſerant, ſe illum continuò vidiſſe in tali loco commorantem, ita quod intra temporis interuallum, quo eum videre deſierunt, non potuiſſet proficiſci ad eum locum, in quo
4. fuiſſe diceretur, & rediјſſe, aliter non probarent. † Quod ideò eſſe Panor. ſcribit [h], quia teſtium dicta neceſſariò concludere debent. Videtur tamen hanc mulieris probationem neceſſariò non concludere: fieri enim potuit, militem non exiјſſe prouinciam, & tamen per procuratorem contraxiſſe [i] matrimonium. Sed reſpondendum eſt, quòd teſtes à milite inducti dixerint, eum perſonaliter contraxiſſe. Rurſus videtur teſtes mulieris falſum dixiſſe, allegando quod ſemper ac continuè militem in
5. prouincia viderint: hoc enim impoſſibile eſt. † Reſpondeo verbum *(ſemper & continuè)* à teſte prolatum, intelligitur pro horis competentibus [k]. Intellige ergo teſtes ita vidiſſe militem continuè, quòd intermiſſione viſus, nunquam interceſſerit tantum temporis interuallum, vt eò proficiſci potuiſſet, vbi aſſerebatur matrimonium contraxiſſe.

c c.cõtra l. 3. §. tu magis. de teſti.
d propter tex. in c. cùm Ioannes. ĵ. de fi. inſtr.
e de hac materia vide Dd. ibi, et in d. c. cùm cauſam. ĵ. hoc tit.
f vt hîc et l. optimã. in fi. C. de contrah vel cõmit. ſtip.
g c. fraternitatis. ſ. tit. noſtro.
h c. in præſentia. ẽ. de proba. de quo in c. cùm cauſam ĵ. eo.
i c. vlt. de procur, lib. 6.
k Spec. de teſte. §. poſtquam. verſ. quid ſi plures.

d Super illo articulo) id eſt, ſuper abſentia militis, nempe, qui ab eo loco abfuerit, tempore, quo aſſerebatur cum alia muliere contraxiſſe coniugium.

6. e Ad probandum) † Sed nonnè hîc mulier poſt aperta teſtimonia admittitur ad probandum contrarium eius, quod miles prius docuerat? an non hoc eſt contra vulgatam regulam Clem. 2. de teſtib. ſubeſtque periculum, ne ſubornentur teſtes, qui veritatem priorum euertant? Plerique dixerunt, hoc ideò fieri, quia mulier id non directò, ſed indirectè, ac per obliquum factura erat, probando ſcilicet abſentiam à loco, tempore allegati contractus. Sed hæc reſponſio meritò improbatur: poſſunt enim teſtes eâdem facilitate induci ad teſtificandum abſentiam à loco, ſicut ad probandum directò contrarium: ergo eadem debet eſſe prohibitio, [l] publicatiſque atteſtationibus ſicut
7. directa, ita & indirecta probatio contraria excludi. † Quare ſic dicen-

l c. cùm dilecta. de confir. vti. vel inuti.

ſic dicendum eſt: mulierem in noſtra ſpecie ad probandum, quòd miles ab eo loco, vbi contraxiſſe aſſerebatur, tempore initi contractus abfuerit, etiam poſt publicationem admitti, quia antè de tempore & loco non inſtructa erat, ſicque abſentiam illi obijcere non poterat. Cùm enim miles in ſuis articulis, tantùm ſimpliciter dixerit, ſe prius cum alia nuptias contraxiſſe, nec ſe ad certum tempus & locum adſtrinxerit, vbi & quando id actum fuiſſet, mulier vtique id ſomniare aut cogitare nequiuit, donec atteſtationes publicarentur. Nihil ergo illi imputari poteſt, quòd cum publicatione hanc abſentiam non probauit. Si autem prius in articulis hæc fuiſſent expreſſa, ceſſaret cap. noſtri deciſio, nec admitteretur mulier poſt aperta [m] teſtimonia. Et hic verus eſt ſenſus ad hanc literam, quam etiam gloſ. [n] alibi ſentit, licet Inno. hic illum ſibi aſcribat. † Prædictis adde, 8. quòd ſcribit Io. Andr. ad Spec. [o] docens, quando articuli imperfectè ſint ſpecificati, non ſolùm poſt publicationem atteſtationum licere teſtium dicta impugnare, aut reprobare indirectè, ſed etiam directò. † Vnde ſi inſtrumentum ſimpliciter falſum 9. dixiſti, & teſtes, quos ad illud impugnandum produxiſti, dixerint, notarium in eo ſubſcriptum tempore confectionis, non fuiſſe viuum, poſſum etiam apertis iam eorum dictis producere teſtes, vt eum vixiſſe doceant, licet hoc ſit directò contrarium. † Idem eſt, ſi homicidium opponens, illud non ſpecificet, ſed 10. teſtes dicant de Titio occiſo, poſſunt poſt horum publicationem admitti ad probandum, Titium adhuc viuere. † Imperfecta 11. ergo ſpecificatio, admittit probationem etiam directò contrariam, ſicut perfecta ac ſufficiens, probationem etiam indirectè contrariam repellit: [p] quod eſt ſignandum. † Hoc quoq; ad- 12. dendum, quod gl. vlt. hic tangit: Si mulier probauerit abſentiam militis, eo tempore, quo contraxiſſe aſſerebatur, viciſſim licitum eſſe militi, ſuam præſentiam probare: quia (inquit gl.) *alius eſt modus inducendi, & ad aliud inducuntur teſtes quàm prius:* quaſi diceret: miles primò teſtes induxit ſuper præſentia ad probandum principaliter matrimonium: nunc verò teſtes inducere intendit, ad præſentiam docendam contra probationem mulieris: interim tamen non reſpondetur cle. 2. de teſtib. cùm ſic miles admitteretur ad probandum directò contrarium eius, quod mulier docuerat. Hæc enim abſentiam oſtendit: miles præſentiam docere vult. † Itaque vt hunc ſcrupulum euitemus, 13. ſic dicendum eſt ex ſententia Panor. militem admitti ad docendam præſentiam, dummodò id ante aperta mulieris teſtimonia faciat: vel admittetur etiam poſt publicationem, cùm hæc vltima probatio ad confirmationem prioris fiat [q], ſicque non ſit præſumenda ſubornatio.

m. *obſtante. d. cle. 2. de teſtib.*
n. *gl. in c. ſi quis teſtib 4. quæſt. 3.*
o. *tit. de teſte. § ſæpè. in prima add.*
p *fa. l. inde te Narius. ad l Aquil. hæc probant Butr. Imo. Pan. & Feli. hic.*
q. *iuxta not. dicta Inno. in c. cùm clamor. ſ. eo.*

IDEM

IDEM PRIORI SANCTI Victoris.

CAPVT XXXVI.

SIgnificauerunt nobis: & infrà. Cùm causa quæ vertitur inter abbatem & monachos sancti Dionysij ex vna parte, ac abbatissam & moniales Forcellis ex altera, tam super proprietate, quàm super possessione prioratus de Argentolio, iudicibus à nobis commissa fuisset, & moniales super causa proprietatis prius litem ingressæ, testes produxissent in illa, [a] postmodum possessionis iudicium suspenso petitorio intentarunt: & infrà. Vnde in causa possessionis, quam moniales petebant ea ratione, quod [b] illæ, quibus ipsæ successerant, inde fuerant violenter eiectæ, testes fuerunt ab vtraq; parte producti, & eousq; processum, vt publicatio fieri iam deberet: & infrà. Mandamus, quatenus si vobis constiterit, abbatem & monachos quartam productionem testiũ [c] cum iuris solennitate super possessorio petiuisse, & propter hoc intra decem dies post interlocutoriam sententiam appellasse (nisi fortè iudices quartam productionem negauerint pro eo, quod voluerint [d] effrenatam multitutinem testium refrenare) vos ad quartam productionem (adhibita solennitate legali) admittatis eosdem: ipsos ([e] si in probatione defecerint) in expensis legitimis condemnantes. Et nisi adeò sit in petitorio iam processum, vt plenè possit de proprietate [f] liquere, vos causam possessionis, ad quam de iuris beneficio abbatissa & moniales habuere recursum, primitus terminetis, in causa proprietatis postmodum processuri: alioquin quæstionem terminetis [g] simul vtranq;.

Summæ rerum.

1. *Pitome siue summa huius cap.*
2. *Discussa l. cùm fundum. ff. de vi. & vi. ar. eademq; restituta: & nu. 3.*
4. *Commissa causa possessorij & petitorij, potest actor alterutrum tantùm intentare.*
5. *Ampliatio cap. pastoralis. §. de cau. poss. & propri.*
6. *Rescripta interpretari debent iuxta ius commune.*
7. *Possessorium recuperandæ, an hæredibus, & in hæredes detur.*
8. *Petens quartam productionem, debet eam cum solennitate legali petere.*
9. *Iudex denegando quartam productionem, an causam exprimere teneatur.*
10. *Iustè denegatur productio vlterior, ob effrenatam multitudinem testium.*
11. *Intellectus verus ad vers. si in probatione huius cap.*
12. *Quando dicatur iudici de causa liquere: & nu. 13.*
14. *Quæ probatio dicatur liquida.*
15. *Explicatio gl. vlt. huius cap.*
16. *Axioma illud, quòd intentato petitorio non possit recurri ad possessorium, declaratur.*
17. *Litis contestatio, respectu restitutionis fructuum, & actorem & reum constituit in mala fide.*
18. *Si instantia per renuntiationem partis intereat, perimitur etiam effectus ex ea inductus.*
19. *Acta ordinatoria, quæ iam operata sunt effectum, non perstant peremta instantia.*
20. *Litis contestatio an faciat eum malæ fidei possessorem, qui est litem contestatus, si ipse actor cœperit postea reus esse.*

Tametsi cap. hoc † præcipuè contineat, (ad quod etiam communiter allegari solet) indulgendam esse in controuersijs iudiciarijs quartam dilationem, si cum solennitate legali petatur, causa legitimè non repugnante, aliàs prouocationi locum esse: plura tamen enunciata ex eodem elici possunt satis memorabilia, quæ ad textum explicabimus. 1.

a Postmodum poss.) Ergo primò egerant petitorio iudicio, postea verò possessoriũ recuperandæ accumularant: quod licitum esse alibi docuimus,[a] vbi cumulationis materiam exactè discussimus, discurrendo per omnia interdictorum genera. † Idem ex Papiniani responso probatur,[b] vbi sic ait, Papi. *Eum, qui fundum vendicauit ab eo, cum quo interdicto vnde vi potuit experiri, pendente iudicio, nihilominus interdicto rectè agere placuit.* Sic enim distinguendum ibi esse textũ, Norica editio ostendit: & cessabunt altercatio- 2.

a. *in c. pastoralis. §. de cau. poss. et propr.*
b. *in l. cùm fundum. ff. de vi. & vi. ar.*

altercationes inter Accursium & Azonem, quorum neuter, propter corruptum textum, mentem Papiniani percepisse videtur. Nam ipsi sic falsò distinguunt sententiam, potuit ex-
3. periri, pendente iudicio nihilominus. †Debet autem sic Papinianus accipi: quemadmodum pendente iudicio petitorio, potest agi interdicto vnde vi, sic etiam post iudicium petitorium
4. nihil obstat, possessorium iudicium simul tractari posse. †Interim obserua hinc, commissa causa tam super possessione, quàm proprietate alicuius rei, actori indulgeri, super alterutra iudicium intendere, prout sibi videbitur: quinimò potest suspendere proprietatis quæstionem prius motam, & iudicio duntaxat
5. possessorio experiri. †Per quod ampliatur cap. pastoralis: suprà de cau. poss. & propri. quod procedat non solùm in ordinario iudice, qui ex propria iurisdictione ius habet super causis litigiorum cognoscendi, sed etiam in delegato, qui ex delegata & sibi commissa illud habet, cui[9] iurisdictio licet sit stricta, [c] habeatque in mandatis super possessorio, & petitorio progredi, tamen potest restringi, vt possessorium discutiat, suspensa
6. causa proprietatis. †Rescripta enim interpretanda sunt, secundum [d] ius commune, quod Doctores [e] suis locis examinant.

7. b Ille quibus ipse succes.) †Nam interdictum vnde vi, siue possessorium recuperandæ, etiam hæredibus ac successoribus deiecti de possessione conceditur [f]: In hæredes verò cæterósue successores eius, qui deiecit, datur in id, quod ad eos peruenit, dolóue malo eorum factum est, [g] quo minus perueniret.

c Cum iuris solen.) Quam explicatam habemus suprà
8. in cap. 15. hoc tit. nostro, vbi videri potest. †Porrò quicunque quartam petit dilationem, semper debet addere, se illam cum legali solennitate petere, alioqui hoc non adiecto, iustè ei denegabitur, & iniustè à denegatione facta prouocabit, secundum Inno. hîc: quod Ioan. Andr. latius discutit: talis enim non dicitur grauatus, cùm sub forma debita, & à iure præscripta
9. non petierit. †Illud etiam controuerti solet, an iudex in deneganda quarta productione teneatur causam exprimere? Et Panor. putat sufficere, si in veritate subsistat causa, cur sit deneganda: præsumendum enim esse prima fronte, [i] pro facto iudicis. Consultius tamen (meo iudicio) fecerit iudex, si eam exprimat ita cautè, vt non pandat animum suum, vt sic partem ab appellando retrahat.

10. d Effrenatam) †Est ergo iusta causa deneganda quartæ dilationis, effrenata multitudo testium: Amplius dicunt interpretes, ex ista ratione posse etiam denegari secundam, vel tertiam, vt [k] suo loco diximus: de quo amplius in c. proximè sequenti.

c. C. P. & G. ſ. de offi. deleg. ibidemq; Dd.

d. c. causam. ſ. de rescri.

e. ibid. & c. super quæstionum. §. si verò duo. ſ. de offi. deleg. & c. super literis eo. tit. & l. si quãdo. ibi legistæ. C. de inoffi. test.

f. l. 1. §. hoc interd. hæredi. ff. de vi. & vi ar.

g. d. l. 1. §. vlt. cum l. seq. dicto tit.

h. c. in causis. ſ. eo. & in Nouel. de testib. vers. quia verò multi.

i. d. c. interposita. ſ. de app.

k. in d. c. in causis.

 [e] Si in pro-

Summæ rerum.

1. EPitome siue summa huius cap.
2. Discussa l. cùm fundum. ff. de vi. & vi. ar. eademq; restituta: & nu. 3.
4. Commissa causa possessorij & petitorij, potest actor alterutrum tantùm intentare.
5. Ampliatio cap. pastoralis. s. de cau. poss. & propri.
6. Rescripta interpretari debent iuxta ius commune.
7. Possessorium recuperandæ, an hæredibus, & in hæredes detur.
8. Petens quartam productionem, debet eam cum solennitate legali petere.
9. Iudex denegando quartam productionem, an causam exprimere teneatur.
10. Iustè denegatur productio vlterior, ob effrenatam multitudinem testium.
11. Intellectus verus ad vers. si in probatione. huius cap.
12. Quando dicatur iudici de causa liquere: & nu. 13.
14. Quæ probatio dicatur liquida.
15. Explicatio gl. vlt. huius cap.
16. Axioma illud, quòd intentato petitorio non possit recurri ad possessorium, declaratur.
17. Litis contestatio respectu restitutionis fructuum, & actorem & reum constituit in mala fide.
18. Si instantia per renunciationem partis intereat, perimitur etiam effectus ex ea inductus.
19. Acta ordinatoria, quæ iam operata sunt effectum, non perstant peremta instantia.
20. Litis contestatio an faciat eum malæ fidei possessorem, qui est litem contestatus, si ipse actor cœperit postea reus esse.

Tametsi cap. hoc † præcipuè contineat, (ad quod etiam communiter allegari solet) indulgendam esse in controuersijs iudiciarijs quartam dilationem, si cum solennitate legali petatur, causa legitimè non repugnante, aliàs prouocationi locum esse: plura tamen enunciata ex eodem elici possunt satis memorabilia, quæ ad textum explicabimus. 1.

a Postmodum poss.) Ergo primò egerant petitorio iudicio, postea verò possessoriũ recuperandæ accumularant: quod licitum esse alibi docuimus,[a] vbi cumulationis materiam exactè discussimus, discurrendo per omnia interdictorum genera. † Idem ex Papiniani responso probatur,[b] vbi sic ait, Papi. *Eum, qui fundum vendicauit ab eo, cum quo interdicto vnde vi potuit experiri, pendente iudicio, nihilominus interdicto rectè agere placuit.* Sic enim distinguendum ibi esse textũ, Norica editio ostendit: & cessabunt altercatio- 2.

a. *in c. pastoralis. s. de cau. poss. et propr.*

b. *in l. cùm fundum. ff. de vi. & vi. ar.*

altercationes inter Accursium & Azonem, quorum neuter, propter corruptum textum, mentem Papiniani percepisse videtur. Nam ipsi sic falsò distinguunt sententiam, potuit experiri, pendente iudicio nihilominus. †Debet autem sic Papinianus accipi: quemadmodum pendente iudicio petitorio, potest agi interdicto vnde vi, sic etiam post iudicium petitorium nihil obstat, possessorium iudicium simul tractari posse. †Interim obserua hinc, commissa causa tam super possessione, quàm proprietate alicuius rei, actori indulgeri, super alterutra iudicium intendere, prout sibi videbitur: quinimò potest suspendere proprietatis quæstionem prius motam, & iudicio duntaxat possessorio experiri. †Per quod ampliatur cap. pastoralis: suprà de cau. poss. & propri. quod procedat non solùm in ordinario iudice, qui ex propria iurisdictione ius habet super causis litigiorum cognoscendi, sed etiam in delegato, qui ex delegata & sibi commissa illud habet, cuiꝰ iurisdictio licet sit stricta,[c] habeatque in mandatis super possessorio, & petitorio progredi, tamen potest restringi, vt possessorium discutiat, suspensa causa proprietatis. †Rescripta enim interpretanda sunt, secundum[d] ius commune, quod Doctores[e] suis locis examinant.

3.
4.
5.
6.

7. **b Ille quibus ipse success.)** †Nam interdictum vnde vi, siue possessorium recuperandæ, etiam hæredibus ac successoribus deiecti de possessione conceditur[f]: In hæredes verò cæterósue successores eius, qui deiecit, datur in id, quod ad eos peruenit, dolóue malo eorum factum est, [g] quo minus perueniret.

c Cum iuris solen.) Quam explicatam habemus suprà in cap. 15. hoc tit. nostro, vbi videri potest. †Porrò quicunque quartam petit dilationem, semper debet addere, se illam cum legali solennitate petere, alioqui hoc non adiecto, iustè ei denegabitur, & iniustè à denegatione facta prouocabit, secundum Inno. hîc: quod Ioan. Andr. latius discutit: talis enim non dicitur grauatus, cùm sub forma debita, & à iure præscripta non petierit. †Illud etiam controuerti solet, an iudex in deneganda quarta productione teneatur causam exprimere? Et Panor. putat sufficere, si in veritate subsistat causa, cur sit deneganda: præsumendum enim esse prima fronte,[i] pro facto iudicis. Consultius tamen (meo iudicio) fecerit iudex, si eam exprimat ita cautè, vt non pandat animum suum, vt sic partem ab appellando retrahat.

8.
9.

10. **d Effrenatam)** †Est ergo iusta causa denegandæ quartæ dilationis, effrenata multitudo testium: Amplius dicunt interpretes, ex ista ratione posse etiam denegari secundam, vel tertiam, vt[k] suo loco diximus: de quo amplius in c. proximè sequenti.

c. C. P. & G. s. de offi. deleg. ibidemq; Dd.
d. c. causam. s. de rescri.
e. ibid. & c. super quæstionum. §. si verò duo. s. de offi. deleg. & c. super literis eo. tit. & l. si quãdo. ibi legislæ. C. de inoffi. test.
f. l. 1. §. hoc interd. hæredi. ff. de vi. & vi ar.
g. d. l. 1. §. vlt. cum l. seq. dicto tit.
h. c. in causis. s. eo. & in Nouel. de testib. vers. quia verò multi.
i. d. c. interposita. s. de app.
k. in d. c. in causis.

c Si in probatione) scilicet iustificandæ appellationis, inquit gl. quod falsum est: sed hoc de probatione principalis negotij accipi debet, cessabitque gl: obiectio, quæ dicebat, monachos istos in iustificanda appellatione deficientes, non modò condemnandos fuisse in expensas, sed etiam remittendos ad priores [l] iudices: ad quam tollendam gl. & reliqui ferè diuinant. † Sic ergo ex Panor. sententia dicendum est, appellationem in nostro casu iustificatam fuisse eo ipso, quod constitit productionem fuisse petitam, cum iuris solennitate, eamque sine causa denegatam. Vnde etiamsi quarta productione impetrata coram iudice à quo, non probent id, quod contendebant probare, nihilo secius tamen iustificata manet appellatio. Itaque exponi debet textus, vt diximus, *si in probatione*, nempe, principalis causæ, *defecerint*. 11.

l. c. accepta. et c. interposita. de app.

f Liquere) † Sed quando dicitur iudici plenè liquere de causa? Et Dd. vulgò gl. sententiam hic commendant, id non aliter contingere, nisi in causa sit conclusum. Quod si verum esset, consequeretur, probationes inductas in iudicio, inprimis post conclus. in causa, notorium facere. Hoc autem ideò esse videtur, quia ante conclusionem semper licuit instrumenta producere: Item nouos articulos, testesque ad hos probandos [m] inducere. Vnde etsi esset disputatio super dictis testium impugnandis, quia tamen adhuc pendet tempus disputandi, non dicitur iudici de causa liquere. † Sed hanc communem sententiam multis impugnat hic Feli. ostendendo, & ante conclusionem liquere posse iudici de causa: quod & mihi verisimilius videtur, exemplo confessionis, quam probationi per testes factæ [n] comparari constat. Sicut ergo dicitur aliquid notorium ex sola confessione, & ante conclusionem in causa, id quod omnes fatentur, & tamen confessio potest quandoque [o] reuocari ante sententiam, & impugnari: ita idem obtinebit in probatione testium, siue instrumentorum. Huc accedat tex. noster hîc, in quo fuit suspensum petitorium, vt in pr. cap. dicitur, nec adparet, in eo deinde processum fuisse: vnde dicere, quod hic fuerit in causa conclusum, mera est diuinatio: & tamen tex. præsupponit, quod potuerit liquere. † Sic ergo dicendum, illam esse probationem liquidam, quæ constet ex actis, nec vlla possit suspicione [p] impugnari. Quare si iudex inspecto præsenti statu vel instrumentorum vel testium productorum in iudicio, nihil aduersus ea suspicetur, nec per quicquam coloratè obijciat, dicendum est iudici de causa liquere. Porrò responsiones ad suprà obiecta, & plures probationes huius sententiæ hic apud Felinum, qui melius cæteris in hoc loquitur, requirere. 12. 13. 14.

m. c. fraternitatis. §. eo. c. cum dilectg. §. de fi. instru.

n. per c. cùm olim. §. de ver. sig.

o. c. fin. §. de confes.

p. tex. in l. diuus. de offi. præs.

q. inc. secundò. §. de cau. pos. & propr. et in. c. cùm dilectus. eo tit.

g Simul vtramque) Quando hoc procedat, & quæ sit hac in re diuersitas inter ius pontificium & ciuile, vide quæ alibi [q] latè de hoc scripsimus.

Pone

Pone verò, sententiam in possessorio pro actore ferri, pro-
prietatem autem adiudicari reo conuento, quid de fructibus à
tempore litis contestatæ vsque ad sententiæ prolationem perce-
15. ptis iudicabitur? † Et gl. fin. hoc examinat, ex qua plura sin-
16. gularia sunt annotanda. Primum: † Licet iure ciuili intentato
petitorio ad possessorium recurri non possit: [r] istud tamen quò
adhoc intelligi debet, vt renuntietur iudicio, id est, instantiæ
primæ proprietatis: poterit tamen in alia instantia noua, finito
possessorio, & de proprietate agi: quod menti tenendum est:
quia multi falsò putant, ratione contrarietatis necesse esse,
quòd ex toto quis renuntiet, non modò instantiæ, sed etiam iu-
dicio ac iuri proprietatis [f]. Iure verò canonum nec instantiæ
quidem renunciare oportet: Itaq; ad illam rediri potest. Ve-
runtamen obtinens in possessorio, in quo prius erat actor, cense-
bitur in iudicio proprietatis suspenso & renuntiato esse [t] reus.
17. † Secundum est: Litis contestatio respectu restitutionis fructu-
um constituit vtrumq; controuertentium in mala fide, id est,
non modò reum, sed etiam actorem, si fructus ex aliqua causa,
ad ipsum peruenerunt, quod Panor. [u] monet notandum. Ter-
18. tium axioma ex gl. ibi, *sed fortè inspicitur*, colligi potest. † Si
instantia propter expressam renuntiationem partis expirat, ex
interitu instantiæ perimitur effectus inductus ex instantia in
præteritum: quia hic effectus non instantiam, sed ipsam causam
respicit, tolliturq; effectus malæ fidei, qui per litis contesta. fu-
it inductus. Et potest esse ratio: actor enim renuntiando in-
stantiæ, censetur quodammodo penituisse interpellationis iam
factæ, & fortè dubitare de iure suo: sicq; non est mirum, malam
19. fidem rei conuenti purgari. † Quod nota ad limitationem eo-
rum, quæ scribit [x] alibi Barto. acta ordinatoria, quæ iam ope-
rata sunt effectum (prout est causare malam fidem) non perire
mortua lite siue instantia: fallit enim nisi instantia expiret [y] ob
20. renuntiationem. Quartum axioma: † Si quis contestetur li-
tem super dominio tanquam actor, posteaq; pendente illa lite,
possessio ad eum perueniat, & efficiatur de actore reus, durat
virtus litis contestationis in eum effectum, vt malæ fidei pos-
sessor censeatur, si ex eâdem instantia fiat progressus iudicij. Et
ita, sicut litis contestatio constituit in mala fide possessorem, re-
spectu petitoris: ita etiam operatur aduersus petentem intuitu
possessoris: quod Bald. Butr. & Abb. hic velut nouum dictum
commendant. Imola tamen contrarium [z] tenet, cum litis con-
test. non soleat facere deteriorem conditionem eius, qui con-
testatur: itaque ab ista regula non videtur receden-
dum: de quo tamen amplius cogitandum
est.

r. vt l. cum fundus. §. fin. de vi. & vi. ar.

f. per gl. et Bar. in l. naturaliter. §. nihil commune. de acqui pos.

t. de quo in c. pastoralis. s. de cau. pos. & prop.

u. pro intellectu. l. certū. C. de rei vend.

x. in l. 2. ff. iud. sol.

y. Feli. in d. c. causā quæ. 1. in 1. fall. quartæ regulæ.

z. per l. non solet. ff. de reg. iu.

IDEM EPISCOPO PLAcentino.

CAPVT XXXVII.

CVM causam, quæ vertitur inter archiepiscopum Rauen. ac commune Fauen. & infrà. Quia verò vtrique parti nimis existeret onerosum, vt testes producerent coram nobis: Mandamus, quatenus [a] recipias testes, quos vtraque pars, tam super principali negotio, quàm in personas testium duxerit producendos: ac eos diligenter examinare procures: & de singulis circumstantijs prudenter inquirens, [b] de causis videlicet, personis, loco, tempore, visu, auditu, scientia, credulitate, fama & certitudine, cuncta plenè conscribas: & infrà. Testes autem &c. Quòd si fortè Fauentini vel alij, eos quos dictus archiepiscopus ad perhibendum testimonium veritati duxerit producendos, præsumserint impedire: tu ipsos ab huiusmodi præsumtione, cessare [c] compellas. Volentes autem effrenatam multitudinem testium, [d] refrenari: volumus, vt hinc inde quadragenarium numerum testium excedere non permittas, ita videlicet, vt si Fauentin. testium depositiones ratas habere voluerint, quæ à Ferrarien. episcopo & abbati Pompo. receptæ fuerint: testes ipsi computentur in numero prælibato: alioquin (cùm attestationes ipsæ sint clausæ) ijdem testes (si necesse fuerit) iteratò producantur.

*

Summæ

Summæ rerum.

1. *Tria esse huius cap. axiomata.*
2. *Examen testium an & quando alteri committi possit, tam in ciuilibus, quàm criminalibus causis.*
3. *Quæ dicantur litera mutui compassus.*
4. *Is, cui commissum est examen testium, non potest illud alteri demandare.*
5. *Testes an & quando causam scientiæ reddere teneantur. et nu. 6. 9.*
7. *Casus, vbi testis, etiam non rogatus, suæ scientiæ causam dicere debet: & nu. 8.*
10. *Testis causam scientiæ, id est, vnde aut quomodo id, quod dicit, sciat, dicere obligatur.*
11. *An testis etiam causam illius actus seu facti, de quo deponit, dicere teneatur. & nu. 12.*
13. *Testis qualiter sui dicti causam adferre sit obnoxius.*
14. *Quæ dicatur causa apta & idonea.*
15. *Si res aliqua duplici sensu deprehendatur, per vtrunq; testis deponere debet.*
16. *Sensus visus reliquis omnibus seruit.*
17. *Baldi sententia circa causam ex visu.*
18. *Testis dictum, pro causa sui præsentiam allegantis, valet: fallit tamen vt nu. 20.*
19. *Præsens dicitur, qui coràm percipit, quod agitur.*
21. *Interdum sufficit, si testis causam dicat, quæ præsumptiuè arguat sensum.*
22. *Circumstantia, de quibus iudex testem interrogare potest vltra causam scientiæ: & nu. 25. & 27.*
23. *Permissum est litigantibus, dare interrogatoria, ad examinandos testes.*
24. *Iudex potest etiam ex officio facere interrogatoria in examinandis testibus.*
25. *An & quando de tempore testes deponere obligentur.*
29. *Qualitas personæ testis quomodo inuestiganda.*
30. *Testis de crimine proprio rogatus, an teneatur respondere.*
31. *Quando dicatur effrenata multitudo testium.*

Celebre ac solenne est hoc capit. & admodum frequens
1. in allegationibus interpretum. † Tria autem in eo continentur capita siue axiomata, in discutiendis testium depositionibus animaduertenda. Primùm diligenter examinandos esse testes, de singulis circumstantijs. Alterum, puniendos eos, qui testes impediunt testimonium dicere. Tertium, refrenandam esse per iudicem nimiam testium multitudinem: quæ capita nos succinctè & dilucidè in explicatione textus enarrabimus.

2. a Recipi testes) † Potest enim vel iudex ipse testes examinare,

minare, vel id vt fiat, alij delegare & committere: atque id quidem tum præcipuè est licitum, [a] cùm testes nominati sunt longè distantes à loco iudicij. Idem si non sint sub iurisdictione iudicis, coram quo lis agitur, sed sub aliena iurisdictione habitent: tum enim etiam in criminali causa, potest iudex per literas, eius iurisdictionis, sub qua sunt testes nominati, iudicem rogare, vt in subsidium iuris testes nominatos recipere, & examinare velit: † Et huiusmodi scripturam vulgò literas mutui com- 3.
passus, siue requisitoriales appellare solent. Si verò sub eius iurisdictione sunt testes nominati, coram quo litigatur, tunc non licet eorum examinationem alicui alij demandare in criminalibus causis, & quæ his similes censentur, in magnis ciuilibus, sed testes apud iudicem ipsum præsentari debent, & sic testimonium dicere, vt omne periculum falsitatis facilius euitetur [b]: licet in ciuilibus controuersijs, quæ non adeò magni sunt momenti, secus obtineat. † Is verò, cui ita à iudice de- 4.
mandata est examinatio testium, non potest porrò alijs delegare: quia eius industria videtur esse [c] electa: quod nota.

a. vt hic. et c. constitutus. j. de fideius.

b. l. iudices. et auth. apud eloquentiss. & ibi Dd. C. de fide instru. auth. ad hæc. C. de iudi. §. et quoniam. in nouel. de testib.

c. arg. l. inter artifices ff. de sol. et liber.

b De causis) † Si ergo testes, si in examinatione aliquid 5.
asserant, causam addere legitimam debent, per quam verisimile fiat, eos certò scire, quod dixerunt [d]: aliàs poterunt eleuari ipsorum testimonia. Quæri tamen solet, annè semper necesse sit, vt testis suæ scientiæ rationem reddat, in dicendo testimonio? † In ea quæstione ita communi sententia ferè omnes 6.
distinguunt. Quod autem res, de qua interrogatur testis, sit talis vt sensu aliquo corporeo non coadiuuante, cogitatione & intellectu deprehendi possit, tum valere testimonium, etiamsi non adijciat suæ notitiæ causam, nisi speciatim hoc ab ipso sit petitum. Nam si testis interrogatus de causa scientiæ, nullam aut non idoneam alleget, infirmatur eius testimonium, secus si non sit de ea interrogatus: valet enim ipsius asseueratio etiam absque causæ allegatione [e]. atque ita Io. Andr. testatur, obseruari consuetudine. Neque enim præsumitur aliud dixisse testis, [f] quàm reuera sciuit, memor sui iuramenti. Exempli gratia: vt si in dubium veniat, an eam pecuniam Sempronius mutuò dederit Titio, quam Sempronius contendit, se ei mutuo dedisse, & Mœuius testis deponat, tantum pecuniæ mutuò datum esse à Sempronio, valebit eius testimonium, etiamsi illud se vidisse non dicat: at si interrogatus sit, num sciat talem pecuniam mutuò esse datam Titio, & ipse respondeat, se illud audiuisse, aut se ita opinari, non valet eius dictum. Idem dicas, si de alio quouis contractu, aut etiam maleficio testis rogatus fuerit. † Aut verò testis interrogatus est de re, quæ non im- 7.
mediatè sensu corporeo, sed mente & cogitatione accedente percipitur, tum necesse est, vt testis suæ depositioni aptam & conuenientem adijciat rationem, etiamsi ea ab ipso non sit petita: ob id

d. l. cum hi. §. vult. igitur. ff. de transf. l. solam. C. de testib. auth. de testi. §. & licet dudum.

e. gl. in d. l. solam. & post eã Dd. Spec. de teste. §. 1. vers. item quod interrogatus non reddit causam.

f 1. q. 7. sancimus huiusmodi.

ta: ob id certè, quoniam de his testificari non propriè spectat ad officium testis. Verbi gratia: vt si dicas, Titium esse alicuius rei dominum. Cùm enim dominium non percipiatur sensu corporeo, causam adijcere testem oportet, per quam inferatur ad verba iuris per ipsum prolata, vt quia verba iuris adiungat, [g]
8. Titium emisse talem rem, vel ei donatam fuisse &c. † Idem obseruandum est in probanda possessione, iurisdictione, cognatione, affinitate, iure decimandi, & id genus alijs rebus, quæ non solo corporis sensu, sed ipso iudicio intellectus assequimur, & percipimus. In his enim omnibus necesse est, quòd testis causam addat suo dicto, etsi de ea non sit rogatus, aliàs eius testimonium virib. destituetur: & hoc post Inno. omnes probant.
9. † Quod tamen intelligendum est, vt procedat in his, quæ magno discursu rationis percipiuntur: secus in his, quæ ex communi hominum intelligentia capiuntur sine magna solertia: testibus Bar. [h] & Panor. hîc, qui exemplum dat in numeratione pecuniæ. nam testis non vidit, nisi colorem: iudicio tamen animi, vel ratione percepit, argentea fuerit, vel aurea. In his ergo valebit testimonium etiam non adiecta scientiæ causa, si eam reddere testis non fuerit iussus. Pari ratione, si testis deponat super his, quæ tam ad iudicium intellectus, quàm ad sensum corporis trahi possunt, eius testimonium exaudire debemus, quatenus cadit in sensum corporis: vt si dicat testis, Titium possedisse: debebat enim exponi .i. de facto tenuisse: possessio enim prout est iuris, sensui corporeo non conuenit, sed iudicio animi
10. percipitur: secus prout est quid facti [i]. † Illud non est omittendum, quòd in casibus, quibus testis est obnoxius causam adijcere suo dicto, intelligitur de causa scientiæ, vnde, aut quomodo sciat id, quod dicit: causam autem illius actus, de quo deponit, dicere non tenetur, licet & de illa interrogari possit [k]. Verbi gratia: si testis deponens de venditione, interrogetur, ad quem finem quis vendiderit rem aliquam, id est, quid erat facturus cũ pretio? nam etsi dicat nescio, nihilominus probat, ex quo interfuit contractui: [l] quia nemo potest scire, quid alius velit facere.
11. † Idem est in deponente, aliquem esse percussum lapide: quia interrogatus, quid est lapis? respondere non obligatur. Socinus [m] idem in teste respondit, qui de fama attestans, populum ita dicere astruit: interrogatus, quare populus hoc dicat? non te-
12. netur respondere. † Prædicta tamen vera intelligit Butrius, nisi contra factum, de quo quis testificatur, sit præsumtio, si non iustificetur ex aliqua causa: nam tunc si interrogetur de causa ipsius facti, de quo deponit, siquidem id factum non est veri-
13. simile ac suspectum, tenetur allegare causam facti [n]. † Porrò quandoquidẽ ex supradictis cognouimus, quando testis sui dicti causam adferre teneatur: consequenter videndũ est, qualiter eã reddere debeat. Quo in puncto ꝑ regula traditur, necesse esse,
14. vt testis aptam & idoneam causam adijciat, † quæ scilicet de proprijs

g. Dd. in d. l. solam. Cano. hîc.

h. in tract. de teste. in 3. col.

i. Inno. hîc.

k. c. super hoc de renun. Io. And. ad Spec. de teste. §. vers. Item quod interrogatus. addepulchrè. Bald. in d. l. solam. in pen. col.

l. tex. in l. si muller. § quanquam. ff. ad Velle.

m. in c. qualiter & quando. de accu.

n. tex. in c. super hoc de renun. de quo tamen vide ibi latiq. per Imo. col. 15.

proprijs ſenſibus corporeis profertur, non de alienis: vtpote,
quia ipſe viderit, audiuerit, guſtauerit, tetigerit, olfecerit,
prout actus, ſuper quo teſtimonium dicit, per aliquem ſenſum
corporis percipitur. Nam ſi actus cum vno tantum ſenſu per-
ceptibiles eſſet, & teſtis diceret, ſe alio ſenſu percepiſſe, non
probaret, tanquam non aſſignans congruam cauſam [o]. † Quare 15.
ſi res aliqua duplici ſenſu deprehendatur, teſtem per vtrunque
ſenſum deponere [p] oportet. Volunt plerique hanc regulam
in ſenſu viſus non habere locum, † cum ille ſeruiat generali- 16.
ter omnibus ſenſibus: nam quod deprehenditur ſolo auditu,
vel alio ſenſu, poteſt dici videri. Et ideo ſi teſtis aſſignet cau-
ſam ex viſu, ſuper re perceptibili alio ſenſu, non vitiabitur e-
ius aſſeueratio. [q] Quanquam enim ſenſus ipſius viſus non ſit
congruus ſuper his, quæ deprehenduntur per auditum: tamen
quia ſaluandum eſt quoquo modo dictum teſtis, vt probet, [r]
exponitur de oculo, vel viſu mentis, non autem corporis, cùm
oculus ſit [ſ] triplex, ſicut aliquando iuriſconſultus vtitur, viſu
mentis [t] non corporis: atque ita Dd. vulgò tranſeunt. † Sed 17.
hoc reprehendit alibi Baldus. [u] Itaque ex eius verbis hac in re i-
ta videtur dicendum: Aliquando teſtis deponit de viſu in a-
ctu aliquo, qui & viſu & auditu deprehendi poteſt, puta ſuper
probatione verborum, in ſtipulatione: in quo actu, Titium &
Seium fuiſſe illos, qui contraxerunt, probatur viſu, & verba
adaptata ad contractum, docentur auditu: ideoque deponens
de viſu, includit auditum, quia non potuit videre ipſos contra-
hentes, quin interfuerit contractui: præſentia autem arguit in-
telligentiam. Quandoque verò teſtis per ſenſum viſus atte-
ſtatur in materia, quæ auditu tantùm percipitur: & hic tutius
eſt dicere, quod non probet. Nam vt Bald. [x] ait, per verbum
viſus non creditur ratio geſtus, quia ſunt duo omninò differen-
tia ad inuicem, ſe non complectentia. Itaque vt teſti creda-
tur cauſam ex viſu alleganti in re, quæ alio ſenſu deprehendi-
tur, oportet, quod is ſenſus ſit multùm affinis cum ſenſu ipſius
viſus [y]. † Porrò ſupradicta regula locum habet, niſi teſtis ro- 18.
gatus de cauſa ſcientiæ, diceret ſe ſcire, quia fuiſſet præſens.
Quantumcunque enim notitia eius, de quo atteſtatur, exigat
ſenſum corporis, tamen ſi rogatus diceret, ſe ſcire, quia præ-
ſens fuerit, ſaluatur eius teſtimonium, intelligendo, quòd
percepit per modum debitum mediante [z] præſentia. Facit
quod ſcribit Roma. [a] vbi dicit Barto. ſuperfluè ſupplere, ad pri-
mum Vlpiani reſponſum, de verb. oblig. *præſente & intelli-
gente*, quia illud ſubintelligatur. † Neque enim præſens di- 19.
citur, qui non intelligit: ſed præſentem accipimus, qui coràm
percepit quid ageretur aut [b] diceretur. Epicharmus philoſo-
phus dicebat, mentem eam eſſe, quæ videat, non autem oculos:
qui igitur animo non adeſt, nec intelligit, quod agitur, abeſſe
videtur. † Aliquoties hæc non obtinent: quid enim ſi teſtes 20.
non de

o. Inno. & reliqui. hic Bal et Sali. in d. l. ſolarum. idem Bal. in rep. l. de quib. in 20. col. ff. de ll. & l. 3. C. de teſta.
p. c. ex literis. cum ibi no. de conſue.
q. gl. eſt. in c. teſtes. & c. quæ viderint. 3. q. 9. Bar. in l 2. §. Labeo. de aq. plu. ar.
r. vt diximus in c. cùm tu. ſuprà. eo. tit.
ſ. vt per gl. 2. in c. quorundam. de elec. lib. 6.
t. l. videmus. in fi. ff. de in lit. iur. l. ſi Titio. ff. de leg. 2. et ibi notat Bart.
u. in c. præterea. in fi. ſ. eo. et in rub. C. ſi ex fal. inſtr. et in l. ſolam. et l. teſtiũ. C. de teſti.
x. in d. l. teſtium.
y. Ita Bald. d. l. ſolam.
z. Vt habetur in d. l. teſtium.
a. in l. 1. in 6. col. de verb. oblig.
b. l. coram. ff. de verb. ſig. l. diem proferre. §. coram. de arbi.

non de propria, ſed alterius præſentia deponeret? ſanè tum dicere talem fuiſſe præſentem, non arguit, quod hoc dicens ſcinerit eum intelligere[c]. Quid, ſi quis probare vellet, aliquem
21. conſenſiſſe, certè præſentię allegatio[d] non ſufficiet. † Tertiò declara ſupradictam regulam, niſi teſtis in re perceptibili per ſenſum, adduceret rationem, quæ præſumptiuè ſenſum argueret. Satis enim quandoque eſt, ſi præſumptiuè, ex præſumtione iuris certitudo rei probandæ ex depoſitione teſtium colligi poſſit: vt ſi ætas, aut paupertas probanda ſit, & teſtis dicat, ſe hoc habere compertum, quia amicus aut cognatus eius ſit, de cuius ætate dubitetur, præſumtio iuris eſt, amicis & cognatis talia conſtare: itaque valebit tale teſtimonium, licet non allegetur ſenſus aliquis corporeus, idque Bar.[e] & poſt eum reliqui omnes probant.

22. † Hactenus diximus quæ ſit cauſa iuſta, & ſufficiens ſcientiæ: nunc videamus, quæ ſint circumſtantiæ, de quibus iudex
23. interrogare valeat vltra cauſam ſcientiæ. † Nam vt eò melius veritas rerum controuerſarum deprehendi poſſit, ſolet etiam permitti controuertentibus, vt ſi eis libeat, interponere poſſint ſuas interrogationes, ſecundum quas petant, teſtes de circumſtantijs cauſæ diligenter examinari. Quod ſi id iudex vel[f] negligentia, vel calumnia non faciat, teſtimonia nullius ſunt roboris, niſi teſtes denuò interrogentur etiam poſt publicationem.
24. † Sed etſi litigatores vel per ſimplicitatem, vel per inopiam nullas ediderint interrogationes, aut minus ad rem pertinentes, debet iudex ex officio eos interrogare, exemplo[g] Adriani
25. Imper. † Et primùm quidem teſtes de qualitate ſuarum perſonarum interrogandi ſunt, vtrùm idonei ſint, an non? ſecundum locos exceptionum, quæ de perſonis teſtium tradun-
26. tur, vt ſic fides & integritas perſonæ explorari poſſit † Exploratur autem perſonæ fides, inueſtigatione omnium rerum, quæ perſonæ integritatem ſuſpectam ſacere poſſunt: vt ſunt ſtudia, mores, voluntates, fortunæ conditio, ætas, cognatio, totiuſque vitæ conſuetudo[h]. Sic enim cognoſci poterit, an aliqua ſubornatione teſtes ad dicendum teſtimonium veniant, nec ne, & vt poſſit eorum autoritas eleuari, ſi minus probè teſtimonium dixerint. † Secundò, quatenus ad notitiæ certi-
27. tudinem explorandam attinet, non ſolum rogandi ſunt teſtes, de cauſa ſcientiæ, ſecundum ea, quæ ſuprà dicta ſunt, puta an viderint, audiuerint, vel alio ſenſu corporeo perceperint id,[i] quod aſſerunt verum eſſe: verumetiam de alijs circumſtantijs negotij, puta, quare hoc aut illud factum ſit, quo tempore, quo loco, qua ſpe, quo conſilio? item an noſcant perſonas controuertentium, qui vocentur, & vbi habitent[i]? Verùm de habitu corporis, & qualitate non ſunt interrogandi, niſi ſint ſu-

c. Bar. in l. 1. ff. de art. iu.

d. Bal. l. 2. §. voluntate. ſol. matr. l. vlt. §. neceßitatem. C. de bo. quæ lib.

e. in l. 1. ff. ſi cer. pe.

f. c. per tuas. hoc ti. l. vlt. ff. de inter. act.

g. l. 3. de teſti.

h. l. 2. & 3. de teſt. qui tex. repetitus eſt in c. ſi tales §. teſtium. 4. q. 3.

i. de quo vide poſt gl. hic gl. in l. 3. §. 1. ff. de teſti et Io. Andr. quem omnes ſequuntur. in add. Spe. de teſte. §. 1. verſ. item quod probibet.

ſpecti de mendacio: tunc enim omnium rerum, quibus veritas cognoſci poteſt, & mendacium detegi, circumſtantias inueſtigare iudex debet, velut de ſtatura, de veſtitu, de modo loquendi, quibus verbis vſi ſint contrahentes, an ſteterint vel ſederint, quis prior venerit, aut receſſerit [k], & ſi quæ ſint ſimilia. Diei quoque & horæ aliquando inquiſitio facienda eſt, vt ſi prius factum derogct poſteriori, vel contrà poſterius [l] priori. Idem iuris eſt, ſi cauſa ſit talis, quæ de ſui natura ſimpliciter temporis, diei, & horæ probationem [m] exigat. † Regulariter autem teſtes de tempore deponere non tenentur, quando aliquid geſtum eſſe dicitur, [n] niſi tempus eſſet de ſubſtantia probationis, [o] vel niſi teſtes interrogati de tempore, dicerent omnes, ſe non recordari: quia non redduntur ſuſpecti. 28.

† Porrò cum ſuprà dictum ſit, teſtem interrogandum eſſe de verborum circumſtantijs, an de crimine etiam proprio interrogatus reſpondere teneatur? Et quamuis in hoc variantibus ſententijs reſponſum ſit, crebrius tamen in hoc itum eſt, teſtem non obligari, vt reſpondeat ad quicquam, per quod ſua turpitudo detegatur: vt eſt crimen infamiæ, excommunicationis, adulterij & ſimilia: ad alia verò ipſum inhabilitantia à teſtificando, reſpondere tenetur: vt eſt paupertas, conſanguinitas, ſeruilis conditio [p], & ſi quæ ſunt id genus alia. 29.

c Compellas) Quomodo autem huiuſmodi compulſio fieri debeat [q], alibi tractatur.

d Refrenan.) † Sed hîc inueſtigant interpretes, quando dicatur effrenata ac nimis effuſa eſſe multitudo teſtium? Et plerique aiunt, ſi teſtes excedant numerum quadragenarium, multitudinem teſtium effrenatam dici: ſed nos [r] alibi admonuimus, hoc non eſſe indifferenter verum, ſed relinqui arbitrio iudicantis, vt numerum pro qualitate & magnitudine cauſæ æſtimet, & quæ ibi annotauimus, huc facile poterunt repeti. Idem etiam Glo. hic ſentit: & de huius rei praxi videndus hic omninò eſt Inno. qui eleganter hanc materiam proſequitur. 30.

*

IDEM

k. arg c. occidit. 23. q. 8.
l. quoties. de reg. iu. l. in operis. ff. loca. l. pacta. nouiſſ. C. de pac.
m. vt in l. aut qui aliter. §. 1. quod vi. aut clam l. optimam C. de contrah. ſtip. l. 1 § inter litium autem. de vi & vi. ar. vide bo. gl. in c. nihilominus. 3. q. 9. et quæ no. in c. venerabilis. ȷ̃. hoc tit.
n per c. cùm Ioannes. de fi. infir. vbi de hoc dicã (deo dante)
o prout in caſu c. ex tenore. ſ̃. eo.
p de quib. per Bald. in au. h ſi dicatur. C. de teſtib.
q. c. peruenit. ȷ̃. de teſtib. cogen.
r. in c. in cauſis. ſ̃. eo. tit.

IDEM DE NOVO FONTE
& Caſſedei abbatibus.

CAPVT XXXVIII.

Veniens ad apoſtolicam ſedem G. archiepiſc. Claremont. humiliter ſupplicauit, vt ſententiam ſuper decanatu Claremont. eccleſiæ pro eo latam, quæ iam uerat [a] in parte executioni mandata. Cùm utem procuratores capituli Claremontenſis ı noſtra præſentia propoſuerint, ſententiam lam contra iuſtitiam, & [b] poſt appellationem d nos interpoſitam promulgatam: & infra. Et lem archiepiſcopus ipſos tanquam procuratoes admittere noluerit, vel dictis eorum aliquatenus reſpondere: P. Subdia. noſter ſe ipſi oppoſuit ex aduerſo, aſſerens ſe canonicè in decanum Claremontenſem electum, propter quod dictus archiepiſcopus in ſua petitione non erat aliquatenus [c] audiendus, quia decanatus ipſe, non ad illum, ſed ad ſe potius pertinebat: & infrà. Cum igitur ſuper his aliquandiu diſceptaſſent: interlocuti fuimus, vt dictus P. (ſi poſſet) in continenti ſuam intentionem fundaret: qui cùm ſuper hoc teſtes & inſtrumenta produxerit, interloquendo pronunciamus, quod ſua intererat, vt ſe poſſet opponere archi. memorato. Lite igitur inter eos tam ſuper electione, quam ſuper ſententia conteſtata, [d] quæſitum fuit ab ipſo archi. vtrum atteſtationes prius exhibitas in articulo ſupradicto in hoc iudicio vellet admittere? qui reſpondit, quod vellet, dummodò poſſet obijcere tam in perſonas teſtium, quàm dicta. Quo audito, pars aduerſa reſpondit, quod atteſtationibus illis in hoc iudicio

V 2 vti nole-

Ati nolebat cum non ſuper principali negotio, ſed ſuper articulo incidenti fuiſſent lite non conteſtata receptæ: vnde ſuper toto negotio alios volebat teſtes producere, vel eoſdem. Pars autem reſpondit aduerſa, quòd cùm teſtes illi tam ſuper ſententia, quàm ſuper electione dixiſſent, & eorum atteſtationes fuiſſent in iudicio publicatæ: non licebat eiſdem (poſtquam teſtificata didicerat) ſuper eiſdem articulis, alios teſtes producere, præſertim, cum in hoc iudicio atteſtationibus illius vſus fuiſſet ſubdiaconus prælibatus. [c] Nos igitur iuſtitia pronunciauimus exigente, quod teſtes eſſent recipiendi ſuper toto negotio, quos vtraque pars duceret producendos. Quocirca mandamus, quatenus receptis teſtibus, & rationibus partium intellectis, cauſam ipſam tam ſuper principali, quam etiam incidenti, fine canonico terminetis. Quia verò quæ in capitulo aguntur, non facilè poſſunt, niſi per canonicos ipſos probari, volumus, vt ad cautelam abſoluatis eoſdem, vt vocati ad teſtimonium, liberè valeant pro vtraque parte teſtari.

Summæ rerum.

1. Epitome ſiue ſumma huius capit.
2. Sententia etiam pro parte executioni poteſt mandari.
3. Interlocutoria non eſt exequenda pendente appellatione.
4. An & quando tertius pro ſuo intereſſe comparens, audiatur, ad impediendam ſententiæ executionem, aliquot concluſionibus expeditur.
5. Tertius poteſt à ſententia inter alios lata appellare, ſi ſua interſit.
6. Clauſula, appellatione remota, tertio non præiudicat.
7. Tertius appellationem ab alio interpoſitam proſequi pro ſuo intereſſe poteſt.
8. Quando tertio ſe opponenti executioni ... r cautionem præſtat de reſtituendo rem ... ſi contingat eum vincere, non impeditur executio.
9. Tertius in re poſſeſſa, quando non impediat executionem.
10. Quando tertius in re vacanti non impediat executionem.

10. Tertius

10. *Tertius intereſſe prætendens impedit tam in petitorio, quàm poſſeſſorio iudicio ſententiæ executionem.*

11. *Tertius intereſſe prætexens, poteſt illud ſuo iuramento probare.*

12. *Conſenſu partium poſſunt atteſtationes in alio iudicio productæ adprobari in hoc iudicio.*

13. *Atteſtationes inualidæ, conſenſu partium validari poſſunt: fallit vt nu. 14. 15.*

16. *Probationes factæ in iudicio ſummario, non probant in plenario.*

17. *Quod iudicia ſummaria non præiudicent ordinarijs, exemplis declaratur.*

18. *Caſus, vbi ſummarium iudicium præiudicat plenario.*

19. *Etſi nullitatis exceptio contra executionem ſententiæ obiecta reijciatur, nihilominus poteſt ſuper nullitate agi in pleno iudicio.*

20. *Iudicium ſummarium & plenarium quomodo diſcernantur.*

Satis verboſa eſt, & prolixa hæc Innocentij III. decretalis, ſed in compendio continet, (ad quod crebrius etiam citari ſolet) teſtimonia in ſummario iudicio recepta, non facere fidem in iudicio plenario: & non attenta eorundem publicatione, eoſdem, vel alios teſtes ſuper eiſdem poſſe capitulis recipi. Quæ doctrina quomodo accipienda ſit, ad explicationem textus annotabimus.

1. a In parte) Doctores hinc colligunt, † ſententiam pro parte executioni mandari poſſe, ita quòd non ſit actus continuus, qui vno contextu expediri debeat neceſſariò, qualis eſt electio, & teſtamentum, [a] ſimileſque actus: qua de re alibi tractatur.

2. b Poſt appel.) ſcilicet ab interlocutoria: † ſicque interlocutoria ſententia non eſt mandanda executioni, pendente appellatione: ætiologia eſt, quia ſi poſtea pronunciaretur benè appellatum, retractanda eſſet ſententia, tanquam lata à iudice, cuius iuriſdictio fuiſſet [b] ſuſpenſa, quod fieri non debet.

3. c Audiendus) † Hinc ſumpta occaſione, Dd. poſt Inno. diffuſè hic tractant, an & quando tertius pro eo, quod ſua intereſt, comparens, audiatur ad impediendam ſententiæ alicuius executionem? quam theſin expendunt etiam [c] Bart. & [d] Baldus, itemque [e] Imola, & interpretes alij paſſim in multis locis: quorum dicta referre nimis tœdioſum foret: Ex his tamen aliquot concluſiones decerpere lubet, quæ hanc materiam dilucidè aperire poſſint.

4. Prima concluſio: † Poteſt tertius, ſi ſua intereſſe videat, à ſententia inter alios lata appellare [f]: idque locum habet, etſi

5. datus eſſet iudex, vt procederet appellatione remota, † quoniam hæc clauſula (appellatione remota) non porrigit vires ſuas ad præiudicium [g] tertij: nulla enim plenitudo verborum, quæ in

V 3 reſcriptis

a. c. quia propter. ſ. de elect. l. cùm antiquitas. C. de teſtam.
b. c. non ſolum. c. ſi à iudice. de appel. lib. 6.
c. in l. à Diuo pio. §. ſi ſuper reb. de re iudic.
d. in l. pen. de pet. hæred. et l. ita tamẽ. § quoties. ad Trebell.
e. in l. à ſentẽtia. de appell.
f. c. cùm ſuper. ſ. de re iud. et d. l. à ſententia.
g. caſus eſt ſingularis. in c. ſuper eo. verſ. non tamen. ſ. de offi. deleg. & ibi Dd.

rescriptis ponuntur, tollit ius tertij, nisi aliud expreſsim adpareat.

† Secunda: Poteſt tertius proſequi appellationem ab alio 6.
interpoſitam, [h] pro ſuo intereſſe. Hoc crebrius Doctores verum eſſe accipiunt, ſi tertius incipiat illam appellationem proſequi intra tempus, quo ipſe potuiſſet appellare, ſecus ſi vellet adhęrere appellationi poſt lapſum tempus conceſſum ad appellandum, [i] quia tunc videtur ceſſare concluſio. Quod tamen aliquatenus Felinus temperandū ducit, vt ſcilicet obtineat, quando victoria appellantis illi tertio prorſus nihil, vel ſaltem quò ad qualem qualem præſumtionem profuiſſet, [k] alias ſecus.

Tertia concluſio: † Quando tertius opponit ſe executio- 7.
ni ſententiæ, et is, pro quo fieri debebat executio, præſtet ſuccumbenti cautionem, de reſtituendo rem illi tertio, ſi contingat eum vincere, [l] non impeditur executio. Hanc tamen theſin veram intellige, dummodò ille tertius, qui executionem impedire contendit, prius egerit, ita quod iudicium inter ipſum & reum pendeat, [m] ſecus ſi non egiſſet. Cuius reſtrictionis illa ſubeſt ratio, quia ſi reus non faceret interponi hanc cautionem, poſſet conueniri à ſecundo agente, quaſi dolo deſijſſet [n] poſſidere: quæ ratio ceſſat, quando lis nondum eſt mota per eum, qui executionem impedire [o] nititur. Deinde obtinet hæc theſis, dummodò res, quæ petita eſt, non ſit vacans, ſed poſſideátur ab illo, qui ſuccubuit: quia non poteſt tertius contradicere executioni, præſtita per victorem dicta cautione in fauorem [p] tertij. Sed ſi poſſeſsio eſſet vacans, & non penes eos, qui litigaſſent, audiretur tertius contradicens pro ſuo intereſſe, ad impediendam executionem: atque ita poſt Inno. hic ferè omnes ſentiunt. Porrò differentiæ ratio inter rem vacantem, & non vacantem eſt illa: Nam ſi res non vacet, non ſit præiudicium tertio, etiamſi poſſeſſio tranſeat in alium, qui ita poterit eam auocare ab vno, ſicut ab alio: ſed quando res vacat, ſecus eſt: facilius enim obtinebit bona vacantia, quā ſi ſint à tertio occupata [q].

† Quod autem iam diximus, tertium in re poſſeſſa non impedi- 8.
re executionem, hoc non obtinet duobus caſibus: Primus eſt, quando petens executionem, ratione victoriæ poſſet prætendere præiudicium, allegando ſe habiturum duriorem aduerſarium [r]. Secundus caſus eſt, quando executio fit in rebus adiudicatis, præcedente actione perſonali, quæ bona non fuerant petita [ſ], tunc quilibet prætendens ſuum intereſſe, vel de iure ſuo in re petita, in qua ſit executio, eam impedit.

† Porrò ſupradictum dogma, tertium impedire poſſe execu- 9.
tionem in re vacante, aliquoties ceſſat: Primò, ſi aduerſus tertium præſumtio eſſet calumniæ, quia tunc ſufficit cautio de indemnitate, nec ſuſpendetur executio, [t] niſi offerat ſe in continenti probaturum de iure ſuo [u]: ſic enim purgabit præſumtionem mali-

h. caſus eſt hic ſecūdum communem intellectum, ideq; probatur in d. l. à ſententia. Bar. in l. ſi perluſo. ff. de appella.

i. per gl. c. vt circa. in verbo adhærētes. de elec. in 6. quam ſequuntur Dd. hic.

k. vt hic per eum latius. & vide de hoc Oldra. conſil. 255.

l. caſus eſt in l. is à quo. et l. ſeq. ff. de rei vend.

m. Ita Inno. et alij in d. c. cùm ſuper. ȷ̃. de re iud.

n. ſecundum Bart. in d. l. is à quo. et l. ſeq.

o. vt patet ex not. in l. fin autem. §. poſſidere. de re iud.

p. d. l. is à quo.

q. vt l. fi. C. de edi. di. Adr. tol.

r. arg. c. piſanis. de reſtit. ſpol. ita no ſolus Abb. hic. nu. 6. ad fi. 29.

ſ. vt in caſu. d. §. ſi ſuper reb.

t. per c. ſuſcitata. ȷ̃. de reſt. in inte. et ibi Abb.

u. Abb. poſt gl. d. c. ſuſcitata.

nem malitiæ: de hoc tamen dubitat Feli. hic, quem videre poteris. Secundò non obtinet, si tertius sciuisset talem causam agi, sententiamque in ea latam esse, nec pro suo interesse comparuisset: quia non audietur executionem impedire volens. Itaque Dd. communiter sic textum hunc accipiunt, quòd Petrus ille ignorauerit, causam agitari inter archidia. & capitulum, & pronunciatum pro ipso archidi. fuisse. Nam si sciuisset, & non prouocasset, nec appellationem à capitulo interpositam prosecutus fuisset, non impediuisset executionem sententiæ.

10. † Quarta conclusio: Tertius prætendens interesse, non tamen rei executionem impedit, si petitorio, x sed etsi possessorio actum sit: atque ita eleganter y domini de Rota definierunt. Si Titius à me spoliatus, aduersus me intenderit interdictum vnde vi, & obtinuerit: priusquam tamen restitutio fiat, quidam tertius superueniat, asserens ad se dictum beneficium pertinere, intentando aduersus me petitorium: debet audiri, & suspendi executio. Quamuis ego spolians non possim opponere, de proprietate z, tamen potest iste tertius: Et ita dicunt fuisse a decisum & obtentum. Quod tamen tum demum obtinet, si ius tertij separatum sit à iure spoliantis, secus si ita connexum sit, quòd non possit opponi, quin spolianti commodum inferat: sed hoc vltimum b Feli. hic reprobat.

x. vt hic. & in iuribus. s. allegatis.
y. conclus. 419. incip. item fuit dubitatum. in antiq.
z. c. in literis. cum simi. de rest. spol.
a. per c. 1. in fi. de restit. spol. in 6.
b. num. 12.

11. Quinta: † Tertius probaturus suum interesse in eum finem, vt ad impediendam executionem admittatur, non tenetur illud plenè docere, sed sufficit probatio per iuramentum, c si nullum, vel modicum sit præiudicium: aliàs requiritur probatio plenior, pura testium, vel instrumentorum: non tamen oportet eam esse strictam, & necessariò concludentem. d & dicit Panor. quod in ista summaria cognitione non admittitur reprobatio testium, nec personarum, nec dictorum contemplatione. Quod tamen sanè intelligendum est, vt obtineat, vbi præiudicium est reparabile: secus si non esset reparabile, cùm in causa de sui natura summaria, e non tollantur defensiones.

c. l. thesaurus. ff. ad exhi.
d vt hic per Inno. Abb. et reliquos. Spec. de offi. iud. §. postremò. Bar. d. §. si super rebus.
e. cle. sæpè. in verbo. defensiones. de verb. sig.

12. d Quæsitum fuit) † Hinc notant interpretes, quòd partes communi consensu possint attestationes productas in alia
causa, & ad alium effectum, quæ aliàs in illo iudicio nullam
13. haberent fidem, approbare. † Quemadmodum & attestationes nullæ possunt haberi ratæ per consensum partium, non
solum expressum, f sed etiam tacitum. Prædicta tamen hoc tem-
14. peramento sunt moderanda: † Quando in testibus adest talis
defectus, qui non potest consensu partium conualidari, vt si
testes recepti essent, ante litis contestationem g: tunc etiamsi
partes consentiant, vt attestationes valeant, h tamen non conualescunt. Adde etiam, quod si testes sint corrupti, non potest
nullitas suorum testimoniorum, communi vtriusque partis consensu

f. secundum Inno. et Feli. nu. 19. proximè præced. Bart. Bald. in l. 1. de ser. Bal. l. fin. C. de testi.
g. Inno. in c. significauit. j. eo. quem sequitur Bald. in auth. si quis in aliquo. col. vlt. C. de eden.
h. Ita Alex. d. l. 1. ff. de feri. licet Host. in d. c. significauit. teneat contrarium. sed malè.

consensu [i] comprobari. † Licet autem dictum sit, nullas attesta- 15.
tiones posse adprobari consensu partium: hoc verum est, nisi
partes vellent adprobare concernentia ordinem, & substantiam
iudicij, puta defectum litis contest. & similium: hoc non possunt,
quoniam talia non sunt in litigantium potestate. Item verum
est, nisi sit defectus in recipiente testes, vt quia sit Iudex incom-
petens: quia consensus partium non validat gesta ab eo, sed supe-
rius dictum procedit post receptionem factam à vero iudice.

i. Ita Bar. auth. qui semel. C. de proba. et Alex. in d. l. 1. contrarium tamen tenet Ias. in d l. 1.

c Nos igitur) Hinc generalem thesin colligimus, ad quam
sæpè citari solet hic tex. † quòd ꝓbationes factæ in iudicio sum- 16.
mario, cùm habetur breuis examinatio causæ, non præiudicant
postea, nec etiam adiuuant in plenario. † Nam & summarium 17.
iudicium non præiudicat ordinario & pleno [k]. Exempli gratia:
Si quis petat se agnosci in filium Titij, & iudex decernit summa-
riè, quòd Titius alat filium, eique alimenta præstet: hæc sum-
maria cognitio non præiudicabit postea Titio patri, si pleno iu-
dicio probare velit, hunc non esse suum filium. Aliud exemplum:
[l] Cùm filius petit alimenta à patre, & iudex iubet ali filium, per
hoc non præiudicatur patri: si filius deinde pleno iudicio petat
se agnosci in filium, necessariæ erunt aliæ probationes. Et hoc est
vtile pro scholaribus, qui aliquando coniunguntur mulieribus
solutis, & procreantur proles, mulier petit à Rectore cogi scho-
larem, vt alat prolem: Rector summariè cognoscendo hoc iu-
bet: ex hac summaria cognitione non potest se iuuare mulier,
cùm postea vult adscribere prolem scholari. Vides ergo iudicia
summaria nihil proficere, nec nocere ordinarijs iudicijs, rectè,
sicut contractum velum nihil habet commune cum velo exten-
to. † Hæc conclusio limitatur habere locum, nisi in iudicio sum- 18.
mario esset de causa ipsa plenè cognitum, esset lis contestata, &
postea producti legitimè testes, & iudex plenè iudicasset super
veritate rei, quia tunc ex communi Dd. sententia præiudicare-
tur cognitioni plenariæ [m], dummodò probationes sint legitimè
susceptæ, id est, post litis contestationē: nam testes ante litis con-
test. inducti non facerent plenam cognitionem [n]. † Ex prædictis 19.
colligitur etiam aliud dogma, quòd si in executione sententię is,
qui condemnatus est, opponeret exceptionem nullitatis, diceret
sententiam esse nullam, nec eam exequi debere, & iudex sum-
mariè cognoscendo reijceret illam exceptionem: certè is, qui
condemnatus erat, potest postea pleno & ordinario iudicio age-
re, super nullitate sententiæ, per ea quæ suprà dicta sunt: quod
est notatu dignū, idque [o] Bar. alibi latius prosequitur. † Porrò 20.
summarium iudicium est, quod alio nomine dicitur extraordi-
narium, in quo simpliciter sine strepitu, & figura iudicij procedi-
tur [p]. Plenarium verò, vel alio nomine ordinariū, in quo solen-
niter atq; omni iudicij ordine seruato de causa cognoscitur. Ve-
rùm de hac iudiciorum differentia alibi [q] plura annotauim[p],
quæ huc repeti possunt.

k. est tex. eleg. cum gl. in l. pen. ff. de his qui s. s. u. a. 1.

l. tex. in l. si quis à liberis. §. si vel parens. ff. de lib. ag.

m. Iac. Butr. in l. ab hosti. §. sed quod simpliciter. ex qui. cau. ma.

n. per c. quoniã frequenter. ŝ. vt. li. non cont.

o. in l. 1. quando procu. non est ne.

p. cle. sæpè. de verb. sig. cle. dispendiosam. eo tit.

q. in c. quoniam cõtra. ĩ. de proba. num. 22.

IDEM

IDEM BISVNTIAE ARCHIepiſcopo.

CAPVT XXXIX.

QVis quæſtionibus: & infrà, Monachi verò de ſuis fratribus ac conuerſis teſtes in cauſis proprijs producere abſque iuramenti exhibitione non poſſunt: niſi fortè à parte remittantur aduerſa.

Summæ rerum.

1. *Teſtes niſi iurent, non probant, tam in ſummarijs quàm plenarijs iudicijs:*
2. *Niſi iuramentum ipſis remiſſum ſit, ab vtraq; parte, & nu. 3.*
4. *An iudicis conſenſus ſit neceſſarius, vt teſti remittatur iuramentum.*
5. *Iuramentum teſtis an ſit de ſubſtantia.*
6. *Caſus, vbi dictum teſtis non iurati probat.*
7. *An tacita iuramenti remiſſio valeat.*
8. *In actibus iudiciarijs tantundem valet tacitus conſenſus, quantum expreſſus.*

1. Vt † teſtium dictis fides adhibeatur, omninò neceſſe eſt, quod prius iurent, ſe veritatem ſuper toto negotio dicturos, eorum quæ ſciant: teſtes enim non iurati ſi recipiantur, [a] nullam fidem merentur idq; tam in plenarijs quam ſummarijs iudicijs [b] obtinet. Hinc eſt, quod etſi teſtis iuraſſet veritatem dicere in certis articulis, in illis tantum illi creditur [c] non etiam alijs. Item quod teſtis iurare recuſans, teneatur parti reſarcire damnum [d], & intereſſe. Denique quod habens poteſtatem procedendi, omiſſa ſolennitate iuris, non poſſit pronunciare
2. ad dicta teſtium [e] non iuratorum. † Quamuis autem dictum eſt, teſtes non iuratos, recipi non debere: ceſſat tamen hoc habere locum, ſi iuramentum ipſis non ſolùm ab aduerſario, ſed etiam à producente remittatur, vt ſine eo dicant [f] veritatem. Cum enim iſtud fauore producentis inductum ſit, po-
3. teſt producens huic fauori renunciare [g] ex cauſa. † Conſenſus autem aduerſarij tantum ad remiſſionem iuramenti non ſufficit, ſed neceſſe quoque eſt, vt producentis voluntas [h] accedat, cum teſtis iuret pro vtraque parte ſe dicturum veritatem, & ex falſo eius teſtimonio vtriq; parti præiudicium ge-
4. nerari poſſit. † Quod autem Glo. ait, hanc remiſſionem debere fieri auto-

a. vt hic et l. iurando. in pr. et l. iurandi. C. eo.
b. Inno. le. ſ. c. 36. de verb. ſig.
c. c. de teſtib. et ibi diximus. ſ. eo.
d. Spec. de teſte. § ſequitur. verſ. quid ſi teſtis.
e. Bald. l. milites. C. de mili. teſta et l. presbyter. 2. C. de epiſ & cle.
f. ſecundū Io. And. & Panor. hic.
g. c. quod ob gratiam. de reg. in 6.
h. Io. And hic.

fieri autoritate iudicis, sicque sentit, quòd iudice resistente re-
mitti nequeat: hoc Panor. improbat, maximè vbi causa est me-
rè priuata, nec textus noster facit vllam mentionem de iudice.
Non obstat quod dicitur, [i] acta iudicij non destrui, nisi id fiat
ex partium & iudicis consensu: quia procedit propter interesse,
quod potest iudex prætendere ex destructione [k] actorum.

Ex supradictis videtur inferri posse, iuramentum testis 5.
non esse de substantia, aliàs non posset à litigatoribus [l] remitti.
Verùm Panormitanus iuramenti præstationem, ait, solennita-
tem substantialem esse, sed quia respiciat fauorem partium prin-
cipaliter, ideò ab eis remitti posse, secus si fauorem publicum
[m] concerneret. Potest quoque ex Baldi sententia [n] dici, iu-
ramentum testis esse de ordine, non de substantia, quia si esset
de substantia [o], remitti neutiquam posset. † Sunt & alij ple- 6.
rique casus, in quibus dictum testis non iurati recipitur: vt si a-
gitur de probanda consuetudine inducta [p] a populo: vel de do-
cenda fama siue [q] notorio: Item potest iudex informatio-
nes recipere à testibus non [r] iuratis, & si qui sunt alij casus,
quos Feli. hic [s] prosequitur. † Sed an sufficiat tacita iuramen- 7.
ti remissio? & communiter responsum extat, tacitam remis-
sionem non sufficere. Nec obstat, quod aliàs dicitur, † in a- 8.
ctibus iudiciarijs, quæ contrahuntur consensu tantùm, tan-
tundem valere tacitum consensum, [t] quantum expressum, quia
illa procedunt, quando actus ipso iure subsistit, si non appelle-
tur: tum enim patientia inducit fictum consensum, [u] post tem-
pus ad appellandum: sed quia ab actu nullo non est necesse ap-
pellare, [x] & receptio testis non iurati iure est [y] nulla: ergo
nihil est, quod imputetur parti, si non appellet, sicq;
cessat causa fingendi consensum.

*

i. acta. de re iud.
k vt ibid. Bar. notat.
l per gl. c. de causis. de offi. deleg.
m. per not. c. si diligẽti. §. de foro comp.
n. in c. consanguinei. in fi. de re iud.
o. quod examinat Io. Andr. in regula, nõ est sine culpa. ver. in contrariũ. de reg. iu. lib. 6.
p. Butr. in rep. c. vlt. §. de consue.
q. Butr. post Inno. c. cum in tua. in fi. de sponsa.
r. Bald. post gl. in verbo si duo. de pace tene.
s. nu. 2.
t. c. gratum. de offi. dele. c. cùm venissent. §. eo.
u. c. quod ad consultationẽ. 1. de re iud. non Bar. l. Labeo. C. quomodo & quando iud.
x l 1. C. quando pro non est ne.
y. c. nostro hic.

IDEM

IDEM ATTREBATEN. EPIscopo & Dedin en. & vrſicampi abb. ·ibus.

CAPVT XL.

Dilecto filio Arien. præpoſito nobis innotuit exponente, quòd cùm cauſa,quę inter ipſum & comitiſſam Flandren. [a] ſuper donatione VI. prebendarum ſacerdotalium agitatur, vobis epiſcope & abbas Dedimen. & Attrebaten. decano duxerimus committendam: idem præpoſitus [b] citra litis conteſtationem propoſuit, quòd teſtimonium decani ſibi neceſſarium erat in cauſa prædicta, cùm de iure ſuo non niſi per ipſum & alium vnicum tantùm teſtem, facere fidem poſſet. Vnde poſtulauit, vt in cauſa ipſa eo procederetur excluſo, vel ſuperſederetur negotio, quouſque ſubſtitueremus alium loco eius. Vos autem petitionem eius admittere [c] recuſaſtis, quinimò poſt ap. à præbendarum ipſarum donatione ſuſpendiſtis eum. Ne igitur ob teſtis defectum eius iuſtitia valeat deperire, te abbas Vrſicampi loco ipſius duximus ſubrogandum, mandantes, ſi eſt ita (ſuſpẽſione præpoſiti relaxata) in cauſa iuxta prioris mandati tenorem ratione præuia [d] procedatis.

Summæ rerum.

1. *Vocula (donatione) quomodo hîc accipienda.*
2. *Ius patronatus poteſt etiam in fœminam cadere.*
3. *Delegatus remoueri poteſt à iudicando, vt teſtis ſit, ſi aliàs non poſſit haberi probatio ſufficiens.*
4. *Si iuſtè ſit appellatum ab interlocutoria, cauſa principalis remanet penes iudicem appellationis: fallit vt nu. 6.*
5. *Cur in præſenti caſu remiſſa ſit cauſa ad priores iudices, cùm tamen iuſtè fuerit appellatum.*

a Super

a Super donatione) † Plerique donationem pro colla- 1.
tione accipiunt, ficut & alibi dicitur, [a] *ius conferendi præbendas posse laico etiam fœminæ competere*. Sed quia hoc pugnat cum nonnullis textib. iuris canonici, [b] ideò intelligunt, quòd comitissa ius conferendi ex priuilegio pontificis habuerit, quod [c] potest. Alij exponunt donationem pro præsentatione, quasi hic super iure præsentandi contentio [d] fuerit, quę expositio verior est, nec desideratur dispensatio vel priuilegium. † Ex qua colligitur, 2.
ius patronatus cadere quoque in fœminam: quod non modò in fœmina dignitatem habente, (vt tex. noster loquitur) sed etiam in priuata locum habere, Panor. hic subdit: de quo tamen verisimiliter dubitari potest. Porrò quorum iurium capax vel incapax sit mulier, Doctores suis locis amplè congesserunt, [e] ad quos lectorem remitto, neque enim huius loci est, ea hic tractare.

a. c. fin. de offi. in ca. in 6.
b. c si quis deinceps. cum multis ibi positis. 16. q. 7. & cum
c. cùm terra. et c. messana. s. de elect.
c. per tex. cum gl. in c. 1. 2. q. 5. et c. Adrianus. dist. 63.
d. per c. fin. ∫. de cōcess. præbēd. vbi textus de eadē facti specie loquitur, et præsentatio appellatur donatio.
e. l. fœminæ. de reg. iu. vbi latè Decius.

b Citra litis contest.) Quamuis gl. autumet, protestatione opus fuisse, quòd scilicet per illa verba non intenderet litem contestari: tamen hoc rectè Hosti. & Io. Andr. improbant, quia per verba hic expressa non respondebatur petitioni. Vnde dicendum, nullam hic factam esse protestationem, sed hæc verba *(citra litis contestationem)* tempus propositæ exceptionis ostendunt, quoniam post litis contestationem non potuisset peti, vt alius surrogaretur, [f] nisi ex noua causa, vt hic Panor. notat.

f. iuxta c. offerat. 4. q. 3. & c. insinuante. de offi. iud.

c Recusastis) sed malè & contra dictamen iustitiæ: debebant enim propter inopiam probandi eum submouere in ista causa ab iudicandi munere: nam & ipse prætor, qui est iudex ordinarius, testimonium dicere [g] obnoxius est. Quod tamen intellige, quando producitur in testem in causa, in qua non est iudex, [h] aliàs secus. † Porrò ad hoc semper citatur præsens cap. quòd 3.
delegatus remoueri possit à iudicando, & alius in ipsius locum surrogari, si aliunde sufficientem probandi facultatem actor habere nequeat.

g. l. ob carmen. §. 1. de testi.
h. vt hic. & c. statuendum. 2. q. 7. et c. cùm à nobis. s. hoc tit.

d Procedatis) Sed qua ratione remittitur causa ad priores iudices, à quibus prouocatum fuit, etiam probata iustitia appellationis? † Nam pro regula traditur, si constet ab inter- 4.
locutoria iustè appellatum fuisse, quòd iudex appellatus in principali causa procedere debeat: Et tum solùm remittenda est causa ad priores iudices, si minus rationabiliter constiterit, fuisse prouocatum [i]? † Respondet: ideò causam hic remitti ad priores 5.
iudices, quia tametsi errauerint, probabilis tamen fuit error ante decisionem istius decretalis: nam non possunt dici suspecti, quasi dolosè vel per ignorantiam grauarint partem. Cùm itaq; cesset causa, ob quam cognitio principalis negotij ad iudicem appellatum deuoluitur, nempe suspicio priorum iudicum, debet quoque cessare iuris dispositio. † Ex prædictis colligitur 6.

i. c. vt debitę. c cùm speciali. §. porro. c. interposita. §. 1. ∫. de app.

aurea &

aurea & elegans limitatio ad iura dicentia: si iudex ad quem prouocatio facta est, pronunciet benè appellatum ab interlocutoria, quòd ad eum deuoluatur, siue penes eum remaneat etiam cognitio principalis negotij: quoniam iura illa cessabunt locum habere, si casus, in quo pronuntiatum est, valdè esset dubius, nec à iure definitus: quod benè signa per illum tex. hic, ad saluandum inferiorum iudicum honorem.

IDEM IVDICI SABINEN.

CAPVT XLI.

Significauit nobis presbyter sancti N. Sabi. diœce. quòd fundatores eiusdem ecclesiæ liberam eam esse volentes, fundationis tempore se in ea nihil iuris retinere dixerunt, vnde timens ne processu temporis, probationis copia valeat deperire, prouideri super hoc idem presbyter postulauit. Quocirca mandamus, quatenus testes idoneos, quos ipse super hoc duxerit producendos examines diligenter & eorum dicta in publica redigi facias monumenta, denuntiando fundatoribus antè dictis, vel eorum hæredibus, vt receptioni testium, si velint, intersint: & super denuntiatione sic facta, confici facias publicum instrumentum.

Summæ rerum..

1. *Testes quandoq; ante litis contestationem examinari possunt.*
2. *Vt in casu huius cap. hic declarato.*
3. *Differentiæ inter prouisionem huius cap. & c. quoniam frequenter. §. vt li. non contest. & nu. 6. 7. 9.*
4. *Specul. opinio circa hoc cap. eademq; reiecta: & nu. 5.*
8. *Pœna non est imponenda parti, nisi à lege exprimatur.*
10. *Huius cap. prouisio actorinè, an reo competat, tribus distinctis articulis expeditur.*
11. *Primus articulus, si testes ex parte actoris producantur ad perpetuam rei memoriam.*
12. *Secundus articulus, si ex parte rei.*

13. *Huius cap. remedium extraordinarium esse.*
14. *Vnum remedium extraordinarium aliud non tollit.*
15. *Tertius arti. si ex parte eius, qui & actoris & rei vice fungi possit, receptio testium postuletur.*
16. *Reo agere licet contra actorem, vt sibi instrumentum conficiat de iure suo.*

Quoniam multis modis interesse potest, ne pereat nobis nostrisq; successorib. rerum gestarum memoria, vel proba-
tionis facultas: † permittitur quandoq; contra communem iu- 1.
ris regulam, testes ante litis contestationem recipi, atq; exami-
nari ad perpetuam rei memoriã, vt in [a] casu cap. nostri hic. † Ha- 2.
bet autem locum hæc testium receptio, cuius præsens tex. meminit, vbi quis est in possessione iuris alicuius, quod dicit suum: verùm subuertetur, ne mortuis his, qui huius iuris sunt conscij, veritatemq; norunt, alius ipsi inposterum quæstionem moueat, qua specie deficientibus sibi testibus faciliter posset in lite succumbere, & aduersarius obtinere. Iustum ergo æquitatiq; consentaneum est, ne ius huiusmodi possessorum intereat, hoc illis remedium concedi extraordinarium, cùm aliàs ipsi non possent ab alio, id quod possident, [b] vendicare, nec alios ad agendũ pro suo arbitrio [c] cogere. Propter hoc igitur sic illis prospicitur, vt testes ipsorum statim recipiantur ac publicentur, [d] per-
petuò valituri. † Cæterùm multifariam differt huius decre- 3.
talis prouisio circa susceptionem testiũ, ab ea, quæ in cap. quoniam frequenter. supra tit. vt li. non cont. traditur, quemadmodum glo. hic quoque annotat. Primùm enim hic testes non modò senes & valetudinarii, sed omnes idonei indifferenter suscipiuntur: ibi tantum hi, de quibus mortis, aut diuturnæ absentiæ periculum subest. Deinde hic suscepta testimonia ad perpetuam rei memoriam statim publicantur: ibi consignata remanent apud iudicem, donec lis contestetur, nec publicantur nisi cum a-
lijs testibus postea receptis. † Specul. tamen [e] & in casu præ- 4.
sentis capituli attestationes esse consignandas existimat, ne, si publicentur, partibus facultas producendi alios adimatur, sicq; quod in fauorem inductum est, [f] retorqueatur in eorum læsio-
nem. † Verùm prior sententia longè sanior, crebriusque [g] re- 5.
cepta est. Nec obstat Specula. ratio, cùm is, qui ad perpetuam memoriam testes recipi postulat, omnes possit ab initio inducere, vel si qui non sint præsentes, receptionem differre,
donec eorum haberi queat copia. † Tertiò, testes hic rece- 6.
pti perpetuò valent, tanquam publicum instrumentum: Ibi testimonia post annum concidunt, nisi producens intra annum conuenerit aduersarium, vel certè receptionem huiusmodi testium illi denunciârit. Hæc tamen differentia Panor. displicet: nam denuntiatio ibi tum necessaria est, quando receptio testium aduersario absente facta est: hic vero loquimur,
quando

a. et c. quoniam frequenter. §. sunt et aly. s. vt li. non cont. vbi diximus.

b. iuxta not. in cap. examinata. s. de iudi.

c. l. vt ne. inui. ag. per totum.

d. vt hic. & s. eo. c. Albericus.

e. tit. de teste. §. nunc tractemus. vers. aliàs autem.

f. cõtra l. quod fauore. C. de ll.

g. vt per Butr. Pan. Imo. hic. Bar. auth. sed etsi quis. C. eo. Io. Andr. in add. ad Spec. loco citato.

quando denuntiatio præcessit: vnde si ibi quoque præcessisset,
non necesse esset intra annum experiri, sicut ibi latius ex tex. &
7. glo. colligitur. † Quartò hic non potest in receptorum testi-
um personas obijci, si de denuntiatione parti aduersæ facta con-
stet: ibi verò potest, vt Vincent. voluit: sed glo. hoc discrimen
non esse verum, ait, idemque communiter [h] Dd. sequuntur:
quod videlicet & in nostro casu potest excipi in personas, cùm
non reperiatur in iure contrarium, satisque est permitti rece-
8. ptionem testium. † Itaque pœna non est imponenda parti [i],
nisi à lege exprimatur, refertque Panor. casum esse, quasi in ter-
minis, [k] suprà tit. vt li. non contest. Non obstat eum fuisse præ-
sentem, nec exceptionem obiecisse: per hoc enim non parat si-
bi præiudicium, cum sciat facultatem opponendi, competere e-
tiam post [l] suscepta testimonia. Scribunt tamen Panor. & Imo.
opinionem contrariam posse procedere, post publicationem, vt
9. tum non possit aduersus personas [m] testium excipi. † Quintò
& vltimò hic suscipiuntur testes, etsi nullum sit dictarum iudi-
cium, nec vlla de præsenti immineat controuersia: ibi secus,
quia cessat hoc remedium extraordinarium, cùm de proximo
speretur lis, in qua ordinaria via testes produci poterunt.
10. † Discussis differentijs, inter vtrumq; cap. videamus mo-
dò, quibus competat huius decretalis beneficium, actorine ad
fundandam suam intentionem, an reo tantùm ad firmandam de-
fensionem? Et quia hac in re variantibus sententijs responsum
11. est, ex Bar. sententia [n] distinguendi sunt tres articuli. † Pri-
mus: Si testes ex parte actoris producantur, ad perpetuam rei
memoriam, tunc interest, an actor statim experiri possit, quia
scilicet illi iam competat actio, an minus. Nam priori specie
non admittentur ante litem contestatam testes, quia non debe-
bant prius causa instrui, quàm inchoetur, nisi de morte aut diu-
turna eorum absentia subuerendum sit: & tunc etsi suscipian-
tur, publicatio tamen non fiet, nisi post litem contestatam. Po-
steriori verò, siquidem facultas experiundi in iudicio actori non
possit esse, nisi prius examinatis testibus, productioni locus erit.
nihil enim hoc casu imputari potest actori, quare non agat. Ex-
empli gratia: vt si desiderem bonorum possessionem secundum
tabulas testamenti petere, necesse est, me cumprimis de viribus
testamenti fidem facere iudici: Id autem quia non alia ratione
fieri potest, nisi receptis testibus, eorumq; testimonijs cognitis,
æquum est, testes ante litem motam recipi [o] & publicari. Sin
verò potestas agendi non statim competit, competitura tamen
est, etsi non recipiantur testes, (vt quia sit obligatio conditio-
nalis, vel in diem) tunc actor, ante litem contestatam testes pro-
ducere volens, sic demum audietur, quando de ipsorum obitu,
vel absentia diuturna peri[illegible] subesse dignoscitur: atq; ita [p]
Bar. voluit. Sed glos. hic, item Inno. [q] Butrius, & Abb. [r] ni-
mis generali ac leui ratione dissentiunt: semper enim allegari

h. præsertim Imo hic.
i. fa. gl. c. fin ∫. de iure patro. et quod no. gl. c. 2. de do. et cont. in 6.
k. in c. accedens. ∫. vt li. non cont.
l. vt in c. præsentia. ∫. eo.
m. nisi in casib. d. c. præsentia.
n. in auth. sed etsi quis. C. de sent. & interlo. om. iud.
o. l. publicati. C. de testa. l. 1. & 2. C. de bo poss con. tab. vide latius. Bald. ∫. d. auth. sed etsi quis.
p. in d. auth. sed etsi quis.
q. d. c. quoniam frequenter in pr.
r. hic.

 potest ti-

poteſt timor mortis & abſentiæ, ſicque euacuaretur effectus regulæ, vt lite non conteſtata. Ego putarim, id iudicantis arbitrio relinquendum eſſe, qui ex negotij & perſonarum qualitate æſtimabit, num in tali caſu teſtes admittendi ſint, ante acceptum iudicium, vel minus. † Secundus articulus eſt: Si petantur teſtes examinari ex parte rei, ad fundandam defenſionem ſiue exceptionem, tunc indifferenter admittuntur, & in publicam inſtrumenti formam rediguntur. Non enim eſt in rei poteſtate,[f] quando conueniatur, Et ſi diceretur, reo alio prouiſum eſſe remedio, nempe vt imploret officium iudicis, petendo actori præfigi certum terminum ad agendum, & eo non comparente vel agere nolente, perpetuum ſilentium ſibi [t] imponi: Reſpondet tamen Feli. hic, prædictum remedium competere ex æquitate, ſicque extraordinarium eſſe: † quemadmodum & huius cap. beneficium ex æquitate proficiſcitur, extraordinariumque eſt. Vnde conſequitur illud, quod Panor. hic docet, † vnum remedium extraordinarium per aliud non tolli, nec vnum alteri [u] cedere. Tertius articulus eſt: † Si receptio teſtium poſtuletur ex parte illius, qui in cauſa & actoris & rei vice fungi poſsit: idem dicendum eſt, vt indiſtinctè examinati teſtes, publicatique [x] valeant. Idque euidenter ex textu noſtro conuincitur, vbi vtrique actores eſſe poterant. Nam & patronis licebat actionem confeſſoriam intendere, ad pronuntiandum, ſibi competere ius patronatus, & contrà presbytero negatoria agere, negando eccleſiaſticam ſeruitutem vllam deberi [y], pretendoque ſic pronunciari: & ſic vtriſque competebat actio, & tamen indulgetur receptio teſtium ad perpetuam memoriam. Porrò pro colophone ex gl. hic penul. obſeruandum eſt: † Reo agere licere, aduerſus actorem, vt faciat ſibi inſtrumentum ſuperiure ſuo, puta ſuper pacto de non petendo, vel libertate rei, quam poſsidet, aut pecunia, quam ipſi [z] ſoluit. Bar. idem [a] in actore obtinere ait, de præſenti agendi facultatem non habente. Ad quod fa. & regula, quæ dicit, quod tibi non nocet, alteri autem prodeſt, [b] facere debes. Cæterùm denuntiatio cuius tex. noſter meminit, vbi fieri debeat, & coram quo iudice in caſu cap. noſtri, receptio facienda ſit, hic eleganter Abb. ad finem huius cap. explicat.

12. 13. 14. 15. 16.

IDEM

f. hic & d. auth. ſed etſi quis. l. petendæ. C de temp. in inte. reſti.
t. Iuxta Bar. Ang Paul. Caſtr. in l. ſi contendat. de fide inſtr. fa. l. diffamari. C. de inge. mann.
u. ad quod fa. gl. l. prætorib. ff ad l. Aquil. Bar. l. in prouinciali. ff de no op. nun. et ſic habens limitation. eleg. ad l. in cauſæ. de mino.
x. Panor. hic poſt Bar. Bald et Ang in d. auth. ſed etſi quis. et in l. in l. Aquilia. ff. de ad l. Aquil. Cano. hic. et d. c. Albericus.
y. ſecundum not. c. examinato 1. de iudi. & c. Abbate. de verb ſig.
z. fa. tex. l. ſi quis fundum §. ſi cum l. ſeq. et ibi Bar. ff. loca tex. l. à colono. ff. de vſufr. leg.
a. in l. ſi finita. §. eleganter. de dam. infe.
b. cum ibi no. ff. ſol. matr. Feli. hic ad finem.

IDEM EPISCOPO ET ARchidia. Beneuen.

246

CAPVT XLII.

CVM causa, quæ inter œconomũ monasterij sancti M. [a] de monte: & infrà. Cum igitur abbas & fratres eiusdem loci probare intendant, quanti pretij venditionis tempore possessiones prædictæ fuere: Mandamus, quatenus recipiatis testes, quos alterutra partium super hoc duxerit producendos: & infrà. Si verò pars monasterij ad hunc articulum eosdem testes produxerit, quos ad alium probandum produxit, vos nihilominus eos recipere procuretis: quoniam aliud est probasse deceptionis excessum, & aliud probare quantitatem valoris.

Summæ rerum.

1. *Vt necessaria fuerit veri pretij probatio in huius cap. specie.*
2. *Cur in hoc cap. concedatur productio testium, super antiquis capitulis, post publicationem attestationum.*
3. *Testes priores reproduci posse super antiquis articulis, adiecto aliquo nouo.*
4. *De modis probandi pretia seu valorem rerum, remissiuè.*
5. *An contrahentibus se inuicem decipere liceat, distinctione expeditur.*

1. a De monte) † Intenderat monasterium de monte rescissoriam actionem, quia in venditione, quam fecerat, deceptum se sentiebat vltra dimidium veri iustique pretij: & probata hac deceptione, non erat necesse aliud probari, si emptores voluissent rescindi contractum restituendo rem, recuperandoque pretium: sed quia ipsi malebant iustum supplere pretium, retenta re, (quod sane eis indulgendum erat [a]) ideo necessaria fuit probatio veri pretij.

b Alterutra) Sicut enim venditori licet pretij excessum, ac magnitudinem eius docere: ita potest quoque emptor eius probare paruitatem.

a. iuxta l. 2. C. de rescind. vend. et c. cùm dilecti. et c. cùm causa. 5. de emp. & vend vbi hæc materia latius tractatur.

 c Nihi-

c Nihilominus) Non obstante prædicta productione teſtium, & publicatione. † Quamuis enim videretur, teſtes poſt aperta eorum teſtimonia non eſſe de nouo ſuſcipiendos ſuper antiquis capitulis: [b] tamen hic illud permittitur, ob id certè, quia vtcunque materia antiqui capituli repetatur in genere, nihilominus ex eo, quod additur de pretio determinato, videtur nouum capitulum, ſicque ceſſat ſubornationis timor. † Docet ergo hæc decretalis, teſtes priores etiam poſt publicationem produci poſſe, ſuper materia antiqui capituli, adiecto aliquo nouo, quod neceſsitati probandi ſubijciatur: ad quod etiam vulgò allegari ſolet. † Cæterùm tractant hic etiam in- 4
terpretes nonnulli, de modis probandi pretia ſiue valorem rerum: ſed quia hæc materia propriè huc non pertinet, eam nos [c] ſuis locis benè à Dd. diſcuſſam relinquimus. † Quia verò iſta 5
etiam quæſtio hic examinari ſolet, an contrahentibus ſe inuicẽ decipere liceat? In ea ſic breuiter ſentiendum ducimus: Si quis dolo inducat aliquem, vt emat vel vendat, cùm id facturus citra eius perſuaſionem non erat, tum ipſo iure [d] irrita eſt emptio. Si verò quis maior 25. annis pluris emat, vel minoris vendat, quàm oportuit, non auditur. Nemo enim cenſetur eſſe tam negligens & ſupinus, vt rei familiaris, quam venditurus eſt, pretium ignoret, neque tam temerarius, vt rem ignotam nullo adhibito [e] conſultore emat. Ne enim litis & quærularum nullus ſit finis, toleranda videtur legibus talis circumuentio, quæ hominum ſupinitatem excitet, vt diſcant cautius mercari. Sed rurſum, ne (ſicut fit) iſta licentia circumueniendi daretur occaſio improbitati intolerabiliter quoſuis decipiendi, hunc leges conſtituunt modum, vt ſi quis decipiatur vltra dimidium iuſti pretij, detur aduerſus decipientem [f] actio.

fraternitatis. ibi no. ſ. eo.

c. vide gl. ord. in d. l. 2 et ibi per Bald. C. de reſcin. vend. Bar. in l. pretia. §. 1. ff ad l. Falcid. & l. fi. C. de magiſt. conue. & in multis alijs locis Dd. hic allegatis apud Felinum.

d. l. 1. C. de reſcin. vend.

e. l. quisquis. de reſcin vend. et hoc caſu locum habet. l. in cauſa. ff. de mino.

f. d. l. 2. et l. ſi voluntate. C. de reſ. ven. c. cùm dilecti. ſ. de emp. & vend. & ibi Dd.

IDEM.

CAPVT XLIII.

Albericus miles nobis inſinuare curauit, quòd cùm olim inter ipſum & C. mulierem Rauennaten. coram capitulo Rauennate matrimonij quæſtio verteretur, tandem lata fuit diuortij ſententia inter eos: poſtea verò dictus miles timens ſibi & filijs, quos de legitima vxore ſuſcepit, ex eo poſſe præiudicium generari, quòd in [a] reſcriptis redacta non fuit ſententia memorata, ſupplicauit vt teſtes, qui ſententiæ interfuere prædictæ, recipi faceremus.

Ideo-

Ideoque mandamus, quatenus testes curetis recipere antedictos, depositiones ipsorum in scripturam publicam redigi facientes.

Summæ rerum.

1. Sententiam in scriptis ferendam esse.
2. Etiam in causis matrimonialibus.

1. a In scriptis) † Per hoc tamen non negatur, quin huiusmodi sententia in scriptis lata, vel recitata fuerit, quod omnino necesse est, cùm scriptura sit solennitas substantialis sententiæ [a]: licet glo. falsò existimet, in causa matrimonij speciale esse, vt sine scriptura proferri sententia possit, ad instar cau-
2. sarum breuiss. [b] & inter clericos. † Hoc enim non procedere, constat euidenter [c] ex cle. dispendia. suprà de iudi. iuncta cle sæpè. de verb. sig. vbi disponitur, sententiam etiam in matrimonialib. litibus & in alijs causis, quæ de plano ac simpliciter expediuntur, in scriptis ferendam esse. Fuit ergo in nostro casu sententia quidem ex scripto pronunciata, quia tamen fortè illa scriptura non erat publica, sed priuata, mandat pontifex eandem in publicam scripturam redigi, vt sic fidem faciat. Reliqua huc pertinentia, ex his repetenda sunt, quæ suprà ad cap. significauit, in ord. 41. hoc ipso tit. annotauimus.

a. vt c. fi. de re iud. lib. 6. & C. de sent. ex breui reci. per tot.
b. vt in auth. nisi breuiores C. de sent. ex breui reci et c. si quis cum clerico. 11. q. 1.
c. Ita Panor. hic.

IDEM BELVACENEN. episcopo.

CAPVT XLIIII.

CVM in tua diœcesi: & infrà. Vtrùm autem si [a] accusatore idoneo comparente, per tres vel quatuor testes, inter iam coniunctos [b] parentela probetur, per depositiones eorundem [c] posteriorum testium derogetur fidei XI. ex XII. propinquorum, qui antiquiores tempore ac præstantiores meritis ante contractum matrimoniũ [d] in contrarium [e] iurauerant, [f] distinguendo personas, & gradus à quibus directè ij, de quorum [g] copula agitur, [h] descenderunt, an primi posteriorib9 præferantur, non immeritò quæri posset. Quanquam autem [i] ad aliud & ob aliud iurauerint tam illi quam isti: tamẽ si in [k] secundo iudicio [l] priores

personæ iuratę deponerent,[m] illa eadem quæ primò dixerunt, absque dubio eorum testimonia [n] præualerent, nec eo possent prætextu [o] repelli, quod partes testificata didicerant: cùm talis exceptio locum non habeat [p] in hoc casu.

Summæ rerum.

1. *Accusator hîc impropriè dicitur in causa mixta.*
2. *Parentela & consanguinitas idem.*
3. *Parentes pro quoquo modo sanguine coniunctis accipi.*
4. *Cuilibet matrimonium inter aliquos contractũ impedire ex legitima causa licet.*
5. *Testis secundariò productus, licet ad alium effectum, potest se ad priorem depositionem referre.*
6. *Ampliatio huius cap.*

a Accusatore) Impropriè ponitur: neque enim quæstio criminalis, sed mixta instituebatur, [a] nec ad vindictam, sed se-
parationem tantùm [b] agebatur. † Porrò cuiuis permittitur 1.
matrimonium impetere, inter aliòs contractum, consanguinitatis, vel cuiuscunque alterius impedimenti contemplatione, licet nullum prætendat interesse priuatum: idq́ue ratione peccati, siue boni publici [c].

a. sicut & in c. tuæ. §. de procu.
b. Io. And hîc.
c. literis. c. tertio. §. de probat.

b Parentela) † id est, consanguinitas, sanguinis coniun- 2.
ctio: Parentes enim hodie vulgò intelliguntur omnes cognati, qui sunt eiusdem gentis (Eines Geschlechts) & inuicem quoquo modo coniuncti. Hinc parentela: quæ dictio apud Iulium Capitolinum in Gordiano quoque legitur. *duxit* (inquit) *vxorem filiam Misithæi doctissimi viri, quem causa eloquentiæ dignum parentela sua iudicauit.* Alioqui tamen hoc nomen apud probatos autores non inuenitur. Cæterum parentum vocabulum ad quoslibet consanguineos extensum, † non rarò in libris feudorum 3.
reperitur, vt lib. 1. tit. 24. *Non reuocetur ab vllo ex parentibus suis.* & lib. 2. tit. 33. *vasallus cum sex parentibus: cæteros si vult, habeat extraneos:* Item lib. 3. tit. 2. §. 1. *cum duodecim propinquioribus parentibus defendat.*

c Posteriorum test.) respectu eorum, de quibus sequitur.

d In contrarium) Nulla scilicet eos consanguinitate connexos esse.

e Iurauerant) cùm de consanguinitate, vel alio impedimento [d] quæreretur.

d. scilicet formam. c. vltimæ. §. de cland. de spon.

[f] Distin-

f Distinguendo) quod omninò necesse est, aliàs eorum testimonia fidem non merentur, quemadmodum infrà [e] suo loco dicetur.

e. c. licet ex quadã. § .eo.

g Copula) coniugali coniunctione.

h Descenderunt) Et quia non fuerunt reperti in quarto, & sic prohibito gradu, permissum fuit inter eos matrimonium.

i Ad aliud) quia primi ad copulationem matrimonij, secundi verò ad eius separationem iurauerant.

k Secundo iudicio) nempe quo agebatur ad diuortium.

l Priores) quæ scilicet pro matrimonio testificatæ fuerant.

m Illa eadem) nempe eos, qui contraxerant matrimonium, non esse connexos in gradu prohibito. † Hinc pleriq;
5. cautelam notant, quòd testis secunda vice inductus, super eodem articulo, licet ad alium effectum, possit respondere, se illa eadem nunc dicere, quæ in priori depositione dixerat, sicque euitabit periculum repugnantiæ, siue contrarietatis [f], nec dicitur sermo incertus, cum relationem certam [g] habeat.

f. de quo vide Bar. in l. eos. ff. de fal. Pan. hic. et Salt. l. iursiu. C. de testib.

g. l. ait prætor. in pr. l. in summo. de re iud. Feli. hic à pr.

n Præualerent) scilicet secundis testibus, nec separabitur matrimonium. Quid si priores testes, non inducantur in hoc secundo iudicio? Sanè eo casu secundis testibus credetur, qui pro dirimendo coniugio dixerunt, separabiturque coniugium.

o Repelli) quod videbatur, quia subest periculum, ne subornentur testes, qui veritatem priorum [h] euertant.

h. cle. 2. de testib. o. fraternitatis. et quæ ibi no. § .eo.

p In hoc casu) Nempe in causa matrimoniali, secundum
6. Io. Andr. Host. & communiter D. hic. † Butrius tamen & Panor. generaliter textum accipiunt etiam in alijs causis procedere, quasi liceat post aperta testimonia, super eodem vel directò contrario articulo, testes inducere, quando posterior illa probatio non solùm fit ad reprobandam secundam partis aduersæ probationem, sed ad confirmandam primam etiam in iudicio summario factam: neq; enim potest tali casu quicquam imputari parti, quare non ante produxerit eos, cum confisa esset de prima probatione, per plures testes facta: neq; etiam de subornatione timendum est, producendo eosdem testes, qui prius inducti erant, cùm eadem testificentur, quæ prius dixerant. Quid autem si non priores, sed alij, seu noui testes petantur suscipi, an idem obtinebit? Et Panor. [i] in causa coniugij idem censet: in alijs secus, cum scire debebat producere volens, quòd illæ primæ probationes in hoc iudicio fidem non facerent.

i. per c. Iurauit. §. de probat.

IDEM

IDEM.

CAPVT XLV.

Constitutis in præsentia nostra archiepiscopo & M. canonico Surrenti. dum [a] ipse illum de Simoniæ crimine deferret: & infrà. Cæterùm quoniam à principio [b] protestatus est præfatus M. ipsius archiepiscopi consanguineos multa impedimenta ei per suam potentiam præstitisse, quò minus probationum copiam in nostra præsentia secum haberet, cùm quosdam induxerint ad iurandum, ne aduersus archiepiscopum aliquid dicerent, & alios minis & terroribus à testimonio perhibendo arcere nitantur: nos [c] ex officio nostro super hoc prouidere volentes, mandamus, vt generalem feras excommunicationis sententiam, in omnes qui impedimentum aliquod ipsi M. præstare præsumserint in testibus producendis. Illos autem quos (vt dictum est) iurasse constiterit, quòd contra archiepiscopum nihil dicerent [d] denunties iuramento huiusmodi non teneri: si quis autem de consanguineis dicti archiepiscopi, aliquem de testibus præsumserit impedire ([e] quia verisimile non videtur, & eo inuito talia fierent, & ob hoc non caret scrupulo societatis occultæ, eò quòd si voluerit, potuerit prohibere: cùm secundum legitimas sanctiones iniquam ostendat se causam fouere, & experiri debeat iudicis authoritatem elusam, qui defensionis copiam subtrahit aduersario) eundem archiepiscopum ab offitio pontificali suspendas, & facias manere suspensum, donec illum fecerit à tali præsumtione cessare.

Summæ

Summæ rerum.

1. *Canonicus potest suum episcopum de simonia accusare.*
2. *Protestatio de impedimentis probationum.*
3. *Iudicis officium, vt salua sit rerum probatio.*
4. *Iuramentum de non testificando an obliget.*
5. *Delictum à meo consanguineo patratum in meum fauorem, præsumitur meo consensu commissum.*

1. a Ipse illum) Archiepiscopum scilicet: † potest enim canonicus etiam suum episcopum accusare de crimine simoniæ, ª sicut & de alijs criminibus: quod alibi interpretes iuris canonici examinant.

2. b Protestatus) † Hinc plerique cautelam notant, vtile esse accusatori, vt protestetur de impedimentis probationum: sic enim non censebitur in mora probandi esse, conducitque hoc ad euitandam calumniam, si in probando defecerit.

3. c Ex officio) † Iudicantis enim muneri incumbit, ex officio prouidere, vt salua sit rerum probatio, potestque iudex ecclesiasticus censura ecclesiastica ferire etiam Laicos, vel quoscunque impedientes partes in explicandis his, quæ sunt iudicio necessaria.

4. d Denunties) † Iusiurandum de non testificando præstitum, iurantem non obligat, quin productus in testem teneatur dicere testimonium: est enim ius dicendi testimonij publicum, ad quod etiam inuitus quis compellitur [b], tenditque huiusmodi iuramentum in præiudicium tertij, [c] & per consequens non seruandum.

5. e Quia verisimile) † Hunc tex. velut singularem commendant interpretes, quòd delictum commissum ab meo consanguineo, in fauorem meum, præsumatur me consentiente commissum, possimque ego constringi etiam per pœnæ appositionem, vt curem delictum seu impedimentum cessare. Quod Panormi. & Baldus [d] verum intelligunt in delicto successiuo, secus in momentaneo: hoc enim in dubio præsumitur factum ex consensu meo [e]. Sic etiam vicinus præsumitur facta vicini scire [f] continuata, non momentanea.

a. c. veniens. & ex parte. c. cum olim. ∫. de accusa. ubi Dd.

b. l. si quando. C. de test. et ∫. de testi. cog. per totum.

c. c. quamuis. in ∫. de pac. lib 6. Bar. in l. Titia §. Imperator. ff. de leg. 2.

d. in l. 1. ad ∫. C. si quacunq. præd. pot.

e. per tex. c. quòd præsulatus 1 q. 4. de quo vide amplißi. Feli. in c. Petrus. ∫. de homicid.

f. vide Castr. l. 1. si cer. peta.

IDEM

IDEM MAGDEBVRGEN. ARchiepiſcopo, & præpoſi. Seburgen.

CAPVT XLVI.

Conſtitutis in præſentia noſtra procuratore A. ſororis nobilis viri marchionis Miſnen. & nuntio illuſtris principis Bohemorum: & infrà. Pragen. epiſcopus ad petitionem eiuſdẽ principis, ipſa volente ad ipſum accedere, vt ſuas coram eo proponeret actiones, ſed à ſatellitibus eiuſdem prohibita, qui ei bis vel ter prohibuerint ingreſſum, poſt appellationem ad nos interpoſitam, diuortij ſententiam promulgauit: à qua ipſa fecit ad noſtram præſentiam [a] prouocari: & infrà. Mandamus quatenus partibus ad locum idoneum conuocatis, recipiatis teſtes, quos vel nobilis ipſa pro ſe, vel princeps pro parte ſua (cùm nondum teſtificata [b] didicerint) ſuper proceſſu Pragen. epiſcopi vel poſteriorum iudicum duxerint producendos, & nobilis ipſa pro ſe, vel teſtes quos prius iuduxit, vel alios ſi voluerit inducere, non vetetur, cùm [c] non renuntiauerit teſtibus producendis.

Summæ rerum.

1. *Poſt cognita teſtimonia regulariter non licet alios teſtes producere: fallit vt nu. 2.*
2. *Limitatio ad c. ſeries &c. cùm intra. ſ̃. hoc tit.*
3. *Renuntiatio eſt excluſiuus terminus productionis teſtium, ſicut publicatio.*
4.
5. *Sola publicatio abſq; notitia teſtimoniorum, non impedit vlteriorem teſtium productionem.*

a Prouocari) Duplex ergo hic facta eſt appellatio: primum enim ab interlocutoria, deinde à diffinitiua prouocatum fuit: quod ſcribit Abbas vtile eſſe, cùm ſic ſit in prouocantis arbitrio, quam velit proſequi[a].

a. de quo vide qua habentur. in cle vnica. de dol. & contu.

b Didi-

1. b Didicerint) † Cognitio enim seu notitia testimonio-
rum impedit vlteriorem productionem testium, cùm mox sub-
uerendum sit de subornatione testium, [b] qui priorum verita- [b. c fraternitatis. et]
tem euertant. Quod sanè locum habet, etiamsi de processu cau- [ibi not. s. hoc tit.]
2. sæ matrimonialis agatur: exemplum est in cap. nostro hic. † Se-
cus si esset quæstio de vinculo matrimonij, tum enim cognitio
attestationum productionem aliorum testium [c] non impediet. [c. c. series s. hoc tit.]
Rationem differentiæ asignant hic Card. Imo. & Panor. quia [c. causam matrimo-]
disputatio super processu non concernit factum animarum: fie- [nij. s. de proba.]
ri enim potuit iudicem rectè pronuntiasse, sed non rectè proces-
sisse, sicque cessante matrimonij fauore, surgit obstaculum su-
3. pradictæ [d] regulæ. † Ex quo sequitur restrictio singularis ad [d. d. c. fraternitatis.]
cap. series, & c. cùm in tua. suprà hoc nostro tit. vt obtineant,
quando de coniugio agitur, & fit productio testium super eo,
quod concernit veritatem facti, secus si de eo, quod subtilita-
tem iuris respicit.

4. c Non renunciauerit) † Sicut enim publicatio attesta-
tionum, sic & renuntiatio est exclusiuus terminus productio-
nis testium, etiamsi testificata non sint cognita: quod ideò est, [e. Feli. & Imo. hic.]
5. quoniam renuntiatio vim conclusionis in causa habet [e]. † In- [Spec. de teste. §. vlt.]
terim ex glo. fin. hic obserua, quæ apertè decidit, solam publi- [vers. antepen.]
cationem testium, cessante notitia testimoniorum, aliam pro-
ductionem non impedire: quod pro singulari adprobant Do-
ctores, cùm hic, tum [f] in alijs locis, ad quos
fit remissio.

[f. de quo vide latè Feli. in d. c. fraternitatis. ante fi. vers. modò quæritur. post Abb. ibidem.]

IDEM IN CONCILIO generali.

CAPVT XLVII.

Licet ex quadam [a] necessitate, præter communem formam olim fuerit institutum in consanguinitatis & affinitatis gradibus computandis, valere testimonium [b] de auditu, cùm propter breuem hominum vitam, testes de vsu deponere non valerent, vsque ad gradum septimum computando: quia tamen pluribus exemplis & certis experimentis didicimus, ex hoc multa pericula contra legitima prouenisse coniugia. Statuimus ne super hoc

recipiantur de cœtero teſtes de auditu: cùm iam quartum gradum prohibitio non excedat, niſi fortè perſonæ [c] graues extiterint, quibus fides ſit meritò adhibenda, & ante litem motam teſtificata didicerint ab antiquioribus quidem ſuis, non vtique ab vno: cùm non ſufficeret ille ſi viueret: ſed duobus ad minus nec ab infamibus & ſuſpectis, ſed à fide dignis & omni exceptione maioribus: cùm ſatis videretur abſurdũ, illos admitti, quorũ repellerentur authores. Nec tamen ſi vnus à pluribus, vel in fames ab hominibus bonæ famæ acceperit, quod teſtantur, tanquam plures & idonei teſtes debent admitti, cùm ſecundum ordinem ſolitum iudiciorum non ſufficiat vnius teſtis aſſertio, etiamſi præſidali refulgeat dignitate, & actus legitimi ſint infamibus interdicti. Teſtes autem huiusmodi [d] proprio iuramento firmantes, quod ad ferendum teſtimonium in cauſa ipſa, odio, amore, timore, vel commodo non procedant, perſonas expreſsis nominibus, vel demonſtratione, vel circumlocutione ſuffiicienti deſignent, & ab vtroq; latere, ſingulos gradus clara computatione diſtinguant: & in ſuo nihilominus iuramento concludant ſe accepiſſe à ſuis maioribus quod deponunt, & credere ita eſſe. Sed nec tales ſufficiant, niſi iurati deponant ſe vidiſſe perſonas vel ſaltẽm in vno prædictorum graduum conſtitutas pro conſanguineis ſe habere. [e] Tolerabilius eſt enim aliquos contra ſtatuta hominum dimittere copulatos, quàm coniunctos legitimè contra ſtatuta domini ſeparare.

Summæ

Summæ rerum.

1. *DE forma probandæ consanguinitatis & affinitatis hoc cap. agi.*
2. *Propter necessitatem receditur à communi forma & iuris regula.*
3. *Testimonium de auditu regulariter non valet.*
4. *Testis non potest iurare per procuratorem.*
5. *Quoties de impedimento à canonibus inducto agitur, in dubio pro matrimonio iudicandum.*
6. *Illatio ex prædicto dogmate.*
7. *Testes singulares an & quando probent.*
8. *Testes debent concordes esse in iure & facto.*
9. *Quando testes singulares probent: & nu. 12.*
10. *Duplex singularitas obstatiua & adminiculatiua: & nu. 11.*
13. *De probatione iurisdictionis.*
14. *Probatio possessionis colligendi decimas.*
15. *Mynsingeri sententia circa singularitatem testium.*

1. Hæc † decretalis pro singulari habetur, & formam docet probandæ consanguinitatis vel affinitatis, ostendens, quæ desiderentur hodiè, vt testib. ad eam docendam inductis fides præstetur. Quamuis enim olim indistinctè per testimonium alieni auditus, probaretur consanguinitas & affinitas: hodiè tamen ex huius decretalis dispositione non aliter admittitur huiusmodi testimonium, nisi illa duodecim requisita, quæ in tex. recensentur, singula adsint, quorum sex priora personas testium, reliqua sex eorum dicta respiciunt.

2. a Necessitate) † Sæpenumerò enim propter necessitatem receditur à communi forma, & iuris regula [a]: quod suis locis benè discussum relinquimus.

3. b De auditu) alieno † quia fallax hoc testimonium est, nec regulariter [b] admittendum.

c Graues) id est, bonæ existimationis & famæ, quorum autoritas non possit exceptione aliqua eleuari.

d Proprio iu.) Hinc colligunt pleriq; , testi non concedi, vt iuramentum de veritate dicenda per procuratorem subeat: quod Baldus menti tenendum ait. Ex quo Panor. infert, licet aliàs possit quis per procuratorem speciale mandatum habentem iurare, (quia sic ipsemet iurare [c] videtur) tamen hoc non habere locum, si pro forma desideretur iuramentum proprium, per istum tex. qua de re Dd. [d] alibi, & Felinus hîc plura annotant, quæ huc facile possent congeri.

a. c. quod non est licitũ. de reg. iu. in 6. Feli. latè s̃. c. querelam. ad fi. j. de iure. And. Sicu. in rub. s̃. de fer. Ias. in l. principalibus. ff. si cer. pet.

b. l. testium. C. de testib. & ibi Dd.

c. tex. et ibi Io. And. c. si de iur. cal. in 6. c. procurator. de elec. in 6.

d. adde Bar. in l. qui bona. §. qui aliena. ff. de dam. infec. vide de hoc latè Domi. in c. vt circa. §. pen. de elect. in 6.

c Tolerabilius) † Obseruandum hinc est, quoties de im- 5.
pedimento à canonibus inducto agitur, in dubio pro matrimo-
nio iudicandum esse, cùm ferè omnes gradus sint introducti le-
ge humana [e] & pauci lege diuina. † Ex quo consequitur, Pa- 6.
nor. teste, si casu quopiam allegatetur impedimentum, iuris
diuini, & probationes vtriusque partis essent æquales, feren-
dam esse sententiam absolutoriam pro reo, siue contendat sepa-
randum esse matrimonium, siue non separandum: cessat enim
fauor matrimonij, ex quo concurrit secundum impedimentum
iuris diuini, sicque cessat causa, ob quam in tex. nostro præpon-
deret matrimonij fauor, quia secum concurrit ius positiuum
debilius [f] quod est notandum.

Hinc sumpta occasione examinant interpretes, † an & 7.
quando testes singulares, qui non habent concordem testem in
suis dictis, probent? Et pro regula traditur, testes singulares
non probare [g]. Aetiologia est, secundum [h] Baldum, quia ibi non
est numerus contestium, tantumq; probant multi singulares,
quantum vnus. † Debent enim testes esse concordes in facto & 8.
iure: vnde si peto decem, & vnus testis dicit, te illa mihi debere
ex causa mutui, alius dicit, te illud debitũ confessum fuisse: licet
isti concordent in iure, quia dicunt obligationẽ esse, tamen dis-
cordant in facto, [i] & sunt singulares, nec quicq̃ probant. Et ideò
alibi voluit Baldus, [k] si actor cumularit in libello confessionẽ &
numerationem, & per vnum testem ꝓbarit confessionem, per a-
lium numerationem, tales testes non probare, tanquã [l] singula-
res. Est enim manifesta singularitas, cùm vnus de visu, alter de
auditu testificatur, sicq; & in sensu, & in sensato differunt. † Li- 9.
mitantur tamen prædicta aliquoties. Primùm: Si testes non sint
adeò singulares, vt discordent in vnum rei finem, sed veniant in
eundem finẽ per diuersa media, seu diuersas coniecturas, sibi in-
uicem patrocinantes: puta vnus testificatur de veritate, alter de
confessione actus: tunc quia vnum adminiculatur alteri, putat a-
libi [m] Baldus, iuramentũ suppletoriũ ꝓbationis [n] deferri posse.
† Est enim duplex singularitas, [o] quædam obstatiua, & hæc in- 10.
fringit testimoniũ: alia adminiculatiua, vt si vnus testis de verita-
te, & alij duo de fama deponant, & hæc coadiuuat testimonium.
Sic alibi quoq; [p] Baldus, singularitas, inquit, quandoq; est cum
contrarietate, vt q̃a vnꝰ testis contradicit multis, quandoq; cum
actuũ diuersitate, vt quia vnus de illo contractu, aliꝰ de alio testi-
ficatur: quandoq; est singularitas, & tamen dictũ vniꝰ coadiuuat
dictũ alteriꝰ, vt quia vnus confessionem, alter verã numerationẽ
ꝓbet: Sicut etiã scriptura priuata cõfessionis, & adminiculũ vniꝰ
testis veram numerationem asserentis connectuntur. † Et 11.
hoc tertio casu, vnius testis asseueratio, non facit vacillare testi-
monium alterius, sed inuicem adminiculantur: quia vtrumque
potest esse verum. Quando verò propter singularitatem
testium

e. de quibus per gl. in c. literas. in verbo. dispensare ĩ. de rest. spol.
f. et ita limitandum videtur. c. fin. ĵ. de re iudi.
g. c. licet causam. ĩ. de probat. c. cùm dilecti. ad fi ĩ. de accu. l. ob carmen. in fi de test.
h. in l. iurisiu. C. de testi.
i Rutr. hic. Spe. de teste. §. 1. vers. sed pone ego Paul. de Leaza. in dispu. incip. contra instrumentũ debiti. in 6. col.
k. in l. si ex cautione. vers. 12. quæritur C. de non nu. pe.
l. per c. cum dilectq. ĵ. de suc. ab int.
m. Bald. in rub. de contro. inuest. post prin.
n. iuxta c. dilectq. ĵ. de suc. ab intest.
o. Feli. hic. col. 3.
p. in c. licet causam in 6. col. ĩ. de proba.

12. testium vacillat depositio, ibi singularitas [q] omninò viciat. † Se-
cundò cessant prædicta locum habere, in testib⁹ productis ad do-
cendum aliquid, quod continuationem habet, & perseueratio-
nem temporis, actuumq́; diuersitatem, vel multiplicationem, si-
ue sit totum vnum, siue habeat actus & partes distantes ac sepa-
ratas, quia tum singularitas testium non obest. Quare si testes
respectu eiusdẽ finis consentiant, licet in tempore & in actibus
discordent, testimonium valet: quia varietas temporis & actuum
non diuersificant id, de quo substantialiter & probabiliter quæ-
13. ritur. † Exempli gratia: vt si testes ad probandam iurisdictio-
nem vel seruitutem aliquam producantur, & vnus de vno actu,
alter de alio testificetur, probant. Vnde [r] *Baldus, licet*, inquit,
*in probandis specificis actibus iurisdictionis testes sint singulares, tamen
si sint contestes in actu præambulo, vt quia asstruant iudicem sedisse pro
tribunali, iam probata censetur quasi possessio iurisdictionis, cum illi
14. actus descendant ex eodem fonte.* † Sic etiam, si inter testes produ-
ctos ad probandam possessionem decimandi, vnus dicat, se vi-
disse Titium colligere grana, alius dicat de hordeo, probant. Si
tamen locus vel tempus sit de substantia [f], secus esset. Huius se-
cundæ limitationis duas declarationes vide hic apud Feli. ex quo
hæc desumpta sunt.

15. † Ego prætermissis omnibus, in hoc puncto singularitatis
testium breuiter sic statuo dicendum esse. Testimonium eo-
rum, qui in suis depositionibus singulares sunt, nec concordem
testem habent, iure tam diuino, quàm humano [t] improbari,
adeo quidem, vt si testium singularitas in actibus non iterabi-
libus (vtpote homicidio, vnius eiusdemque personæ respectu,
vel matrimonio duarum certarum personarum intuitu) ex loci
temporisúe contrarietate emergat, testimonij ipsorum fidem pe-
nitus tollat. Idem quoque est, si in actibus iterabilibus, (vt-
puta mutuo, alijsq́ue contractibus,) loci, temporis, factiúe di-
uersitas oriatur: istis namque casibus, testes singulares nihil pro-
bare, vocemque vnius, vocem nullius esse, Doctores [u] omnes
16. sine controuersia censuere. † Cæterùm in actibus iterabili-
bus, si testium singularitas non ex loci, temporis, factiúe diuer-
sitate, sed ex duorum super eodem actu testificantium, testimo-
nijs aliquantulum inter se differentibus, ad eundem tamen fi-
nem, (licet per diuersas vias) tendentib. nascatur, vtrumque i-
psorum testimonium semiplenam fidem in sui facti probatione
faciet: quia hoc casu testimonium vnius, testimonij alterius fi-
dem non debilitat, sed eidem potius adminiculum adfert. Vt
id tamen, super quo prolata, plenè probet, suprascripta duo
testimonia vnà coniungi non possunt, nisi fortè idipsum vel
temporis continuationem, vel actuum, lociúe multiplicatio-
nem in se complecteretur: qualis est, quasipossessio iuris, ser-

Y 3 uitutum,

q. vide etiam Bal. in c. 1. §. si instrumentũ. in 2. de not. feu.

r. vide Bal. in l. 1. quæst. 8. C. de testib. per tex. opt. in l. quæ sentiam. C. de pœnis. ibi in vnum conspir.

f. vt per Inno. in c. qualiter. 2. ʃ. de accus. & vide ibi omninò Maria. Soci. post Inno. et Butr. vbi præ cæteris materiam singularitatis optimè inuenies declaratam.

t. l. iurisiu. C. de testi. c. veniẽs. 1. c. cum à nobis. ʃ. eo. c. bonæ memoriæ. 1. vers. cõtra c. cùm dilectq. vers. nos verò. circa fi. ʃ. de elec.

u. in d. c. bona. & locis ʃ. alleg.

uitutum, iuris decimandi, iurisdictio: isto namq; casu etsi testes aut in loci, vel temporis circumstantijs, aut in facti diuersitate dissentiant, quia tamen finis intuitu concordant eorundẽ testimonia ad id, de quo agitur, plenè probandum coniungentur: atque ita saniori Dd. sententia receptum est.

x. hic. et in d. c. bonæ circa glo. vbi per Dd. latius.

HONORIVS III. PRAEPOSITO sancti Molisij Firma. Diœce.

CAPVT XLVIII.

PEr tuas nobis literas intimasti, quòd cùm causa, quæ super quibusdam terris vertitur inter canonicos sancti Petri ex vna parte, & G. sancti Simonis ex altera, tibi fuisset ab apostolica sede commissa, dictus G. tribus mensibus post testium publicationem elapsis testes suos interrogari postulat iteratò: & infrà. Nos igitur respondemus, illum non esse super hoc de cætero audiendum, nisi forsan à principio illos interrogari super certis capitulis postulasset, idque malitiosè vel negligenter fuerit prætermissum.

Summæ rerum.

1. *Testes possunt post publicationem interrogari super articulis, de quibus vel incuria, vel dolo examinatoris non sunt rogati: & nu. 6.*
2. *Regula est, quòd post cognita testimonia non liceat testes repetere, super eisdem articulis.*
3. *Exceptiones ad prædictam regulam: & nu. 9. & 10.*
4. *Post cognita testimonia licet super interrogatorijs repetere testes, si non sint desuper examinati.*
5. *Interrogatoria superflua à iudice reijci debent.*
7. *Si producens testes non exhibuerit articulos, & imperfecta sit examinatio, an adhuc repetitioni testium sit locus.*
8. *Fallit aliquot casib. huius cap. decisio.*
11. *Testes qui propter interrogatoria prætermissa repetuntur, an denuò iurare teneantur: & nu. 12.*

13. Distin-

13. *Distinctio, quando testes repetiti rursus iurare debeant v... ncn.*
14. *Et quid hodie obseruetur.*

1. Elegans est hoc cap. docens, † testes etiam post publi-
cationem attestationum interrogari posse, super articulis, de
quibus vel incuria, vel dolo iudicis examinati non fuerunt:
sicque casum specialem complectitur, in quo etiam post aperta
2. testimonia eosdem testes repetere licet. † Regulariter verò,
postquam cognitæ sunt testificationes, testes super eisdem arti-
culis repeti vetantur [a], quia sicut propter timorem subornatio-
nis novi testes prohibentur produci, ita & antiqui repeti. Hæc
3. tamen regula multoties non habet locum. † Primò, si dolo
vel negligentia iudicis omissa fuisset examinatio super articulis
à producente exhibitis [b]: & talis malitia vel incuria in dubio
4. præsumitur [c], † habetque istud locum & in interrogationibus
litigatorum, aduersus quos testes producuntur. Nam si vel
negligentia, vel calumnia super istis non quærantur testes, pos-
sunt denuò interrogari, desuper etiam post publicationem [d].
5. † Si tamen superuacaneum quid fuerit in exhibitis interroga-
torijs, poterit, atque adeò debet iudex ea reijcere, cùm aduer-
6. sario non detur copia ante publicationem. † Procedit au-
tem hæc exceptio non solùm, quando iudex omisit interro-
gare testes, super ipsis capitulis à producente exhibitis, verùm
etiam si de substantialibus ad ipsa capitula connexis, quamuis
simpliciter formata, non interrogauerit, secundum Inno.
hic, quem reliqui sequuntur: vt si in articulis deducta esset
talis præscriptio, quæ requireret titulum: quia si testes non fu-
erunt à iudice interrogati de titulo, repeti poterunt post eorum
dicta, nec tali specie quicquam testibus imputandum est, cùm
horum officij non sit, de omnibus, præsertim in iure consisten-
tibus, cogitare. Et si obijciatur, sic iudicem supplere de facto,
ad vtilitatem priuatam [e]: Respondet idem Inno. quod hoc non
sit supplere in facto, sed in iure, cum illa connexa includantur
in præscriptionis capitulo, ad quam probandam aduersarius
fuit admissus: quæ verba commendant & multùm ponderant
hic Dd. Si autem iudex scienter omiserit testes, de alijs circum-
stantijs interrogare, quæ non respiciant motæ controuersiæ
substantiam [f], non possunt petere quasi iure suo litigatores, vt
denuò examinentur, licet iudex ex officio (si ita illi sederit) hoc
7. facere possit, † Sed quid si nulli exhibiti sint articuli ab eo,
qui testes induxit? Et siquidē iudex super petitione actoris im-
perfectè examinauit testes, locus erit huic repetitioni testium,
ob id certe, ne dolus vel negligentia iudicis parti noceat. Vsus
enim articulorum non est necessarius, sed consuetudine solùm
8. introductus, quia super petitione testes induci possunt [g]. † Ex-
cipe tamen duos vel tres casus, in quibus omisso examine certo-
rum articulorum non potest per repetitionem testium petere.

a. propter rationem de qua in gl. 1. hic.

b. vt hic in texto.

c. Spec. de teste. §. nunc videndum. in fi. Butr. et Imo. hic.

d. Abb. Feli. & Dd. hic. Ioan. And. in c. præsentium. in fi. de testi. li. 6. Bar. auth. at qui semel. nu. 36. C. de proba.

e. contra l. 3. §. hoc autem. de dam. infe.

f. quales sunt circū-stantiæ positæ. in c. cùm causam. ȓ. eo.

g. arg. c. in nostra. ȓ. de procur.

x. hic. et in d. c. bonæ circa glo. vbi per Dd. latius.

uitutum, iuris decimandi, iurisdictio: isto namq; casu etsi testes aut in loci, vel temporis circumstantijs, aut in facti diuersitate dissentiant, quia tamen finis intuitu concordant eorundē testimonia ad id, de quo agitur, plenè probandum coniungentur: atque ita saniori Dd. sententia receptum est.

HONORIVS III. PRAEPOSITO sancti Molisij Firma. Diœce.

CAPVT XLVIII.

Per tuas nobis literas intimasti, quòd cùm causa, quæ super quibusdam terris vertitur inter canonicos sancti Petri ex vna parte, & G. sancti Simonis ex altera, tibi fuisset ab apostolica sede commissa, dictus G. tribus mensibus post testium publicationem elapsis testes suos interrogari postulat iteratò: & infrà. Nos igitur respondemus, illum non esse super hoc de cætero audiendum, nisi forsan à principio illos interrogari super certis capitulis postulasset, idque malitiosè vel negligenter fuerit prætermissum.

Summæ rerum.

1. *Testes possunt post publicationem interrogari super articulis, de quibus vel incuria, vel dolo examinatoris non sunt rogati: & nu. 6.*
2. *Regula est, quòd post cognita testimonia non liceat testes repetere, super eisdem aticulis.*
3. *Exceptiones ad prædictam regulam: & nu. 9. & 10.*
4. *Post cognita testimonia licet super interrogatorijs repetere testes, si non sint desuper examinati.*
5. *Interrogatoria superflua à iudice reijci debent.*
7. *Si producens testes non exhibuerit articulos, & imperfecta sit examinatio, an adhuc repetitioni testium sit locus.*
8. *Fallit aliquot casib. huius cap. decisio.*
11. *Testes qui propter interrogatoria prætermissa repetuntur, an denuò iurare teneantur; & nu. 12.*

13. Distin-

13. *Distinctio, quando testes repetiti rursus iurare debeant v.. ncn.*
14. *Et quid hodie obseruetur.*

1. Elegans est hoc cap. docens, † testes etiam post publi-
cationem attestationum interrogari posse, super articulis, de
quibus vel incuria, vel dolo iudicis examinati non fuerunt:
sicque casum specialem complectitur, in quo etiam post aperta
2. testimonia eosdem testes repetere licet. † Regulariter verò,
postquam cognitæ sunt testificationes, testes super eisdem arti-
culis repeti vetantur [a], quia sicut propter timorem subornatio-
nis novi testes prohibentur produci, ita & antiqui repeti. Hæc
3. tamen regula multoties non habet locum. † Primò, si dolo
vel negligentia iudicis omissa fuisset examinatio super articulis
à producente exhibitis [b]: & talis malitia vel incuria in dubio
4. præsumitur [c], † habetque istud locum & in interrogationibus
litigatorum, aduersus quos testes producuntur. Nam si vel
negligentia, vel calumnia super istis non quærantur testes, pos-
sunt denuò interrogari, desuper etiam post publicationem [d].
5. † Si tamen superuacaneum quid fuerit in exhibitis interroga-
torijs, poterit, atque adeò debet iudex ea reijcere, cùm aduer-
6. sario non detur copia ante publicationem. † Procedit au-
tem hæc exceptio non solùm, quando iudex omisit interro-
gare testes, super ipsis capitulis à producente exhibitis, verùm
etiam si de substantialibus ad ipsa capitula connexis, quamuis
simpliciter formata, non interrogauerit, secundum Inno.
hic, quem reliqui sequuntur: vt si in articulis deducta esset
talis præscriptio, quæ requireret titulum: quia si testes non fu-
erunt à iudice interrogati de titulo, repeti poterunt post eorum
dicta, nec tali specie quicquam testibus imputandum est, cùm
horum officij non sit, de omnibus, præsertim in iure consisten-
tibus, cogitare. Et si obijciatur, sic iudicem supplere de facto,
ad vtilitatem priuatam [e]: Respondet idem Inno. quod hoc non
sit supplere in facto, sed in iure, cum illa connexa includantur,
in præscriptionis capitulo, ad quam probandam aduersarius
fuit admissus: quæ verba commendant & multùm ponderant
hic Dd. Si autem iudex scienter omiserit testes, de alijs circum-
stantijs interrogare, quæ non respiciant motæ controuersiæ
substantiam [f], non possunt petere quasi iure suo litigatores, vt
denuò examinentur, licet iudex ex officio (si ita illi sederit) hoc
7. facere possit. † Sed quid si nulli exhibiti sint articuli ab eo,
qui testes induxit? Et si quidē iudex super petitione actoris im-
perfectè examinauit testes, locus erit huic repetitioni testium,
ob id certe, ne dolus vel negligentia iudicis parti noceat. Vsus
enim articulorum non est necessarius, sed consuetudine solùm
8. introductus, quia super petitione testes induci possunt [g]. † Ex-
cipe tamen duos vel tres casus, in quibus omisso examine certo-
rum articulorum non potest per repetitionem testium petere.

a. propter rationem de qua in gl. 1. hic.
b. vt hic in textu.
c. Spec. de teste. §. nunc videndum. in fi. Butr. et Imo. hic.
d. Abb. Feli. & Dd. hic. Ioan. And. in c. præsentium. in fi. de testi. li. 6. Bar. auth. at qui semel. nu. 36. C. de proba.
e. contra l. 3. §. hoc autem. de dam. infe.
f. quales sunt circūstantiæ positæ. in c. cum causam. ē. eo.
g. arg. c. in nostra. ē. de procur.

 Primus

Pri.. us, quando iudex à principio discussis & expensis capitulis
& interrogationibus [h] aliquam ex ipsis palàm resecauit, partibus
intra decendium non contradicentibus, quia præclusa est eis
via petendi restitutionem super resecatis, quæ velut interlocu-
toria dicto tempore transiuit in rem iudicatam [i]. Secundus,
quando non facta resecatione expressa, iudex pro se quædam su-
perflua, captiosa, vel impertinentia omisit, quia cessat negli-
gentia & dolus, cùm super impertinentibus non sint examinan-
di testes, nec possit ea iudex admittere, [k] sed si iniustè omisit,
procedit exceptio. Tertius, quando conclusum esset in cau-
sa, quia non potest fieri dicta repetitio, licet iudex omiserit di-
ligenter examinare [l]. Et hactenus quidem de prima exceptio-
ne. Deinde non habet locum regula suprà tradita, † si iudex 9.
ex officio testem interrogare post publicationem velit, vt se de-
claret, quia fortè obscura dixit, [m] hoc ei licet, sed hoc petere
quasi iure suo litigatoribus non [n] conceditur, nec hoc casu testis
iteratò iurare obnoxius est, sed priori eius iuramento statur [o].
† Idem si attestationes primæ vel essent nullæ vel deperditæ [p], 10.
vel receptæ in iudicio summario [q], aut inter alias personas, quia
sicut non obstat sententia, ita nec publicatio [r]. Cæterùm cir-
ca hoc quod suprà diximus, testes, qui omissis interrogatorijs
iurati deposuerunt, denuò super illis examinari posse, † dubi- 11.
tari quoque solet, an eo casu rursus iurare teneantur? Quam-
uis enim verum sit, testem, qui ideò solùm, vt prius dicta decla-
ret, repetitur, denuò iurare non debere, vt [s] Bartolus & [t] Bald.
alibi docet: tamẽ contrà etiã hoc cõmuniter obtinuit, quòd vbi-
cunque testes ad alium finem, quàm declarationis gratia repe-
tuntur, tum iterum iurati deponere sint obnoxij, etiamsi eius
rei nomine saltem examinandi essent, de qua prius iurati depo-
suerant, quemadmodum [u] Baldus, [x] Alexander, & [y] Felinus
voluere. † Ex quo videri posset, etiam testes, qui super in- 12.
terrogatorijs iterum examinantur, denuò præstare iuramentũ
debere, cùm non tam, vt declarent ea, quæ prius dixerunt, re-
petantur, quàm vt super interrogatorijs, quæ plerunque præ-
ter contenta in articulis multa noua addunt, deponant. † Ve- 13.
rùm respondendum est, prædictam Baldi doctrinam non ita ge-
neraliter procedere, sed tum solùm locum habere, quando su-
per articulis nouis sub iuramento prius præstito non compre-
hensis testes repetuntur. Quando verò iuramentum prius ge-
neraliter super tota causa præstitum eosdem articulos suo am-
bitu complectitur, tum testes denuò iurare non tenentur, sed
satis est, eos vigore iuramenti antea præstiti deponere: Et ita
hanc doctrinam [z] Panormi. suprà declarat, inde concludens, si
testis prius iurasset super tota causa dicere veritatem, & tantùm
fuisset interrogatus super quibusdam, ac ob id reproducendus
esset super alijs ad causam spectantibus, eum non posse ad iu-
randum denuò cogi; quoniam (inquit) iuramentum debet esse
necessari-

h. iuxta practicam gl. in verbo. interrogatoria. c. 2. de testi. in 6.
i. c. quoad consultationem. ſ. de re iud. c. cessante. de app.
k. Bald. hic. per tex. sing. in l. si duo patroni. §. idem Iulianus. de iure.
l. Bald. l. quod si. nolit. §. si venditori. de ædil. ed.
m. Bar. in. l 4. §. hoc autẽ inter. de dam. infe. in 3. q.
n. arg. l. repeti. ff. de quæstio. l. vbicunque de inter. act.
o. Bar. in l. hæredes. palã. §. si quis post. in fi. de testa. Bal. auth. sed hodie. C. de iur. cal. et l. fin. ad fi. C. de testib.
p. per id quod no. gl. fi. c. cum causam. ſ. eo. et per regulam non præstat. de reg. iu. in 6. c. fi. ſ. de probat.
q. c. veniens. 2. c. cùm in tua ſ. eo.
r. per no. c. causam 1. ſ. eo. iunctis his, quæ habentur in c. iurauit ſ. de probat.
s. in c. hæredes palam. §. si quid post. nu. 7. ff. de testa.
t. in auth. hoc sacramentum. C. de iura. calum. & sequitur Roma. consil. 482.
u. ita Bald. in l. fin. per illum tex. C. de testib.
x. Alex. in l. qui bona §. si quis stipulatus. in fi. ff. de dã. infe.
y. Felin. hic in fi.
z. in c. fraternitatis. nu. 1. ſ. eo.

necessarium, non autem [a] superfluum. Et hanc eandem distinctionem sequitur etiam [b] Felinus: vt proinde vis omnis in eo sit, an iusiurandum super certo articulo, separato ab eo, cuius nomine repetitio fieri debet, an verò super tota causa præstitum
14. fuerit. † Cum autem hodiè communiter testes iurent, se super tota causa veritatem dicturos, consequitur, etiamsi postea propter omissa interrogatoria repetantur, eos non amplius ad iurandum cogendos esse, sed satis esse, vt mediante iureiurando prius præstito repetantur.

a c. etsi Christus. §. de iureiur.
b. In d. c. frater, nitatis. in 2. not.

IDEM VELL. OLETI ET SACRAmeniæ abbatibus Palentiæ & Segobien. diœces.

CAPVT XLIX.

Licet dilectus f. n. L. tituli sanctæ crucis presbyter cardinalis, quem procuratoribus Burgen. episcopi & clericorum sanctæ Mariæ de Castroforet, dedimus auditorē, ea quæ procuratores ipsi proponere voluerunt, audierit diligenter: quia tamen procurator dicti episcopi, contra personas testium productorum in principali adhuc se velle dicere proponebat: & infrà. Mandamus quatenus recipiatis testes, quos contra personas productorum super principali negotio partes duxerint producendos: quos si rursus pars altera, vel vtraq; voluerit reprobare, contra illos probationes admittere procuretis, ita quòd vltrà non liceat partibus ad reprobationē testium adspirare: ne si producendi quartos contra tertios, & sic deinceps, partibus licentia tribuatur, negotium diutius protelari contingat.

Summæ rerum.

1. *Post publicationem attestationum testes reprobatorios admitti: & cur dicantur reprobatorij.*
2. *Idq; tam contra personas, quàm dicta testium fieri posse.*
3. *De testibus reprobatorijs reprobatoriorum.*

4. Regula

4. *Regula est, quòd testes probatorios, eorundemq́; reprobatorios reprobare liceat, reprobatorios autem reprobatoriorum non liceat.*

5. *Exceptiones ad prædictam regulam: & nu. 6.*

Singularis est huius cap. dispositio, quæ alibi in iure expressè definita non reperitur, † nempe, quòd post testimoniorum publicationem testes reprobatorij admittantur, qui sic vocantur, quia produci soleant ad reprobandos testes productos, aut eorum testimonia. Quamuis enim [a] plerique voluerint, hoc non concedi, si de reprobandis dictis testium agatur, propterea, quòd textus hic de reprobatione personarum loquitur: † contrarium tamen verius est, dispositionem hanc indistinctè procedere, siue quis personas, siue dicta priorum testium reprobare [b] contendat. Ratio enim, quæ in fine cap. nostri adtexitur, vtrumque casum comprehendit, licet in facti ipsius specie, quod hic refertur, aduersus personam tantùm disputatum fuerit. Porrò sicut hoc ab aduersario conuento excipiendo, ita idem ab actore replicando fieri potest: † et tunc vulgò dicuntur reprobatorij reprobatoriorum. Tam magno studio legislatores curarunt, vt veritas ad amussim ostendi in iudicijs posset, nulloque subterfugio confunderetur: pro regula ergo statuitur, † Quod testes probatorios, & eorundem reprobatorios reprobare liceat: reprobatorios autem reprobatoriorum non liceat: idque propterea, ne processus in infinitum protendatur, & quia hæc reprobatio, tanquam odiosa, meritò restringenda [c] fuit. Et computatur hęc triplex productio, siue actor & reus vtrinque probatorios testes in principali negotio simul induxerint, quo casu seruatur æqualitas, inter vtrumque, siue etiam solus actor, primò produxerit. Quod si aduersarius conuentus reprobatorios producat, eosdemq́ue actor deinde reprobet, non admittetur reus conuentus ad vlteriorem reprobationem. Nec potest inæqualitas hinc vlla colligi, quasi ex illis tribus productionibus vna tantùm reo conuento, & duæ actori competant: tum quia conuentus sibi imputare debet, cur suos probatorios testes non induxerit, tum quia si ipse reus solus in exceptione testes produxisset, idem in actore obtineret, testes illius exceptionis impugnare [d] volente. † Quod autem suprà diximus, reprobatorios reprobatoriorum testium non posse impugnari, verum est per testes viuos: posset tamen quis eorum dicta per instrumenta reprobare, cum prohibitus inducere alios testes, non prohibeatur instrumenta [e] proferre, secundum [f] Genimianum & Feli.

† Deinde cessat habere locum prædicta regula, si de reprobatione alicuius instrumenti ageretur, quia numerus reprobationum non incipiet computari cum ipso instrumento, quasi sit prima probatio, sed à primis reprobatorijs instrumenti: nam aduersus

Marginal numbers: 1. 2. 3. 4. 5. 6.

a. Io. And. hic.

b. Abb. Cald. Feli. hic. Host. c. ex tenore. §. eo.

c. arg. c. cùm in multis. de resc. in 6. & c. odia.

d. ita gl. hic. et Dd. clarè intelligas. quibus adde quæ habentur in c. 2. eo. tit. lib. 6.

e. c. cùm dilectus. §. de fi. instr.

f. in c. 2. de testi. lib. 6. de quo hic per Felin.

uersus illos poterit prima & secunda reprobatio g fieri. Loquitur enim textus noster de testium reprobatione: nam in instrumenti impugnatione considerabitur solùm, quando reprobationes testium contra instrumentum productorum incipiant, quasi iste casus omissus remaneat in dispositione iuris communis. Verbi gratia: Si Titius probauit per instrumentum, talē domum sibi fuisse venditam, tali die, & ego per testes probem, me venditorem eo die à loco initi contractus absfuisse, Titius verò hosce testes à me inductos reprobet, concedetur mihi hosce reprobatorios reprobare. Si tamen instrumentum aliquod non in principali, sed ad reprobandos testes pferretur, secus erit: quia tunc aduersus instrumentum solùm vna reprobatio admittetur, vt hic Feli. post Card. annotauit.

g Io. And. Butr. Abb. Imo. & Felin. hic.

IDEM PRAEPOSITO ET Magistro G. & R. Laudun. canonicis.

CAPVT L.

PRæsentata nobis Suessio. archidiac. petitio continebat, quòd cùm inter quondam R. [a] prædecessorem suum ex vna parte, & capitulum sancti Pet. Suession. ex altera: super iurisdictione quam idem archidia. se in dicta ecclesia ratione archidiaconatus habere proponebat, quæstio verteretur, tandem Cancellarium Parisien. & magistros R. Remen. & Pet. Briton. canonicos super hoc arbitros elegerunt: qui cum suscepto arbitrio adeò in negotio processissent, quòd productis testibus & depositionibus publicatis, receptisque allegationibus vtrorumque, & actis omnibus redactis in scriptis, sigiliorum suorum impressione signatis, arbitrium proferre deberent, vnus ipsorum viam fuit vniuersæ [b] carnis ingressus, & alius in archiepiscopum Ebredun. assumtus, qui distat [c] per XII. dietas & amplius ab eisdem. Vnde cum prædicto R. solo minime arbitrari valente videatur

videatur arbitrium expiraſſe. Diſc. veſtræ mandamus, quatenus cauſam iuxta huiuſmodi acta fine debito terminetis: optione capitulo reſeruata, vt vel recipiant depoſitiones eorum, qui ſuperſunt productorum teſtium contra eos, vel eas [d] reſpuentes conſentiant, vt ijdem teſtes admittantur iterum, ſaluo iure, quod in vtroque caſu eidem capitulo competit, tam in perſonas teſtium, quàm in dicta.

Summæ rerum.

1. *Compromiſſum à prælato factum, de iuribus prælaturæ, obligat eius ſucceſſorem.*
2. *Limitatio cap. vlt. ſ. de arbi.*
3. *Compromiſſum ſoluitur per mortem alterius, compromittentium, vel arbitrorum: & nu. 4. item per diuturnam abſentiam: & nu. 5.*
6. *Compromiſſum finitur ex dignitate ſuperueniente in clerico, qui compromiſſum acceptauit.*
7. *Teſtimonia ab arbitrio recepta, an in illo iudicio fidem faciant.*
8. *Si is, qui teſtes coram arbitris induxit, eos denuò producere velit, ſuis expenſis id facere tenetur.*
9. *Et tum de nouo iurare tenentur teſtes.*
10. *Nec poſſunt ſe ad priora ſua teſtimonia referre.*
11. *An quæ hic de arbitris diſponuntur, habeant etiam locum in arbitratore.*
12. *Clauſula firmis manentibus actis coram talibus arbitris confectis.*
13. *Confeſſio coram arbitro facta, an deinde fidem mereatur coram iudice.*
14. *Quid de cæteris actis litis ordinatorijs.*
15. *Acta coram iudice facta, an apud arbitrum probent.*

a R. Prædeceſs.) Hinc obiter annotant interpretes: † Compromiſſum à prælato aliquo ſuper iuribus prælaturæ fa- 1.
ctum, tranſire in eius ſucceſſorem, niſi aliud expreſſè in eo cautum ſit. † Atque ita limitandum aiunt, quod [a] ſuprà ſcribitur, 2.
compromiſſum non extendi in compromittentis hæredes, ſi de ipſis non ſit nominatim [b] cautum. † Nam compromiſſum re- 3.
gulariter ſoluitur per mortem alterius [c] compromittentium: itemque per mortem alterius arbitrorum, ſi in plures [d] conſenſum ſit. Procedit autem ſupradicta limitatio, dummodò compromiſſum ſit factum autoritate ſuperioris, alias non: [e] quia eſſet per-

a. c. fin. ſ. de arbi.
b. idē habes. in l. diē proferre. § 1. l. ſed interpellatur. § ſi ab altera parte. ff. de arbi.
c. c. ex parte. de arbi. et iurib. s. alleg.
d. c. vno. de offi. deleg.
e. c. veniens. & c. de cætero et ibi Dd. s de tranſact.

esse personale, nec ipsius arbitri personam egrederetur, sed cum ea interiret.

4. b Carnis ingressus) id est, decessit siue mortuus est: † Sicq; morte vnius ex arbitris, expirauerat conmpromissum, adeò vt nec potestas pronuntiandi ad hæredem arbitri [f] transierit: licet secus sit in iudicibus, in quibus vno mortuo, surrogatur alius [g] in eius locum. Fallit tamen hoc, si in compromisso dictū esset, quòd etiam alterutrius sententia valere debeat: tum enim seruaretur compromissum [h] in superuiuente.

5. c Per XII. dietas) † Sicut enim per mortem vnius arbitrorum, ita per absentiam diuturnam expirat compromissum: vel certè, potest altera pars impunè recurrere ad iudicem ordinarium [i], compromisso non obstante. Cœterùm an iste in archiepiscopum assumtus eo solo excusetur, vt non cogatur pro-

6. nuntiare? glo. tenet quod sic. † Ex quo colligendum est, quòd dignitas superueniens in clerico, qui compromissum acceptauerat, cum liberet, [k] ne cogatur illud finire: quod fauore diuinæ maiestatis videtur inductum, quia illum iam sacris vacare oporteat, quemadmodum Bald. Imo. & Abb. hic docent, addentes non minorem rationem esse in transeunte de vita laicali ad clericalem, quàm de clericali simplici, ad episcopalem.

7. d Respuentes) † Hinc annotandum, testimonia per arbitrum recepta, in alio iudicio fidem facere, si testes è viuis excesserint: illis verò superstitibus in optione aduersarij esse, contra quem inducti sunt, an eorum depositionibus credere, vel eos denuò examinari malit, saluo tamen semper iure excipiendi, contra eorum personas & dicta: nec vlla alia testium reprobatione opus est, quàm vt aduersarius asserat, [l] se ipsorum dictis nolle fidem adhibere. Si tamen aduersarius semel elegerit, stare prioribus attestationibus, variare amplius non potest: quia post electionem res desijt esse integra, [m] nec acquiritur ius parti ad-

8. uersæ. † Ex prædictis Cardin. & post eum Panor. inferunt, eum qui testes coram arbitris induxit, si ipsos denuò producere velit, obnoxium esse, vt id suis expensis faciat. Cum enim aduersario sufficiat, priores attestationes respuisse, & consensisse, vt iterum admittantur, altera parte eos iteratò examinari postu-

9. lante: conueniens est, [n] id eius sumptibus fieri. † Et tali casu si de nouo repetantur testes, omninò necesse est, ipsos denuò iusiurandum præstare de veritate dicenda, tum quia in priori iuramento, de ista noua depositione non cogitarunt, tum quia alia nunc instantia est, & coram alio iudice, tum deniq; quia ex varietate temporis mutari solent conditiones [o] hominum: idque

10. apud omnes in confesso est. † Cœterùm tales testes iterum repetiti, non poterunt deponendo sese ad testimonia prius coram arbitris dicta referre, puta quia asserant, se idem nunc testificari, quod alias coram tali arbitro iurato dixerint, aliàs enim elu-

Z soria es-

f. vt hic. & d. l. non distinguemus. §. compromisso. & l. arbiter. eo. tit. cum simil.

g. l. mortuo. l. proponebatur. ff. de iudi. l. placuit. C. eo.

h. l. sed ita ff. de arbi.

i. vt per Host. Feli. & alios hic.

k. per l. non distinguemus. §. sacerdotio. de arbi.

l. ita hic. et l. fin. vnde hoc c. est sumtum. C. de testib.

m. c. si tibi. de præben. in 6. fa. regula mutari. de reg. iu. in 6. Feli. hic nu. 3.

n. 4 q. 4. §. venturus. in c. non postulasti. c. statutum. §. pē. de rescri. in 6.

o. l. 3. §. duæ causæ. ff. ad Carb.

soria esset, p nostri cap. dispositio, ac indistinctè attestationibus coram arbitro receptis staretur, ut rectè q Baldus aduersus r Bartolum asseuerat. Si tamen repetiti testes dilationem petant ad deliberandum, quid prius attestati sint, ea illis non est deneganda, ne occasio detur inducendi contrarietatem: quia labilis est memoria, etiã grauiũ & integrorũ hominũ, nisi suspecti essent testes, tùm enim non debet illis concedi dilatio, ad suam malitiam instruendam [s]. † Sed an, quæ de arbitris dicta sunt, cadem in arbitratore locum sibi vendicent? Et ea in arbitratore non habere locum, crebrius obtinuit. Cùm enim coram arbitratore non sit iudicium, testes ab ijs recepti non censentur, ex forma iudicij suscepti esse, perindeq; est, ac si coram alijs honestis personis iurisdictione carentibus testimonium dixissent, quo casu eorum testimonia fidem non facere,[t] indubitatum est. Quæ omnia limitantur procedere, tam in arbitro, quàm in arbitratore, nisi aliud inter partes conuentum sit. Nam ex consensu partium, vel etiam beneficio Principis seu Pontificis fieri potest, vt acta coram arbitro ad aliam instantiam prodesse, ac valere, vel non valere possint [u]. † Ex quo inoleuit hæc clausula (*firmis manentibus actis, coram huiusmodi arbitris confectis*) quæ in compromissis hodiè communiter poni solet. † Sed quid de confessione coram arbitro facta, an fidem coram iudice mereatur? quod [x] Speculator simpliciter affirmat: Sed [y] Io. Andr. & Butr. hic eam valere solùm putant, tanquam confessionem extraiudicialem, non vt iudicialem: in quo ego subsisto, cùm tex. alibi [z] non faciat differentiam inter acta & confessionem. Quanquam quod adhoc propositum attinet, parui momenti sit, huiusmodi discrimen constituere, cùm vtraque tam iudicialis, quàm extraiudicialis confessio, præsente aduersario facta, probet, [a] eo verò absente, neutro casu valeat. † Cætera autem acta litis ordinatoria, qualis est libelli oblatio, & litis contestatio, facta coram arbitro, peremta instantia similiter pereunt, adeò vt non faciant fidem coram iudice, nisi quò ad effectus iam consummatos ac confirmatos per huiusmodi acta, qualis est interruptio præscriptionis, [b] quæ probat etiã coram iudice. † Quæri porrò solet, quid conuerso casu, num acta coram iudice facta, apud arbitrum plenè probent? Et communiter traditum est, ea integram fidem facere: circa testium tamen dicta differentia constitui solet, vtrùm publicata fuerint, an minus: vt priori casu probent, altero non probent coram arbitro, [c] nec coram alio tribunali: qua in re, quæ mea sit sententia [d] alibi annotaui, vt non opus sit hic repetere.

11. (margin, at "Sed an, quæ de arbitris")
12. (margin, at "Ex quo inoleuit")
13. (margin, at "Sed quid de confessione")
14. (margin, at "Cætera autem acta")
15. (margin, at "Quæri porrò solet")

Marginal notes: p d. l. fin. C. eo. q. in d. l. fin. r. in l. legata inutiliter. de leg. 1. et l. eos. de fal. s. Bald. in d. l. fin. t. vt no. in l. 3. §. Sabino. ff. de test. u. per tex. bic. et d. l. fin. in pr. C. eo. & dixi de hoc in c. causam quæ: 1. s. eo. tit. x. in tit. de confes. §. dicendũ. vers. quid de confessis. pro quo est casus in l. Paulus. § fin C. de arbi. y. in addi. ad Cy. in d. l. vlt. C. hoc tit. z. in d. l. vlt. a. vt not. in l. certũ. §. sed cum ipsos. de confes. & l. fi. §. 1. de inter. act. b. per Dd. in l. fin. & Bald. in l. cum antea. C. de arbi. c. per gl. sing. in l. 3. ff. quæ in frau. cred. d. in c. causam quæ. 1. s. eo. hoc nostro tit.

*

IDEM

IDEM PENN. EPISCOPO.

CAPVT LI.

NVper nobis A. presbytero ſupplicante innotuit: vt cùm ipſe ordinem fratrum minorum [a] cauſa probationis intraſſet, [b] cuſtos ad probandum quòd idem presbyter profeſsionem feciſſet, quoſdam ordinis ſui teſtes induxit, qui depoſuerunt ſuper hoc (contradicente dicto presbytero) non iurati: & infrà. Reſpondemus, quòd [c] nullius teſtimonium quantumcunq; religioſus exiſtat (niſi iuratus depoſuerit) in alterius præiudicium debet credi.

Summæ rerum.

1. IN dubio probandi tantùm gratia præſumitur quis ingreſſus monaſterium.
2. Cuſtos eccleſiæ poteſt iudicialiter repetere ſui ordinis confratrem.
3. Nouitius poteſt etiam ſine licentia egredi monaſterium.
4. Monaſterium non dicitur poßidere fratres, niſi profeßionem fecerint.
5. Teſti non iurato, vtcunq; religioſo, non creditur.
6. Niſi iuramentum ſit illi à partibus remiſſum.

1. a [a] Cauſa probatio.) vt ſe probaret, num cooptari vellet, in ordinem fratrum minorum, & in religione perpetuò manere. † Sanè in dubio quis probandi ſaltem gratia ingreſſus eſſe monaſterium præſumitur, non vt ibi perpetuò maneat: qua de re Doctores [a] alibi diſſerunt.

a. in c. ſtatuimus. ſ. de regula. vbi videri poteſt.

2. b Cuſtos) † Hinc diſcis, quòd cuſtos eccleſiæ, & ſic prælatus fratrum minorum, poſsit verſari in iudicio, repetendo fratrem ſui ordinis: quod & in alijs prælatis reſpectu ſuorum ſubditorum [b] obtinet, ſicut & pater vendicat filium, [c] vel do-
3. minus ſeruum. † Pondera etiam obiter hunc tex. quod egrediendo monaſterium, non tenetur nouitius petere licentiam de neceſsi-

b. c. Abbates. 18. q. 2.
c. l. 1. de rei vend. ſſ. c. multos. 54. diſt. c. 1. ſ quod me. can. et c. præſens. 20. q. 3.

necessitate, sed potest exire pro libitu, necdum facta professione, nec tenetur redire, nisi probetur aduersus eum professio. † Ex quo Abb. dicit, se credere, quod monasterium non possideat, nisi per professionem, cùm liber homo non possideatur d 4.
absque causa. Itaque illam causam possidendi probari oportet: quemadmodum idem & in marito restitutionem coniugis petente e traditur.

d. l. cùm hæredes in fi. de acqui. poss.

e. c. ex parte & c. ex transmissa. de resti. spol. & ibi Dd.

c Nullius testimonio) † Nota, testi non iurato, quantumuis religiosus fuerit, non credi in alterius præiudicium, per tex. nostrum hic, qui ad hoc semper allegatur. † Nihilominus tamen partibus inuicem remittentibus iuramenta testibus, 5.
vt iurare non teneantur, ipsis creditur f etiam non iuratis: qua de re g alibi satis multa diximus, quæ huc sunt repetenda: neque enim superuacanea reiteratione opus est.

f. Iux. gl. hic verbi contradicente. & gl. l. j. § de ser.

g. in c. tuis § eod.

IDEM CORISOPITEN. ET Trecoren. episcopis.

CAPUT LII.

Venerabili f. n. episcopo & capitulo Corisopit. ac vniuersis abbatibus, apud Ciste. in generali capitulo congregatis: & infrà. Disc. vestræ mandamus, quatenus testes, quos Abbas & monachi sancti Martini Cister. ordinis super a vita & miraculis piæ memoriæ M. abbatis monasterij supradicti duxerint producendos, examinare b sigillatim curetis, cum ea diligentia, quæ solet & debet in receptione testium adhiberi.

Summæ rerum.

1. *Nemo canonizandus nisi de cuius sanctimonia vitæ, & miraculis constet.*
2. *Miraculum quid in hoc proposito significet.*
3. *Canonizare quid.*
4. *De materia Canonizationis, remissiuè.*
5. *Testes sigillatim, & secretò examinandi: & consuetudo contrarium seruans est tollenda.*
6. *De intellectu c. 2. de cau. poss. & proprie.*

a Vita

1. a Vita & mira) † Ex hisce verbis tradunt hic interpretes, neminem canonizandum esse, nisi prius de sanctimonia vitæ & miraculis illius constet. Non enim sufficit probari miracula, ad finem canonicationis obtinendæ, sed vitæ quoque probitatem doceri oportet. Quia multi non sancti faciunt miracula [a], vel vi verborum (vt consecratio eucharistiæ) vel vi parentelæ, siue cognationis, vt rex Franciæ: vel arte magica aut ex charitate ficta. Voluit autem requiri miracula, non quod sint necessaria ad beatitudinem, sed quia aliter de cuiuspiam beatitudine
2. eorum constare non possit. † Est autem miraculum secundum Bald. in hoc proposito, quando id, quod non potest fieri,
3. per naturam virtute humana, fit hominis ministerio. † Canonizare [b] vero significat aliquem secundum canones pro sancto adscribere & approbare, siue in catalogum sanctorum describe-
4. re, ac decernere. † Cæterùm materiam & solennitatem canonizationis, (quia non est huius loci) alibi à canonistis latè tractatum ipsis relinquimus. Scripsit etiam quidam Troilus Maluitius proprium tractatum, de canonizatione sancto, qui hodie extat, vbi tractat, quid sit canonizare sanctum, quis possit: quæ ad hoc desiderentur: denique quæ forma in canonizando sit obseruanda.

a. de consecra. dist. 4. c. solet. et per Dd. hic. adde gl. opt. in c. 1. co. in verbo præcipimus. de reliq. & vene. san. in 6.

b. vide Dd. post gl. in c. 1.). de reliqui. & vene. sanct.

5. b Sigillatim] † Annotandum hinc est, testes sigillatim esse examinandos, & secreto loco, vt tantò liberiores sint ad testimonium dicendum [c]. Nam testimonium habetur pro nullo, [d] quod palam coram omnibus dictum est, ob id certè, quoniam si non seorsim & sigillatim, sed simul omnes examinentur, præsumptio est, quod alter alterum instruxerit. Cum enim posterior prioris attestationē coram intelligit, facilè potest sententiam eius sequi & approbare, etiamsi de tota causa nihil sciat Quod diligenter obserua, [e] quia corruptissima consuetudi-
6. ne in nullis locis contrarium obseruatur. † Nec obloquitur quod alibi Papa rescripsit, [f] audiant allegationes pariter, & testes admittant. [illegible] enim (pariter) non determinat ibi numerum testium, sed pluralitatem causarum, quia testes simul & de po[illegible] & de proprietate test[illegible] possunt, vt dictio (pariter) referatur ad verbum *audiantur*, non ad verbum, *admittant* [g].

*

c. gl. c. quia propter In verb. secretò de elect.

d. Bald. in l. prolata. C. de sent. et inter. om. iud. et gl. 2. in c. cum causam. s. eo. & ibi Pan.

e. vide Specul. de hoc latè tractantem. in tit. de teste §. 1. vers. item quod non fuerunt sigillatim. et §. nunc tractandum in pr.

f. c. 2 s. de cau. pos. & propri.

g. Fel. hic Butr. in d c. 2. vide porrò ad hanc materiam Apostill. Panor. hic.

GREGORIVS IX.

CAPVT LIII.

CVM clamor validus contra Acheron. archiepiscopum super simonia & alijs criminibus ascendisset, Melfiten. & Ruben. episcopis dedimus in mandatis, vt super his diligenter veritatem inquirerent: & infra. Verùm quia apertis attestationibus L. & G. super simonia ita deposuere confusè, quòd ex dictis eorum non potest veritas declarari: Mandamus quatenus, examinetis eos iterum diligenter, & tam eorum quàm aliorum, quos receperitis testificata sub sigillis vestris, nobis fideliter referatis.

Summæ rerum.

1. *TEstes post cognita testimonia, si ea sint obscura, ambigua, confusa, repeti possunt, vt se declarent.*
2. *Idq; in quolibet processu locum habet.*
3. *Partes tamen hoc quasi suo iure petere non possunt: fallit vt nu. 6.*
4. *Obscura probatio quatenus contra probantem interpretanda sit.*
5. *In obscuris quatenus interpretatio facienda contra producentem.*
7. *An prosecutor inquisitionis possit repetitionem testium postulare, vel non.*

a. cle. 2. de testi. Bar. in l. per hanc. C. de tempo. app. dixi post Dd. s. in c. fraternitatis. et c. fertes. hoc tit. & eandem materiam plene examinant Bart. & alij in auth. at qui semel. C. de probat.

Tametsi trita regula est, quòd publicatis testium dictis, 1.
non debeant testes repeti, nec alij produci, [a] propter periculum subornationis: tamen si examinatorum depositiones tam sint obscuræ, ambiguæ & confusæ, vt inde colligi perspicua veritas non possit, denuo interrogandi sunt, vt se declarent, per tex. nostrum hic: † qui licet specialiter in inquisitione loqua- 2.
tur (in qua speciale esse aiunt, vt publicatio testimoniorum non attendatur, cum in ea cesset timor subornationis, ex parte producentis: (neq; enim alius ibi est aduersarius, quàm communis fama & iudex, cui semper cognita sunt dicta testium) idem tamen & in alio processu quàm inquisitionis locum habet, vt testes etiam apertis eorum testimonijs possint repeti a iudice ex officio, & interrogari de re, quam sua depositione non satis declarasse videntur, [b] si eius notitia necessaria, aut vtilis adpareat ad causæ cognitionem. Non enim in iudice de subornatione timendum est, cùm ille semper nota habeat testium dicta, etsi

b. l. vbicunq. ff. de inter. actio.

needum

3. necdum publicata sint. † Litigatores verò hoc quasi suo iure
petere non posse, Inno. & Bald. [c] tradunt: tametsi [d] Speculator
in hoc consuetudinem vtcunque à iure dissonam respiciendam
4. putet. † Non aduersatur prædictis, quod obscura probatio sit
interpretanda contra [e] producentem. Hoc enim in ea obscuri-
tate procedit, quæ duplicem intellectum recipit [f], bifariam ex-
poni potest: secus est, si obscuritas nullam congruam interpre-
5. tationem admittat, quo casu textus hic loquitur. † Rursus non
obstat, quòd [g] alibi dicitur, in obscuris interpretationem faci-
endam esse, in fauorem producentis: quoniam ibi loquitur in
6. principio causæ, [h] hic in medio. † Illud non est omittendum,
interdum etiam ad petitionem partis, post publicationem, posse
testes de nouo recipi, non quidem vt declarent priorum obscu-
ra dicta, sed vt priorem probationem ipsius producentis confir-
ment, quemadmodum Innò. hic annotauit, quem reliqui com-
mendant & sequuntur. Exempli gratia: vt si probarim per te-
stes, me quippiam hic Friburgi tali die emisse, aduersarius verò
me eo die alibi fuisse doceat, possum etiam post aperta testimo-
nia alios testes inducere ad confirmandum ac fouendum dicta
meorum testium, nempe ea die me hic præsentem fuisse [i] & e-
misse. Nam tali specie nec de subornatione testium est verendū,
propter probationem prius factam: nec enim imputari potest,
quare meam præsentiā prius non docuerim, cùm de priori mea
probatione confidere potuerim: itaque ad repetitionem testi-
um hoc casu admittendus sum, & hoc omnes commendant.

Porrò quia suprà diximus, iudicem ex officio quidem pos-
se post publicationem repetere testes, qui obscurè deposuerunt,
vt se declarent, ad alterutrius verò petitionem id eum facere non
7. teneri, cum in his timeatur [k] subornatio: † inuestigari quoque
soiet, num idem in prosequente, seu promouente inquisitionem
obtineat, quod ad eius instantiam ac postulationem testes repe-
tendi non sint? Quo in articulo hic latiss. post Inno. instant o-
mnes, & tandem cum Hostiensi frequentius ita concludunt: Si
quidem talis prosecutor est datus à iudice ad ipsam inquisitionē
prosequendā, is quia nō censetur proprie pars, sed minister iu-
dicis, neq; necesse habet vel libellum offerre, vel litem contesta-
ri, & pro arbitrio iudicis remoueri potest, ad eius petitionē ap-
tis depositionibus testes repeti non prohibentur, [l] cùm huius-
modi repetitio videatur potius iudicis officio fieri, ex cuius de-
mandatione ille inquisitionem prosequitur. Si verò non à iudi-
ce, sed vel à socijs datus est, vel ipse sponte se obtulit, ad inuesti-
gandam inquisitionē, is quia vice partis fungitur, (nam & libel-
lum offerre, litemq; contestari [m] obnoxius est) ad eius postula-
tionem non repetentur testes, post aperta eorum dicta, sicq; ces-
sabit hoc casu dispositio cap. nostri: et hanc distinctionem dili-
genter signa. Ex quibus obiter etiam discis, quando in causa
inquisitionis, litis contestatio desideretur [n], vel omitti possit.

c. hic, et in c. per tuas. s. eo.
d. in tit. de teste. §. satis vtiliter. vers. quid ergo si peto.
e. c. in præsentia. in verb. non nocebat. s. de probat.
f. vt ibi.
g. l. si quis intentionē. ff. de iudi.
h. vt not. in c. cum ad sedē. s. de resti spol.
i. arg. §. si verò in Nouel. de testib. et c. ex tenore. s. eo.
k. per gl. hic et gl. in § quia verò. in nouel. de testi. Dd. in d. c. per tuas.
l. fa. not. in c. olim j. de accusa.
m. c. cum dilectus. j. de purg. Cano. c. exhibita. s. de iudi.
n. vt hic per Abb. et Imo. asserentes sic intelligenda esse quæ notantur in c. quoniam frequenter. §. sunt & alij. s. vt li. non contest.

IDEM.

CAPVT LIIII.

a TEstimonium eius cui [b] ab aduersa parte [c] opponitur crimen, merito reprobatur in criminali causa siue ciuili, si in ipso crimine perseueret. [d] Si verò sit de crimine emendatus, & cum non comitetur infamia, non est in causa ciuili, vel etiam cùm de crimine [e] ciuiliter agitur ([f] præterquam pro reatu periurij) repellendus. In criminali autem, si in alio iudicio instituta accusatione contra ipsum, de crimine [g] conuictus extitit [h] vel confessus: [i] vel si nunc per exceptionem exinde conuincatur, [k] aut grauata sit eius opinio, pro eo quod quandoque fuit tali modo repulsus, quamuis in hoc casu non excluderetur in causa ciuili, potest à testimonio (licet egerit pœnitentiam) remoueri.

Summæ rerum.

1. *ARgumentum siue effectus huius cap.*
2. *Criminosus perseuerans in eo, à testificando repellitur tam in ciuili, quam criminali causa: & nu. 6. fallit tamen vt nu. 57.*
3. *Emendatus à crimine quatenus ad testificandum admittatur: & nu. 5.*
4. *Periurus nuquam amplius testis esse potest: & nu. 38.*
7. *De quo crimine hoc cap loquatur.*
8. *Iure ciuili testem delicti condemnatum esse oportet iure cano. sufficit nunc probari crimen.*
9. *Perseuerare in crimine quis dicatur.*
10. *Duplex perseuerantia criminis.*
11. *Sicut bonus præsumitur manere bonus: ita criminosus in eo perseuerare censetur.*
12. *Criminosus tenetur probare emendationem.*
13. *Criminis emendatio quomodo probetur.*
14. *Emendatione criminis probata, non est necesse, vt & satisfactio probetur.*

15. Sacerdos

15. *Sacerdos non admittitur ad testificandum, nisi praestito prius iuramento de veritate dicenda.*
16. *Producens testem criminosum, eum reprobare amplius non potest.*
17. *Criminosi testimonium valet, si contra ipsum non excipiatur.*
18. *Forma excipiendi contra personam testis criminosi.*
19. *Si crimen testi obijciatur, an locus & tempus exprimi debeant.*
20. *Infamis etiam emendatus, si eum sequatur infamia, repellitur à testificando.*
21. *Infamia in genere quid.*
22. *Infamia alia iuris, alia facti.*
23. *De infamia iuris, & quod ea bifariam contingat. & nu: 25. & 26.*
24. *Infamiam iuris esse duplicem: ciuilem & canonicam.*
27. *De infamia facti.*
28. *Infamia facti & aggrauatio opinionis, an inter se differant?*
29. *De qua infamia praesens cap. tex. sit intelligendum?*
30. *Ferre testimonium est munus publicum.*
31. *An tex. habeat etiam locum in infamia Iuris canonici.*
32. *An & quatenus infamia facti à testificando repellat: & nu: 34. & 36.*
33. *Infames admittuntur in criminalibus, ad testificandum cum tortura, in subsidium.*
35. *Causa ciuilis ardua comparatur criminali.*
37. *Crimina dupliciter persequimur, criminaliter, & ciuiliter.*
38. *Periurus semel, nunquam admittitur in testem.*
39. *Hoc tamen intelligendum de violante iuramentum licitum, secus si iuramentum fuisset illicitum & temerarium: & nu: 40.*
41. *Quam infamiam periurus incurrat.*
42. *Periurus iure ciuili an sit infamis.*
43. *An Papa dispensare possit cum periuro, vt testificari valeat.*
44. *Clausula, (supplentes defectum) intelligitur solùm de defectibus iuris ciuilis.*
45. *Semel conuictus criminis praecedente accusatione, non potest esse testis in criminalibus, licet emendatus sit.*
46. *Secus est in ciuilibus causis.*
47. *Attestationes factae in iudicio criminali, fidem faciunt in alio iudicio, & inter alias personas.*
48. *Excommunicatus an à testificando repellatur post absolutionem: & nu: 51.*
49. *Excommunicatio potest ferri extraiudicialiter, & sine causae cognitione.*
50. *Per excommunicationem crimen non probatur.*
52. *Confessus crimen in alio iudicio, in quo accusatus fuit, arcetur à testimonio dicendo.*
53. *Confessio in vno iudicio criminali facta, probat contra confitentem adhoc, vt à testificando repellatur.*
64. *Accusatus de crimine, si ante condemnationem soluat poenam, non fit infamis.*

55. Nec

55. *Nec repellitur à dicendo testimonio in causis ciuilibus.*
56. *Conuictus criminis per exceptionem, non potest esse testis.*
58. *Testis semel repulsus à testificando in criminali causa, amplius non admittitur: licet secus sit in ciuili.*

Celebris est huius cap. materia quotidie in iudiciarijs controuersijs obuersans. † Et vt argumentum, siue effectum to- 1.
tius contextus habeas, in eo determinatur, quando criminosus, quando item de crimine emendatus, ius dicendi testimonij
habeat. † Criminosus enim, siue crimine aliquo notatus, 2.
perseuerans in eo, repellitur à testificando tam in ciuili, quàm
criminali iudicio. † Emendato verò, tum demum testimonij 3.
dicendi officium interdicitur, quando eum infamia iuris sequitur, siue in ciuilibus causis versemur, siue in criminalibus, quę
tamen ciuiliter intendantur. † Excipitur periurus, qui nun- 4.
quam amplius ad dicendum testimonium admittitur. † Si ve- 5.
rò de crimine agatur criminaliter, emendatus indignus censetur, vt ferat testimonium, crimine aduersus ipsum probato in alio iudicio. Probatum autem censetur, si vel conuictus sit, vel confessus, vel nunc per exceptionem conuincatur de crimine, aut aliàs tanquam criminosus repulsus fuerit, ita quod grauata sit eius opinio. Nunc ad text. interpretationem accingamur.

a Testimonium) Ex hac prima cap. nostri parte, annotandũ est tale axioma: † Crimine notatus, in eoque perseuerans, 6.
repellatur à testificando, tam in pecuniarijs, quam in criminalibus [a] controuersijs. † Sed de quo crimine illud accipiendum
est? Et plerique non quoduis crimen sufficere aiunt, sed huius- 7.
modi crimen requirunt, quod à promotione repellat, nec dispensatione sit sublatum [b]: frequentior autem Doctorum turba tex. de quolibet peccato mortali intelligunt, per rationes à Panor. hic recensitas: quæ sententia recipi potest, dummodò peccatum mortale sit continuatum, secus si sit transitorium. Illud enim non tantùm aggrauat: aliàs pauci testes idonei reperirentur, cum etiam iustus septies [c] in die cadat: nec quisquam
sine crimine [d] viuat. † Item prædicta vera sunt iure canonum, 8.
quo satis est vel nunc doceri crimen [e]. † Lege verò ciuili testem 9.
prius de delicto condemnatum esse oportet, vt testimonium dicere prohibeatur. Quod autem addunt Moder. etiam secundum leges ciuiles sufficere, testem criminis conuictum [f] esse: hoc declarandum est per ea, quæ [g] alibi scribit Imo. inquiens, iura ciuilia, quæ condemnationem desiderare videntur, non procedunt in criminibus infamiam iuris inducentibus, etiam ante sententiam, vt quia cum bestijs quis pugnasset, quia tunc repellitur non secuta sententia, ex quibus liquet, quod leges ciuiles non simpliciter testes à testimonij officio remoueant, ratione cri-

a. tex. hic. & iura per gl. 1. 3. hic alleg.
b. per tex. c. inquisitionis. §. tertiæ ĩ. de accusa.
c. c. septies. de pænit. dist. 3.
d c. nisi cum pridem. de renunti.
e. c. super eo. 1. ĩ. hoc tit.
f. per gl. l. qui. iudicio. ff. de accusa.
g. in d. c. cum super.

tione criminis, sed ratione infamiæ iuris: secus secundum canones. Sic ergo in foro ciuili leges, in pontificio canones obseruabuntur: nisi essemus in terris ecclesiæ, quoniam tum in v-
9. troque foro canones sequendos [h] esse tradunt. † Porro perseuerare quis in crimine dicitur, si non egerit de eo pœnitentiam: vel egerit quidem, sed simulatam: aut postea sese eodem [i] cri-
10. mine inquinarit. † Perseuerantia enim in crimine, dupliciter capitur: Primùm, pro reatu criminis semel commissi, non secuta pœnitentia, de qua constet, vt Paulus de Leaza. hic intelligit: deinde pro continuatione actuali, sicut Panor. acci-
11. pit. † Sicut autem homo integræ vitæ præsumitur bonus, donec probetur [k] diuersum: ita rursus, qui semel fuit crimine notatus, semper præsumitur [l] malus. Quotiescunq; ergo constat, quem commisisse crimen, eius perseuerantia præsumitur.
12. † Itaque criminosus necesse habet probare pœnitentiam, ac emendationem [m], siue crimen publicum ac manifestum sit, siue occultum, testantib. Imo. & Panor. hic: vtcunque in occulto
13. Paulus de Leaza. dissentiat. † Sed quomodo docebitur criminis emendatio? Et glo. vlt. cap. nostri rectè ait, eam probari per sacerdotem, cui [n] confessus sit: sacerdos tamen non testificabitur, absque consensu confessi, [o] aliàs pœnam [p] incurret: eo autem volente potest de hoc veritatem dicere. Subdit Hosti. confessionem quidem, & pœnitentiæ impositionem à sacerdote doceri posse, satisfactionem verò seu pœnitentiam exteriorem, probandam esse per familiares, qui viderint: & si crimen sit occultum, occulta sufficit, sin manifestum, requiritur manife-
14. sta, non tamen solennis [r]. † Sed an confessione probata, oporteat & pœnitentiam peractam ostendere? Et non putarim: eo enim ipso, quod quis contritus, confessusque est, remissum censetur illi peccatum, nec dicitur in eo perseuerare amplius. Nec obstat finis cap. nostri (quod videtur innuere, necesse quoque esse, vt criminosus pœnitentiam egerit:) quoniam hoc de pœnitentia interiori, siue animi accipiendum est [s]. Quod glo. tum hic, tum alibi [t] sensisse videtur, dum ad emendationem probandam exigit duntaxat testimonium sacerdotis, qui de emendatione attestetur, quod ex actu coram se facto colligere
15. potuit, non etiam de actuali satisfactione. † Hoc quoque addendum, sacerdotem hoc casu ad dicendum testimonium non admitti, nisi prius iusiurandum præstet, de veritate dicenda, vtcunque plerique reclament: quia in testificando non gerit vicem Dei, [u] sicut in absoluendo, neque in foro pœnitentiali, sed contentioso deponit. Præterea si eum absque iuramento admitteremus, duplex singularitas concurreret: altera, quod vni testi [illegible]deretur: altera, quod non iurato, quod legibus [x] prohibitum est. [illegible] quidem de hoc axiomate dicta sufficiant.

h iuxta gl. in c. possessor. de reg. iu. l. 6.
i. de pœnit. dist. 3. in pr. & in c. sunt qui dicunt
k. l. vlt. de præsum. l. non omnis. §. in barbaris. de re mili.
l. cum pater. §. rogo. de leg 2.
l. iuxta vulg. regulam. l. quod si nolit. §. qui mancipia. ff. d. edil. ed. l. capitalium. §. solent. de pœnis. l. si enim. §. 1. de accusa.
m arg. l. 2. de proba. 1. et 2 de excep.
n. c. in capite. dist. 50. et c. si. peccauerit. in fi. 2. q. 1. c. nemo. ∫. de simo.
o. secundum Dd. in c. ipsi apostoli. 2. q. 7.
p. c. omnis ∫. de pœni. & remiss.
q. tex. & Dd. in c. significasti. ∫. de adul.
r. d. c. si peccauerit.
s. c si is qui. 23. q 4.
t. gl. in c. nuper. in non mon. iuratus. ∫. eo.
u. c. si sacerdot. de offi. ord.
x. contra l. 1. C. de promiss.

b Ab duersa) † Pars enim testem criminosum produ- 16.
cens, eum mplius reprobare non potest: quia semel eius per-
sonam elegit, & ceu idoneam ac integram probauit, y ipsum
producendo in testem.

y. iuxta gl. 1. c. præsentium. s. hoc tit. nostro. Dd. in l. si quis testibus. C. de testib.

c Opponitur cri.) † Debet enim de crimine obijci ad 17.
hoc, vt criminosus à testificando secludatur, aliàs nemine op-
ponente, valet eius testimonium, authore Anchori. licet iudex
possit notatum crimen ex officio z submouere. † Formam au- 18.
tem excipiendi contra personam testis, a alibi tradit Bartolus,
non sufficere inquiens, *si opponens dicat, testem crimine notatum, aut
infamem esse, sed exprimendum esse ac nominatim dicendum, quòd
communiter ita reputetur.* Baldus verò, Castr. & Fulg. b putant sa-
tis esse, si exceptio specificè obijciatur, nempe testem ex tali cau-
sa infamem esse, etsi non dicatur, eum vulgò pro tali haberi.
† An autem in exceptione criminis oppositi aduersus testem o- 19.
porteat deducere locum & tempus, Dd. variant c. Ego putarim,
si testi obijciatur crimen per exceptionem, addendas esse omnes
circumstantias, sicut in libello accusationis, quod & Bar. d vo-
luit: alioqui iudex non potest æstimare qualitatem infamiæ,
quam vtiq; summa prudentia colligere, ac perpendere eum o-
portet, ex bono & æquo, e adeoque non semper ex præscripto
legum.

z. fa. gl. c. quærendũ. 2. q. 7. Io. Andr. ad Spec. de teste. §. 1. vers. quid de domestico.
a. in l. 1. C. de testa. l. 2. C. de sent.
b. in d. l. 1.
c. vide Bar. in l. 1 de excep. Sali. in l. atrocem. C. de iura. Ang. l. libellore de accusa.
d. in l. 3. §. lege Iulia. de testi.
e. l. quæsitum. ff. de testi. ibi Dd.

d Si verò) Hæc est secunda huius decretalis pars: † Ex 20.
qua colligenda est sequens conclusio: Infamis quantumcunque
emendatus, si eum sequatur infamia etiam post emendationem,
à dictione testificandi arcetur. Sed de qua infamia hanc doctri-
nam accipiemus nam Dd. in hoc variant, & mirum in modum
confligantur? Quod vt eò melius studiosi iuris intelligant, velut
pro fundamento quopiam, quid & quotuplex sit infamia, pau-
cis interpellemus.

† Infamia in genere nihil aliud est, quàm imminutio status 21.
ex eo, quod contra dignitatem cuiusque ordinis, ab aliquo fa-
ctum est, orta: vnde Bart f dicit, infamiam esse statum læsæ di-
gnitatis, moribus & legibus reprobatum g. † Talis vero inmi- 22.
nutio status fit dupliciter: aut enim quis fit infamis infamia iu-
ris, aut infamia facti. † Infamia iuris alicui bifariam irroga- 23.
tur. Primò, cum quis tale quippiam designat, quod publicis
legibus turpe & famosum habetur: & quia talem infamiam in-
currimus sola vi, potestate, & authoritate legis, absq; cognitio-
ne iudicis, dicitur ea fieri ipso iure, vel ipso facto. † Hæc au- 24.
tem infamia ipso iure existens, pariter duplex est. Cùm enim
quædam crimina lege ciuili, quædam iure canonico censeantur
ignominiosa, infamia, quæ ex crimine oritur, quod leges ciuiles
detestantur, ciuilis: ea verò quæ aliquem ex delic[illegible] sequitu[illegible],
quod canones tanquam famosum damnant, canonica dicitur.
Verbi gratia: Si quis ignominiosè ab exercitu dimissus est, aut
lenocini-

f. in l. 1. C. ex quibus. cau. in fa. ten.
g. quæ definitio sumpta est ex l. cognitionum. § existimatio. ff. de extraord. cogni.

lenocinium fecit, is ipso iure infamis est infamia ciuili, quia lex
[h] tales pro infamibus habendos præcipit. Si verò quis fœnus
exerceat, ipso iure, seu facto infamia notatur canonica, quia
canones fœnerandi studium, inter crimina famosa [i] ponunt.
† Quinimò hanc infamiam canonicam ex quouis mortali pecca-
to causari, vulgò traditum est: quod quomodo accipiendum
sit, ex his, quæ suprà ad primam tex. nostri partem diximus,
25. colligi potest. † Porrò & secundò notatur quis infamia iuris,
cùm per sententiam iudicis, ordinariam vel delegatam iurisdi-
ctionem habentis, de crimine quopiam suo nomine damnatus
est. Non tamen ob quoduis crimen condemnatus fit infamis,
sed tum solùm, cùm crimen causam publici iudicij habet, aut
eius generis est, [k] vt eius condemnatio etiam in priuato iudicio
infamiam inferat. Et hoc secundum leges ciuiles: quid autem
iure pontificio obtineat, suprà diximus. Exempla verò iudi-
ciorum, tum publicorum, tum priuatorum, quibus condem-
natus infamiam incurrit, ex titu. Pandectarum, *de his qui no-*
26. *tantur infa.* [l] requirenda sunt. † Fit etiam quis infamis infamia
iuris, per quasi sententiam, vt si crimen in iudicio confiteatur,
aut ex conscientia delicti de eo transigat, [m] nisi Prætoris iussu
27. pactus fuerit. † Infamia verò facti dicitur, quando alicuius
opinio apud bonos & graues viros, grauatur ob leuiores & im-
probatos eius mores. Quare & is infamia facti notari dicitur,
cuius pudor aut per increpationem iudicis extraiudicialē one-
ratur, aut notatione parentis in testamento [o] perstringitur.
28. † Quamuis autem Card. [p] aggrauationem opinionis, tanquam
minus, differre ab infamia facti, ceu à maiori voluerit: hoc ta-
men meritò ab alijs reprehenditur: neq; enim quicquam inuicē
differunt, vt rectè Dinus [q] Anchar. Hosti. Io. Andr. & Feli. cen-
suere [r]. Et decretalis, qua Card. motus fuit, non loquitur in
aggrauatione opinionis, sed rumoris. Rumor enim bene in se
minus habet, quàm infamia seu fama: secus in opinione.
29. † His sic præcognitis, videndum modò est, de qua infamia
conclusio suprà tradita intelligenda sit. Et interpretes commu-
ni calculo eam de infamia iuris tantùm exaudiunt: hæc enim
quin repellat testem a testimonij dictione, non solùm in crimi-
30. nalib. sed etiam in ciuilibus iudicijs, extra pugnam est. † Cùm
enim ferre testimonium veritati, sit munus publicum, maximè
sanctum ac reuerendum, non nisi testes integræ famæ, & bonæ
fidei ad illud admitti debent. Est namq; fides basis ac fundamē-
tum testimonij [f]: sed infamis caret fide, cùm eius status sit dimi-
nutus ex criminibus, infamiam quandoq; ipso iure, quandoq;
per sententiam irrogantibus, iuxta ea, quæ paulò ante sunt tra-
dita. Cum autem dictum sit, infamiam iuris duplicem esse, a-
liam ciuilem, aliam canonicam, prædicta in infamia ciuili locum
31. habere, absq; omni controuersia est: † de canonica verò, quam
canonistę ex quolibet mortali peccato nasci volunt, [t] dubitari po-
test. Ego puto & hanc sufficere ad excludendum quem à iure

h. l. 1. ff. de his qui no. infa.
i. c. infames. §. porrò 3. q. 3.
k. l. infamiam. ff. de pub. iud.
l. d. l. infamiā. ff. de pub. iud.
m. in l. 1. §. qui iudicio. vsq; ad §. qui eam. ff. de infami.
n. l. athletas. in fi. et l. quoniam. cum l. seq. ff. de infam.
o. l. ob hæc. de infa. l. ea. l. verbo. l. interlocutio. C. eo.
p. per c. super eo. ī. de eo. qui cog con. v-xo. suæ.
q. in c. infamis. de reg iu. in 6.
r. hic. & est bo. tex. in c. tantis. 81. dist.
f. c. forus. de verbo. sig.
t. c. infames. 7. q. 1. & ibi gl.

dicendi teſtimonij, ſi perſeuer... ria adſit: ſublato verò peccato,
& illam ceſſare conueniens eſt [u]. † Quid autem de infamia facti 32.
dicemus? Reſpondeo: infames de facto, id eſt, leuioribus &
improbatis præditi moribus, in criminalibus iudicijs, teſtimo-
niũ dicere non poſſunt. † Quod ſi quandoq;, deficiente alia ꝓba- 33.
tione, recipiendi ſint in ſubſidium, tormentis eos ſubdi opor-
tet [x]: quemadmodũ & infames de iure admittuntur cũ tormen-
tis ad teſtificandum [y], ſi alij teſtes non poſsint haberi. † In pe- 34.
cuniarijs autem litibus, infames de facto audiuntur quidem, ſed
non adhibetur illis tanta fides, quanta reliquis teſtibꝰ [z] integris.
Fallit tamen hoc, ſi cauſa ciuilis eſſet multùm ardua, & grauis
(puta ſtatus famæ & matrimonij) tum enim penitus excluderen-
tur à teſtimonij dictione, † cùm ciuilis ardua comparetur crimi- 35.
nali [a] controuerſiæ, in qua requiruntur teſtes omni exceptione
maiores. † Sed etſi teſtis infamia facti notatus ſit multùm vilis, 36.
ea ſpecie non aliter illi credetur, [b] niſi cum tormentis. Et prædi-
cta ſententia communiter obtinuit, tametſi Card. & pleriq; Mo-
derni voluerint, tex. indiſtinctè loquentem, de omni infamia,
tam iuris quàm facti, generaliter accipiendũ, quos Feli. [c] refert.

e Ciuiliter agitur) † Crimina dupliciter perſequimur, 37.
ciuiliter & criminaliter: ciuiliter, [d] quando ad pœnam pecunia-
riam agimus nobis adiudicandam: criminaliter verò, quando de
crimine perpetrato ad vindictam, quæ publicam vtilitatem re-
ſpicit, non priuatam experimur, [e] nempe vt reus luat pœnam
in corpore, vel præſtet quid fiſco.

f Præterquam pro reatu periurij) Exceptio hîc per 38.
parentheſin interponitur, ad concluſionẽ paulò ante traditam.
† Periurus enim vtcunq; emendatus non admittitur in teſtem,
neq; in criminalibus, neq; pecuniarijs cognitionibꝰ [f]: quia talis
caret, eo quod eſt potiſs. in teſte, veritate ſcilicet, quæ in teſte
pura & ſimplex eſſe debet [g]. Itaq; violato ſemel iureiurando, quod
eſt confirmatoriũ veritatis [h], remanet ſemper ſuſpicio periurij [i],
& violato vno officio, ſemper præſumitur defectus in eôdem [k].
† Doctores hoc communiter intelligunt in violante iuramentum 39.
licitum, ſiue ſit de præſenti, præterito, vel futuro. Idem obti-
net, ſi dubitetur, num licite iuratum ſit, an minus: quia non e-
rat violandum authoritate propria [l], ſicut poſt Hoſt. Doctores
hîc omnes docent, ſolo Cardinali excepto, qui in hoc repugnat,
cum in dubio, [m] in odioſis partem mitiorem amplecti conueniat.
Sed à priori ſententia non videtur [n] recedendum. † Si vero iu- 40.
ramentum eſſet temerarium ac illicitum, eius violatio non ſeclu-
deret quem ab officio dicendi teſtimonij, [o] nec infamiam irroga-
ret. † Sed quam infamiam periurus incurrit? Et de infamia iuris 41.
canonica nullum eſt dubiũ, quin hanc incurrat, cùm ea in quo-
libet peccato mortali [p] contrahatur: de ciuili autem infamia con-
certant interpretes, propter tex. hîc, qui primò de infamia lo-
quitur, & poſtea de periuro ſubdit: ſicque innuit, periurum
non videri

u. Inno. hîc gl. in c. illi qui. 6. q. 1.
x. l. ob carmen. § ſi ea de teſti. arg. l. qui vel vltimo. ff. de pœnis.
y. vt in auth. de teſti. § ſi non ignoti.
z. Bar. Sali. & alij in l. 1. C. de ſum. tri.
a. Bart. poſt Accur. in d. l. 1.
a. c. 1. de reſti. ſpol. in 6.
b. § ſi verò. in nouel. de teſtib.
c. nu. 12. in hoc cap.
d. c. vlt. de pri. deli.
e. gl. Bar. & reliqui in l. prætor ait. in pr. de ſep. viol.
f. vt hîc in tex. et c. quicunq. 6. q. 1.
g. c. pura. 3. q. 3.
h. c. etſi Chriſtus. ꝫ. de iureiu.
i. d. c. quicunq. & c. paruuli. 22. q. 1.
k. l. ſi aliquid. C. de ſuſcep. & arca. li. 6.
l. c. venerabilem. ꝫ. de elect.
m. c. in pœnis. de reg. iur. in 6.
n. propter dictũ cap. venerabilem. iunctis not. per gl. in c. iuuenis. ꝫ. de ſponſal. et c. illud. ꝫ. de cleri. ex-com. depo.
o. c. inſinuauit. c. cõſtitutus. 2. et ibi Dd. ꝫ. eo.
p. iuxta Inno. et Imol. hîc.

non videri infamem, cùm exceptio debeat esse de regula:[q] idq;
42. Butrius hic expressè voluit. † Sanè Dd. iuris ciuilis ex æquo
omnes pro regula tradunt, eum qui iurauit, aliquid fuisse de
præterito, vel de præsenti esse, quod tamen non fuit, nec est,
(vt in teste falso) quamuis sit periurus, non tamen notari infa-
mia[r] iuris: sed si esset condemnatus de falso, infamia perstrin-
geretur, non quidem ratione periurij, sed ratione condemna-
tionis [f] de publico crimine. Non procedit tamen supradicta
regula in eo, qui iurauit in contractum, & promisit aliquid in
futurum: is enim si contraueniat, ipso iure infamis fit [t] absque
sententia, tametsi[u] Baldus sententiam requirat declaratoriam.
Et in hanc sententiam crebrius vtriusque scholæ Doctores iue-
runt, vtcunq; Card. & plerique Mod. existiment, iure cano-
nico secus esse, vt eos hic [x] Feli. refert. Quamuis autem suprà
diximus, periurum à testimonio dicendo repeili: volunt tamen
Dd. Papam dispensare posse, vt admittatur [y], nisi is haberet in-
44. habilitatem naturalem, [z] vt quia esset inimicus. † Ad quod
facit, quod aliàs tradidit Hostiensis, [a] clausulam illam *(supplentes defectum)* referri duntaxat ad defectum iuris positiui, non eti-
am iuris naturalis: quod dictum velut singulare, Abb. Imo. &
Butr. [b] exclamant.
45. g Conuictus) † Hinc pro regula notatur, semel conuictũ
criminis, præcedente accusatione, repelli à testificando, in cri-
minalibus iudicijs, licet emendatus sit: quod multò magis qbti-
net, si de eo iudicatus condemnatusque sit, [c] etiamsi [d] appellaue-
rit: Idem si tantùm instituta sit accusatio [e], in criminalibus e-
nim requiruntur testes omni suspicione carentes. Negari sanè
non potest, grauari & in discrimen ac magnam dubitationem
reuocari opinionem, seu famam hominis accusati: itaque pen-
dente eo iudicio, in criminalib. testimonium dicere non potest:
46. † In ciuilib. verò causis, secus est. Neq; enim statim reus est, si-
mulatq; de crimine quis fuerit [f] accusatus. Idem si quis damna-
tus appellauerit, quoniam pendente appellatione non censetur
condemnatus, [g] estq; integer eius status. † Ex prædictis colli-
47. gunt interpretes, attestationes factas in iudicio criminali, fidem
facere in alio iudicio, & inter alias personas: quod Panor. verũ
recipit, in casu, vbi non agitur de magno præiudicio: [h] aliàs se-
cus esse. Vnde conficitur, acta vnius iudicij, fidem aliquam me-
48. reri in alio, interueniente alia persona. † Hinc sumta occasione
tractat hic solenniter Inno. & post eum reliqui omnes, vtrùm
repellatur excommunicatus à iure dicendi testimonij post abso-
lutionem, quasi ex hoc solo sit probatum crimen? Et quia Dd.
sibi satis non constant, dicendum breuiter, eum propterea non
repelli: Primùm, quia iurà ipsum submouent à testificando so-
lùm in præsenti, [i] & nihil disponitur de excommunicato in præ-
49. teritum. † Deindè quia excommunicatio potest fieri extraiu-
dicialiter, & sine causæ cognitione: perdurum itaq; & graue es-

 set dicere,

q. l. 1. de reg. iu.
r. per l. Lucius. ibi gl. & Dd. ff. ad. infa.
f. vt in l. infamia. de publi. iudi.
t. l. si quis maior. & ibi. Dd. C. de transact.
u. ibdem.
x. nu. 20. circa med.
y. arg. c. cùm 1. et A. ſ. de re iud.
z. arg. c. quia suspecti. 3. q. 5.
a. in c. 1. ſ. de transf.
b. in c. illa cotidiana. ſ. de elect. et Imo. in cle. pastoralis. de re iudi.
c. l. 3. §. l. Iulia. ff. de testib.
d. l. is qui reus. et ibi Bar. de pub. iud.
e. in exceptis c. vlt. ſ. eo.
f. 15. q. vlt. c. vlt.
g. l. 2. §. vlt. de pœnis. l. 1. ff. nisi noua app. interp. l. furti. in pr. ff. de infa.
h per not. in c. inquisitione. ſ. de elec. & c. inter dilectos. ſ. de fi. instr.
i. vt in c. decernimus de sent. excommuni.

ſet dicere, per excommunicationem probari crimen in ea expreſſum: item quia fieri poteſt, vt in ſententia excommunicationis, vel nulla, vel talis exprimatur cauſa, quæ etiam per ſe immediatè probata, non ſecluderet quem ab officio teſtimonij, puta præſumta contumacia. † Denique, quia euenire etiam 50.
poteſt, vt petat quis abſolutionem, ex bona conſcientia, non animo fatendi ſe in culpa eſſe: [k] nec abſolutio præſupponit neceſſariò vinculum [l]. Sanè illud inconfeſſo eſt, ſententiam excommunicationis non ferri propter crimen, ſed propter contumaciam: quid mirum ergo, per eam non probari crimen? quod Baldus adeò recipit, vt locum habeat, etiamſi excommunicator dicat, *quia furtum feciſti, & monitus, vt compareres & ſatiſfaceres, non feciſti, excommunicamus te.* idque duplici ratione, tùm quia ſæpe excommunicatur quis iniuſtè, & tamen adfertur vinculum abſoluendum [m], tùm quia immediata cauſa excommunicationis eſt contumacia, & non crimen: ſed contumacia non infamat, [n] & quod ab homine non feratur excommunicatio, niſi propter contumaciam [o], alibi traditum extat. † Si tamen in ſententia excommunicationis tale crimen fuiſſet expreſſum, quod infamiam irrogaret, eaque tranſiuiſſet in rem iudicatam, tunc in caſibus, quibus non ſufficit emendatio, repelletur teſtis indiſtinctè, probata excommunicatione: quia non appellando videtur acquieuiſſe ſententiæ: & licet non tranſeat in rem iudicatam, quo minus peti poſsit abſolutio: tranſit tamen quò ad cœteros effectus, inter quos & ille vnus eſt, vt præſumatur [p] iuſta: fallit tamen hoc, ſi talis ſententia lata fuiſſet reo abſente & ignorante, quia tum non videtur [q] acquieſcere.

h Vel confeſſus) † Et hinc regulam Dd. colligunt, quòd 53.
confeſſus crimen in alio iudicio, in quo contra ipſum inſtituta fuit accuſatio, ſit arcendus à dictione teſtimonij in criminali cõtrouerſia. [r] Vnde notat Panor. confeſsionem in vno iudicio etiam criminali factam, tantùm operari in alio aduerſus confitentem, vt non admittatur in teſtem, quaſi ſuggillet opinionẽ ipſius, ſecus eſſe in alijs: nam confeſsio facta cum vno, non nocet
quò ad alium [ſ]. † Hoc quoque addendum eſt, quòd accuſa- 54.
tus de crimine, etſi pœnam condemnationis ſoluendo, videatur quodammodo confiteri: cum tamen propriè non haberi pro confeſſo, nec infamem effici [t]. Nam conſilium eſt, quoties quis ex condemnatione incurrit infamiam, vt ſoluat ante condem-
nationem: ſic enim euitabit infamiam [u]. † Ex quo inferunt hic 55.
Mod. talem non repelli à teſtimonio dicendo, cùm non habeatur pro confeſſo, ſed quia videtur conuictus [x], & quem conuictum eſſe criminis, ſufficit, vt ſuprà in præced. regula dictum eſt: & adduci poteſt iſte tex. ad quæſtionem, Nunqd ꝑ ſolã confeſsionem quis infametur? quam Dd. alibi pertractant [y].

i Vel ſi nunc per excep.) † Rurſus hinc annotari ſolet, 56.
etſi prius

k. ... c. ad eius. diſt. ſ.e. exhibita. ĵ. de homi.
l. c. venerabilem. & ibi Abb. ſ̃. de elect.
m. c. I. II. q. 3.
n. ſecundum Inno. hîc.
o. vide vltra. Dd gl. ord. in c. presbyterorum. 17. q. 4. & c. epi. II. q. 3.
p. c. quoniam contra. et ibi diximus. ad fi. ſ̃. de proba.
q. Abb. hîc argumẽto c. apoſtolicæ. ĵ. de cleri. excom.
r. per tex. hîc. et c. I. ĵ. de excep.
ſ. l. pen. de inter. act. Inno c. 2. ſ̃. de ord cog.
t. Bald in l. ea quæ. C. de cond. ob cau.
u. Bar. Ang. in l. ſi reus. ff. de procur.
x. per d. c. per tuas. cum ibi not.
y. gl. & Bart. in l. ictus fuſtium. ff de infa. Ang. & Imol. in l. infamem. ff. de public. iud.

etsi prius de crimine quis non sit accusatus, vel confessus, sed nunc per exceptionem conuincatur criminis, talem arceri à testificando: quod intellige, etiamsi nunc esset de crimine emendatus, vt in criminali iudicio quid speciale ponat: nam si perseueret, etiam in ciuili repellitur, vt suprà in prima conclusione audiuimus. Et signa hoc: quia est valdè durum, vt semel delinquens, quantumcunque emendetur, tamen remaneat suspectus, nec in testem admittatur, quandò criminaliter agitur:
57. † quod Panor. temperat, nisi criminosus postea religionem intrasset: per hoc enim (secundum eum) sublata esset omnis causa suspicionis: ad quod facit, quod * alibi scribitur, non licere parentibus filios factos monachos exhæredare, licet existentes in seculo, causam iustam ingratitudinis commisissent.

ζ. tex. eleg. in c. pen. 21. q. vlt.

58. k Aut grauata) † Hinc thesis elicitur, etsi non probetur crimen de præsenti, nec aliàs de eo testis conuictus, vel confessus illud sit, sed tamen grauata ipsius opinio, ex eo, quod aliàs à iure testimonij dicendi repulsus fuit, non sit ad testificandum admittendus in criminalibus cognitionibus: licet in ciuilibus sit secus. Et hanc aggrauationem opinionis, declara ex his, quæ suprà in secunda conclus. diximus, nempe, quòd nihil aliud sit, quàm infamia facti, nec ab ea quicquam differat. Videtur autem velle hic tex. etsi aliàs repulsus quis fuerit à testificando, eius tamen opinio non sit grauata: hoc non sufficere, vt nunc arceatur, autore Imo. hic post Panor. dicentem, quòd si non esset infamia ex huiusmodi repulsione orta, testem admittendum esse, nisi iteratò aduersus ipsum probaretur. Nec obloquitur, quod suprà in textu de conuicto dicitur: quia ibi loquitur, quandò conuictus fuit per viam accusationis: hic verò, quando fuit conuictus per viam exceptionis: nam quia tùm non agitur directè contra testem [a], meritò attenditur, num exorta fuerit infamia, an minus: secus quandò directò aduersus eum accusatio instituitur, tùm enim de ipso, quod est conuictus vel confessus, non potest testificari in criminali, nocetque id sibi etiam in alio iudicio. et ratio prædictorum est, quando ex illa repulsione orta fuit infamia, sequens personam, eiq; inhærens, quocunque vadat [b]: & hæc quidem pro declaratione huius decretalis sufficiant.

a. vt hic in gl. fi. ad fin.

b. iuxta not. in l. ex ea. ff. de postul. quia infamia emacerat ossib inhærent iuxta Bald. in d. l. ex ea.

*

IDEM.

CAPVT LV.

VLtra tertiam productionem non debent testes produci in causa, nisi præstito ab eo, qui hoc postulat, iuramento, quod neque per se, neque per alium testificata subtraxerit, vel fuerit [a] percunctatus. nec per dolum aut artem aliquam quartam productionem exposcat: sed quia, quos desiderat de nouo producere, prius habere nequiuit.

Summæ rerum.

1. *ARgumentum huius cap.*
2. *Quomodo vna productio, duæ, vel tres accipiendæ sint, bifariam intelligi: & nu: 3.*
4. *Legum correctio fugienda.*
5. *Verus intellectus huius cap.*
6. *Trina testium productio impedit quartam sine solennitate.*
7. *Quæ sit ratio, quod ad quartam productionē solennitas requiritur.*
8. *Productio vna, pro vna testium nominatione, simul facta cum examinatione, accipi debet.*
9. *Etsi multi testes vna vice nominati sint, diuersis verò interuallis producti ad examinandum, opus erit solennitate legali.*
10. *Vt quis à productione testium vlteriori excludatur, necesse est, acta fuisse exactè cognita: & nu: 13.*
11. *Dictio (per) in compositione auget.*
12. *Verbum, percunctor, vnde deriuetur, & de eius acceptione.*
14. *Etsi quis audiuisset solùm, quid testes dixerint, nec tamen legisset. non censetur testificata didicisse.*
15. *Etsi quis non suas, sed alterius partis attestationes cognouit, tamen ab vlteriori productione arcetur.*
16. *Sola publicatio attestationum impedit vlteriorem testium productionem.*
17. *In materia dilationum concedendarum aliquot ax[io]mata.*
18. *Quarta productio testium intra quæ tempora fieri debeat.*
19. *Etiam impedito testes producere, currit dilatio, datur tamen illi restitutio.*
20. *Discussa L. quæsitum ff. de re iu.*
21. *Prouincia vnde dicta.*

Prouincia

22. *Prouinciæ continentes, transmarinæ.*
23. *In causis ciuilibus dilatio probatoria semel tantùm indulgenda: et peremptoria semper censetur.*
24. *Nisi cum causæ cognitione, etiam alia dilatio conceditur.*
25. *In causis criminalibus reo tres, accusatori duæ dilationes conceduntur, etiam causa non cognita: vlterior autem causæ cognitionem exigit.*
26. *Pro omnibus interuallis locorum, non nisi nouem menses concedendi ad probandum.*
27. *Cautela Innocentij, qua vti debet is, contra quem producendi sunt testes.*
28. *Si pars asserat, se habere testes transmarinos, illi, nisi causa cognita, non creditur.*
29. *In prima dilatione sufficit leuis causæ cognitio, & in quibus hac versetur.*
30. *In secunda dilatione, plenior cognitio requiritur.*
31. *Secunda dilatio quanti temporis esse debeat.*
32. *Qui testes in secunda dilatione admittantur.*
33. *Quæ sit iusta causa concedendæ secundæ dilationis: & nu: 35.*
34. *Dilatio ad probandum, quatenus sit arbitraria.*
36. *Secunda dilatio causa non cognita data, est nulla.*
37. *Quando tertiæ dilationi sit locus, & quæ requiratur in ea cognitio.*
38. *Ad probationem dilatoriæ exceptionis non est danda secunda dilatio: secus in peremptorijs.*

Elegans est hoc cap. & admodum frequens in allegatio-
1. nibus: cæterum † argumentum siue summa huius est, vnam pro-
ductionem testium absq; solennitate concedi, quartam verò non
2. nisi obseruata solennitate a legib. præscripta. † Quomodò autem vna productio, duæ vel tres accipiendæ sint, duæ referuntur hic a Dd. opiniones. Prima est, quòd vna productio dicatur, vna nominatio testium simul facta iudici, quando scilicet producens ad iudicem nomina eorum, quos producturus est in testes, prima vice refert. Quod si post illam priorem, rursus aliorum testium fiat nominatio, siue alio, siue eôdem die, ex interuallo tamen, dicitur secunda, & sic deinceps. Nec attenditur, an id sub vna, vel pluribus dilationibus factum sit. Verbi gratia: indultus est mihi terminus decem dierum ad probandũ, refero ad iudicem trium testium nomina, hæc est vna productio: eadem die, vel sequenti, rursus illi alios testes nomino, hæc secunda dicetur, & sic de singulis. Postquàm ergo trinis vicibus distinctis produxerim testes, etiam durante eadem dilatione, excludar a quarta, sine solennitate legali: vlterior verò nec cum solennitate indulgebitur. Quod si necdum tribus vicibus nomina testium ad iudicem retuli, id etiam in secunda dilatione facere non vetabor, si fortè concessa mihi sit secunda dilatio, & ratione impedimenti. Et istam interpretatationem amplectitur

 a Accur-

a. in auth. qui semel. C. de proba. vbi de hoc latè.
b. et in c. in causis ſ. eo.
c. l. fin. ff. de feri.
d. in l. 1. C. de dila. in fine.

[a] Accursiu[s], & poſt eum iuris ciuilis interpretes ferè omnes. † Altera [opi]nio eſt, vt exponamus productionem pro dilatione, 3.
id quo[d] gl. hic [b] ſenſit, quã opinionem ſi ſequamur corrigetur ꝙ [c] alibi ſcribitur: in ciuilib. cauſis non concedi, niſi vnam dilationem ad probandum ſine cauſæ cognitione, & eam quidem peremptoriã: corrigetur item Diocletiani & Maximiani impp. [d] reſcriptum: quia cap. noſtrum tres dilationes ſine cauſæ cognitione ac ſolennitate admitteret: item & quartam cum ſolennitate, & ſine cauſæ cognitione, quod ſanè abſurdum eſt: † quo- 4.
niam legum correctio non eſt inducenda [e], ſed omninò vitanda. addc nullum tex. hac de re loquentem, dilationis verbo vti, ſed productionis [f]. † Quare reiecta hac expoſitione, priorem Dd. 5.
vtriuſque ſcholæ vulgò amplectuntur, videlicet non attendi vnitatem vel pluralitatem dilationum, ſed productionum, quæ ſunt inter ſe diuerſæ: † ſicque trina productio impediet quar- 6.
tam ſine ſolennitate. † Ratio autem ſolennitatis adhibendæ, 7.
eſt timor ſubornationis, ne poſt tot productiones ſubornentur alij, qui veritatem priorum euertant, vel addendo aliquid, quod priores non dixerunt, vel immutando. Naſcitur enim non leuis ſuſpicio, de ſcientia atteſtationum ex reiteratione tot productionum. Ex quibus conſectarium eſt, hanc ſolennitatem non fore neceſſariam, ſi teſtes pluribus vicibus producantur, id eſt, eorum nomina referantur ad iudicem, nec tamen examinati ſint, vel etiam plures ſint factæ productiones, actu quodammodo continuo, ita vt producens interim non potuerit priorum teſtium dicta cognoſcere, ante productionem, quã nunc facere deſiderat: ceſſat enim vtráque ſpecie præſumtio, quòd producens teſtificationes didicerit, ſicq; ſolennitate legali, ad purgandam hanc præſumtionem nihil opus eſt. † Itaq; 8.

e. l. præcipimus. in fi. C de appella.
f. vt hic. & c. significauerunt. c. in causis. ſ. eo. & auth. qui semel. C. de probat.
g. in d. auth. qui semel.

vnam productionem pro vna nominatione teſtium, ſimul facta cum examinatione, accipere oportet, vt & Bart. [g] voluit: quod diligenter ſigna. † Amplius ſcribit idem Bar. ſi vna eademq; 9.
vice nominarim XII. teſtes, iurauerintque vna die examinari tantùm tres, altera die alios tres, rurſus alia die tres, velintque poſtea reliquos quarta vice alia die examinari, hoc mihi non eſſet concedendum, niſi obſeruata legum ſolennitate, quia cenſeretur quarta productio. Quod tamen procedit, ſi inter huiuſmodi examinationes, tantum interceſſerit interuallum, vt veriſimile ſit, me interim potuiſſe teſtimonia priorum cognoſcere: ſubeſt enim eadem præſumtio, ac ſi diuerſis vicibus nominati fuiſſent, aliàs ſecus [h]: & hæc diligentet ſunt annotanda, quoniam malè hodie in foro ſeruantur.

h. vide etiam Castr. in d. auth. qui semel. nu. 17.

a Percunctatus) † Hinc eliciunt, non ſufficere quamli- 10.
bet inſpectionem momentaneam actorum, vt quis excludatur à productione teſtium, ſed requiri, quod illa quis percunctatus fuerit, id eſt, valdè ſcrutatus, vt Dd. interpretantur, in compoſitione,

11. sitione, † quia dictio *(per)* auget [i] & quandam integritatem ac
12. perfectionem signat. † Sanè verbum percunctor plerique à
cunctus, a, um, deriuari volunt, quòd à cunctis inquiratur;
quòd is, qui curiosus est, per cuncta interroget: sed verius est,
verbum hoc *(percontor)* per o, & sine c. ante t. scribendum es-
se, & à conto, quo nautæ ad inquirenda loca nauibus oportuna
vtuntur, denominationem habere: nam aquæ altitudinem con-
to pertentant. Est ergo percontari, diligenter inquirere, &
quasi conto inuestigare, germanicè **nachforschen / fleissig erfra-
gen.** Terentius in Hecyra: Tua quod nihil refert, desinas per-
contari. Cicero in somnio Scipio. Deinde ego illum de suo re-
gno, ille me de nostra repub. percontatus. Plautus. Quid isthuc
in mente est tibi, ex me, mi vir, percontarier? Hinc perconta-
tio pro interrogatione, & inuestigatione accipitur: vt apud Ci-
cer. de vniuer. At primum quidem tempus salutationibus, reli-
quum percontatione consumsimus. Et percontator pro inue-
stigatore. Horat. 7. epist. 19. Percontatorem fugito: nam garru-
lus idem est. Interdum tamen percontor pro expectare eti-
am accipitur. Terentius in Phormi. percontatum ibo ad por-
13. tum, quò ad se recipiat. † Hinc inferunt interpretes, eum
qui testificata viderit, nec tamen illa plenè cognouerit, non ar-
ceri à quarta productione, quasi didicerit: quia cessat ratio fi-
nalis, ex quo illa non adeò exactè vidit, quòd subornare pos-
14. sit, qui veritatem priorum euertant. † Et hinc est, quòd si
quis non legerit attestationes, sed audiuerit solùm à testibus re-
ferentibus, se hoc vel illud deposuisse, vel etiam ex relatione
sui aduersarij dicta testium perceperit, non censeatur eas didi-
cisse: quia nec iure cautum est hoc, nec æquitati consentaneum,
cùm per viuam vocem non potuerit instrui, possitq; fieri, [k] quòd
illi falsum retulerint. Cœterùm si quis subtraxisset testificata,
& penes se aliquandiu habuisset, vel interfuisset examinationi
testium, eorumq; depositiones audiuisset, [l] excluderetur à quar-
15. ta productione. † Idem obtinet, si quis non suas, sed alterius
partis attestationes cognouerit, quia Imp. alibi [m] non distinguit,
16. an suas vel aduersarij [n] quis didicerit. † Item scias, quòd si iu-
dex aperuerit testimonia, etsi pars necdum illa didicerit, eum ta-
men impediri producere: quod Card. verum ait, quando parte
consentiente nec contradicente aperuit: aliàs admittitur, quan-
diu illa non cognouerit [o].
17. † Porrò quoniam occasione posterioris intellectus ad hoc
cap. suprà traditi Doctores post Inno. examinant quoq; materi-
am dilationum concedendarum, (quæ tamen huc propriè non
spectat [p]) nos, ne nihil dixisse videamur, aliquot duntaxat axio-
mata ex eorum commentarijs excerpemus, quæ versanti in foro
18. vsui esse possint. Primum. † Quarta productio cuius hic fit mē-
rio, non conceditur indistinctè, etiā cū solennitate à legibus prę-
scripta, sed eam intra dilationē ex constitutione Impp. Dioclet. &
Maxim. [q] ad pbandū concessā fieri oportet. Volūt enim prędicti
Impp.

i. l. vrbana 1. §. pernoctare. ff. de verb. sig.

k. ita Hostien. Inno. Abb. Bald. & Felin. hic.

l. Inno. et alij hic. gl. c. inprimus. in verbo præsente. 2. q. 1. Imol. hic.

m. textus in §. quia verò. in auth. de testi.

n. Ita gl & ibi Bar. in l. si quando. C. de testi. Bar. d. auth. qui semel. et l. si quando. C. de testib.

o. per c. constitutus. 2. §. eo.

p. sed ad l. 1 C. de dila. & ad l. vlt. ff. de fer.

q. in l. 1. C de dila.

Impp. dilationem probatoriam sic moderandam esse, vt si ex ea prouincia, vbi lis agitur, vel personæ, vel instrumenta poscantur, non amplius quàm tres menses indulgeantur: si verò ex continentibus prouincijs, sex menses custodiri iustitiæ est: in transmarina autem dilatione nouem menses computari oportebit. Hæc autem tempora secundum locorum distantiam breuiora quidem concedi possunt à iudice, longiora non possunt. Si ergò litigatori breuior indulta sit dilatio, audietur etiã quartò testes producere volens: aliàs non, nisi ex magna causa, puta ratione impedimenti, iustè excusantis. † Hanc enim trium mensium dilationem, vel aliam iudex prorogabit, nisi impedimentum verisimiliter diu duraturum esset: tum enim iudex causam definiet, reseruato tamen beneficio restitutionis in integrũ aduersæ parti, quæ non auditur suspensionem causæ petens, ne detur occasio malitiæ vel calumniæ, satisque est, illi ius suum saluum fore: & hoc post Inno. probant omnes. 19.

r. l. notionem. §. 1. & ibi Alci. de verb. sig. de dictione prouincia. vide Cy. in l. fin. C de præscr lon. temp. glo. in c. corã. i. de elect.

† Nec obstat, quòd sententia lata à iudice impedimentum testium sciente, videatur nulla esse, tum quia non liqueat de causa, tum quia Iulianus [r] hoc dicere videatur *morbus sonticus* (inquiens) *etiam inuitis litigatoribus ac iudice diem differt*. Sonticus autem existimandus est, qui cuique rei agendæ, impedimento est litiganti. Igitur si rei iudicandæ tempore alter ex litigatoribus febrem habuerit, res non videtur iudicata: nam vt Bald. ait, hoc Iuliani responsum loquitur in parte absente, non in teste: item licet non liqueat de causa per hos testes absentes, potest tamen liquere per alios. † Porrò, quia ex supradictis liquet, propter dilationum concessionem plurimùm referre, vt sciamus prouinciæ continentes, an transmarinæ sint: non est omittendum, prouincias dictas esse, quasi procul victas, quod procul ab Italia armis victæ fuerant, in has Procoss. & Legati mittebantur, qui ius redderent, & tributa exigerent. † Aliæ autem erant continentes, quæ Italiæ coniunctæ sunt, vt Gallia & prouincia, aliæ transmarinæ [s], vt Asia, Africa, Syria, Cyprus, Achria. 20. 21. 22.

s d. l. 1. in fi. l. vlt. in pr ff. de fer.

Secundum axioma: † In causis ciuilibus, dilatio probatoria, non amplius quàm semel danda est, & peremptoria semper censetur, etsi id non sit expressè dictum [t]. Et hoc non modò de probatoria, sed & de reliquis dilationibus traditur, vt singulis iudicij actibus, singulisque emergentibus negotijs, non nisi semel dilatio concedatur: vt si positionum conficiendarum, alteriusúe rei faciendæ [u] causa data sit. † Verùm vtilitatis litigantium causa receptum est, vt ex iustis causis, eisq; cognitis, eidem actui eidemque negotio iterum dilatio secundum locorum moderationem [x] impartiri possit. † In criminalibus autem controuersijs, reo tres dilationes, accusatori duæ [y], etiam causa non cognita indulgeri possunt [z]: idque ideò, quia in eis ma- 23. 24. 25.

t. Castr. in d. l. 1. C. de dila.
u. l. oratione. in pr. ff. de fer.
x. d. l oratione post pr. l. interdũ. in pr. ff. de iud.
y. d. l. fin. in fi.
z. arg. l. vlt. C. de probat.

tis maius litigatorum periculum versetur: q uarta verò vel terria, in suprascriptis cognitionibus non, nisi c. usa cognita dabitur [a]. Durante autem dilatione semel concessa, iudicis officium conquiescit, in eaque dies tam feriati [b], q uàm vtiles connumerantur.

a. ita Dd. in d. l. fin. de fer.
b. l. siue pars. C. de dila.

26. Tertium axioma: † Is qui dilationem trium mensium ad producendos testes, in eàdem prouincia existentes impetrauit, etsi postea ex continentibus, ac demum ex transmarinis prouincijs euocare testes velit, non tamen plures quauis vice, quàm tres menses adijcientur, vt sic pro omnibus interuallis locorum vltra nouem menses non concedantur. Debet enim tempus in tempore computari, ne nimia petendarum & dandarum dilationum licentiâ detur occasio prorogandis litibus. Idem obtinebit, etsi dixerit quis se de omnibus tribus locis testes produ-
27. cere velle. † Consulit tamen Inno. vt is, contra quem fit ꝓductio, curet disquiri ab initio à producente, eiusdemq; responsionem in actis scribi, num causam suam instruere ex locis transmarinis, vel continentibus prouincijs, aut de eàdem velit. Nam si certum locum elegerit, non nisi vnam dilationem obtinebit,
28. pro illo loco sibi concessam. † Non tamen simpliciter credendũ est parti asserenti, se habere testes transmarinos, quia hoc sæpè proponeretur in fraudem ad litem differendam: sed præmittenda est summaria cognitio [c]: & alibi [d] datur remedium contra allegantem calumniosè se euocaturum testes, è remotis partibus. Addit Inno. si data sit dilatio breuior, quam ius ipsum præscribit, eam faciliter prorogari: itaq; consultum videtur, vt pars aduersa consentiat, vt deinde aliud tempus integrum [e] habeat.

c. vt bic per Abb.
d. tex. in c. statuti. §. pen. de rescri. in 6.
e. secundũ Card. bic.

29. † Quartum axioma: In concessione primæ dilationis leuis causæ cognitio sufficit: in qua ad tria aduerti debet: Primùm, vt adpareat eam non calumniosè peti: Deinde vt solùm ad id probandum tribuatur, quod probatum eius causam coadiuuet: Deniq; vt dilatio non prolixiore tempore moderetur, quàm à iu-
30. re [f] præscribitur. † In secunda vero dilatione plenior causæ cognitio necessaria est: nam vltra prædicta videndum quoque est, num eam petens allegauerit iustum impedimentum primæ. Hoc tamen impedimentum, quod sibi in prima dilatione euênit, per iuramenti religionem probare potest: nisi autem iu-
31. rare paratus sit, [g] secunda ei non est indulgenda. † Porrò docens se iustè impeditum in prima dilatione, tantum temporis obtinebit in secunda, quanto fuerit impeditus in prima: vt si fuerit in prima impedimentum duorum dierum, restaurabuntur sibi duo dies: nisi horum dierum impedimentum absorbuisset primam dilationem, quia tunc habebit integrum
32. tempus in secunda, quod sibi tributum fuit [h] in prima. † Quanquam autem in casu impedimenti, vt iam diximus, secunda dilatio indulgeri potest: hoc tamẽ nõ indistinctè obtinet, quò ad quoslibet testes ꝓducendos, sed solũ quo ad illos, quorũ respectu in prima di-

f. l. 1. C. de dila.
g. per tex. c. quapropter. § illud. s. de elect. fa. tex. l. sciro oportet. §. sufficit. de excus. tut. Bar. Bald. Ang. l. fin. ff. de fer.
h. ita sentiunt Bar. Alex & alij. in d. l. fin. & Butr. bic.

prima dilatione non reperitur fuisse negligens. Verbi gratia: vt quia feceris in prima dilatione vocari quosdam testes, & cum venire recusarent curaueris eos compelli captis pignorib. vel excommunicatione: illis tamem adhuc in contumacia perseuerantibus, transierit prima dilatio: iam tibi concedetur secunda, aduersus istos testes: quantum verò ad alios testes, in quibus fuisti negligens, attinet, vlteriorem dilationem non obtinebis [i].
† Subdit Inno. & hanc esse iustam secundæ dilationis impetrandæ causam, si prima non fuerit integra (iuxta moderationem [k] à lege præscriptam) concessa, quia posset suppleri in secunda, quod priori defuit: quod & Bartolus alicubi [l] voluit, tametsi alijs in locis [m] contrarium etiam senserit. 33.
† Nam dilatio est arbitraria: quamuis enim non possit excedi tempus, lege præfinitum: [n] potest tamen iudex breuiorem terminum præstituere, quam iura præscribant. & ita videtur seruari de consuetudine. 34.
† Putat Bart. & hanc iustam causam esse dandi secundam dilationem, si ius aduersarij non sit factum deterius, sed omnia adhuc salua sint ac integra. Exempli gratia: peto secundam dilationem, ad probandum quippiam, aduersus quod reo perindè salua est sua defensio, ac si primò id fuisset probatum, concedenda erit dilatio: Si verò iam perijsset defensio aduersario, quam in prima dilatione habuisset, [o] tum secunda non est danda. 35.
† Si ergo iudex sine causæ cognitione secundam dilationem tribueret, probationes intra eam factæ, forent nullæ: quia omissio causæ cognitionis in secunda facit eam nullam [p]. 36.
† Potest quandoq; iudex & tertiam dilationem dare, si in secunda pariter iustum impedimentum obtigerit: ad hoc tamen probandum non staretur iuramento postulantis, sed illud per testes docendum esset. Et hoc est quod vulgò dicitur, *tertiam dilationem non tribus, nisi cum maxima causa cognitione*, id est, vt probetur impedimentum [q] per testes. 37.
† Quintum & vltimum axioma, quamuis in principali negotio prædictæ dilationes concedi possunt: ad probandas tamen dilatorias exceptiones non est danda secunda dilatio, cùm sint odiosæ, ex quo non perimunt, sed differunt causam: [r] secus est in peremptorijs, propter magnitudinem præiudicij, quod ex his imminet: sed hoc Panor. nullibi iure probari ait, durumque esse ius partis perire, quando iustè fuisset impedita: itaque tutius fuerit, hoc ipsum iudicantis arbitrio relinquere, num alia dilatio in dilatorijs indulgenda sit, an minus. 38.

*

i. Sali. et Mod. in d. l. 1. C. de dila. Butr. hic. Castr. l. si ita stipulatus essem. de verb. oblig.
k. d. l. 1.
l. in d. l. 1. & l. 2. ff. de re iud.
m. in d. l. fin. ff. de fer. item in consil. incip. ex facto proponitur, quod ex causa pecuniaria.
n. in d. l. 1.
o arg. l. etsi post tres. ff. si quis cau. et l. mancipiorem. de opt. leg.
p. per d. l. fin. & Imol. hic.
q. Paul. de Castr. in d. l. orationem. ff. de fer. Bar. in l. fin. eo. Spec. eo. tit. § videndum. vers. in summa. no. Butr. hic.
r. ita Io. Andr. ad Spec. de teste. § quæritur. vers. sed cùm super.
s. Butr. et Imo. hic. per c. prudentia. § sexta. s. de offi. deleg. & c. 1. de resti. spol. in 6.

IDEM.

CAPVT LVI.

Non debet quis in [a] criminibus (nisi forsan in exceptis) ad testificandum admitti, [b] pendente accusatione de crimine contra ipsum: cùm etiam [c] accusati (nisi prius se probauerint innocentes) ab accusatione ac susceptione ordinum repellantur.

Summæ rerum.

1. *Er excepta crimina in textu quæ intelligantur, in quibus criminosi testes esse poßint.*
2. *Accusatus de crimine non poteſt eſse teſtis in causa criminali, pendente eo iudicio.*
3. *Secus eſt in causis ciuilibus.*
4. *Hoc cap. etiam habere locum in inquisitione vel denuntiatione pendente.*
5. *Beneficium à iure conceſſum, ſi affectante ceu procurante illud nihil operari.*
6. *Accusatus de crimine an & quando alium accusare poßit.*

1\. a Criminibus excep.) † Sed quæ sunt hæc crimina excepta? Respondeo, crimen læsæ maiestatis, [a] perduellionis [b], hæreseos [c], simoniæ [d], sacrilegij [e] fraudati census, quod committit, qui furatur pecuniam publicam sibi concreditam: fraudatæ annonæ, quod committitur, cùm portitores furantur victualia ad exercitum reipub. missa [f]: item dilapidationis, [g] & si quæ sunt id genus alia [h]. In his ergo criminibus, etiamsi quis accusatus sit de aliquo crimine, ad testimonium admittitur, quod fortè ob enormitatem, & magnitudinem horum criminum introductum est.

a. 6. q. 1. c. si quis cum militibus. c. vergentis. ∫. de hæret. c. licet Heli. vers. alijs. de simo.
b. l. fin. ff. ad l. Iul. ma.
c. d. c. vergentis. & l. manicheos. C. eo.
d. d. c. licet Heli. l. si quenquam. vers. cùm sanè. C. de ep. & cle.

2\. b Pendente accusa.) Hinc discendum, in criminalibus iudicijs accusatum de crimine, pèndente eo iudicio, testimonium dicere non posse: quod ideò est, quoniam hîc testes omni exceptione maiores esse debent, in quos nulla cadat sinistra suspicio: sed de crimine accusati, famam & opinionem a-
3\. pud bonos & graues viros diminui, nulli dubium est. † Notanter autem inquit textus, in criminibus, id est, criminalibus iudicijs, vt ciuiles cognitiones excluderet. In his enim etsi quis accusatus fuerit de crimine, interim à dictione testimonij non est arcen-

e. l. si quis in hoc. C. de vt.
f. arg. c. probibentur. vers. mulierem. 2. q. 1. & ibi no.
g. d. c. licet. vers. alijs. l. si quis præsbyterorum. de reb. eccle. non alie.
h. Spec. de accusa. ad fi.

est arcendus. Neque enim statim reus est, simulatque de crimine quis fuerit [i] accusatus, sicut [k] alibi annotauimus.

[i] 15. q. vlt.
[k] §. c. testimonium. hoc tit.

† Porrò quod hic de pendentia accusationis dicitur, locum quoq; habet, si penderet inquisitio vel denuntiatio, quia cum talis prohibetur promoueri, non etiam admittendus erit ad testificandum. Etsi diceretur, quòd per hanc doctrinam detur via euitandi testimonium in criminali, vt procuretur accusatio testium: respondet Io. And. hic, vel præstituendum esse terminum accusanti, vt expediat, vel certè testem recipiendum [m], reseruata eius fide ab euentu innocentiæ suæ, de quasi adparuerit, probabit absq; alia examinatione, secundum omnes hic habet porrò accusator timere talionem: subditq; Baldus, quòd si detegeretur malignitas accusati, qui procurasset testes accusari, non haberet locum huius cap. dispositio. 4

[l] c. omnipotens. §. de accusa.
[m] iuxta c. 1. de test. spol.

† Ex quibus generale dogma eliciunt, beneficium à iure concessum nihil operari in eo, qui procurauit seu affectauit habere illud: quod dogma Feli. hic, quamplurimis exemplis illustrat. 5

c Accusati) † Accusatus de crimine non potest accusare alium: quod intellige [n] verū, nisi vel suā suorumúe iniuriā prosequatur, nisi de crimine excepto accusare velit: fallit item quando crimen, quod refertur, est connexum crimini proposito: item poteſt accusationem prius inchoatam prosequi: item si crimen sit maius, quàm super quo est ipse accusatus. 6

[n] secundum ea quæ habentur. in l. neganda. C. qui accus. non pos. c. neganda. 3. q. 11. & plenè per Bar. in l. is qui reg. ff. de pub. iudi.

INDEX. CAPIT. IN TIT. de testib & attestatio.

35. Ex te.

ANNOTATIO

LEGVM, CAPITVLORVM, PARAGRAPHORVM, ALIORVMQVE TEXTVum, qui inter horum titulorum explicationem discutiuntur.

IN TIT. DE PROBATIONIBVS explicatur

IN TIT. DE TESTIB. ET attestationib.

INDEX

INDEX

RERVM ET VERBORVM IN TIT. DE PROBAT. DE TESTIB. ET ATTESTATIO. IN QVO PRIor numerus paginam, posterior cum seqq. eiusdem paginæ numerum denotat.

A.

Appellatio

B.

C.

D.

Dictio

E.

F.

Falsitas

G.

H.

I.

L.

N.

O.

P.

Q.

R.

Renun-

S.

Subor-

Testes,

Testium

V.

FINIS.

ERRA-

ERRATA IN TIT. DE PRObat. commissa.

Fol. 7. lin. 14. hæc enim. f. 10. lin. 12. solitæ. f. 12. lin. 11. meretur. f. 21. lin. 12. potius editionem. f. 23. li. 21. præstat. Ibid. lin. 23. dilatio. f. 33. lin. 9. regundorum. f. 37. li. 3. posse. f. 42. li. 30. etiam non interrogatus. f. 43. l. 7. indicijs. f. 49. li. 36. absq; testium. f. 53. li. 33. quoq;. Ibid. li. penul. testator aliquem rogat. f. 54. l. 14. sisillus. f. 60. li. 13. intelligitur. Ibid. li. 35. omissus est in margi. nu. 55. f. 63. li. 19. locorum. f. 68. li. 11. eo termino trans. f. 69. li. 24. dele itaq;. f. 70. li. antepe. dantem. f. 72. li. 42. in margine deest nu. 9. f. 73. li. 27. cohabitauit. f. 74. li. 25. suum. f. 79. li. 10. aequieuerit. f. 84 l. 35. in iure. f. 87. in margi. litera. f. c. 1. s̃. de dila. Ibid. li. 41. propositam recusationis except. f. 90. in marg. lit. u. Et hanc sententiam. Ibid. in marg. lit. b. iuxta Bart. f. 91. li. 3. necesse est, vt. Ibid. in marg. lit. g. & l. generaliter. f. 94. li. 39. sententiæ. Ibid. in margine omissi sunt aliquot numeri. & alij non rectè positi: nempe, li. 4. nu. 19. li. 13. nu. 110. lin. 16. nu. 111. li. 17. nu. 112. lin. 28. nu. 113. li. vlt. nu. 114. Item f. 95. li. 2. nu 115. li. 7. nu. 116. li. 26. nu. 117. l. 30. nu. 118. li. 41. nu. 119. li. 47. nu. 120. Item fol. 96. li. 1. nu. 121. l. 8. nu. 122. li. 15. nu. 123. li. 22. ante ver. Hanc Imp. ponatur in marg. nu. 124. Sequentes deinde numeri in margi. vsq; ad finem cap. corrigantur, vt præcedentibus respondeant. Fol. 95. li. 2. dele conscrib. & repone, loca desig. f. 96. in marg. lit. y. pro Bulinus, leg. Butrius. Ibid. li. 40. appellationis. f. 97. li. 1. (nec. Ibid li. vlt. sententia. f. 99. lin. 14. negatiuæ. f. 101. li. 4. probationes. Ibid. li. 7. sufficiant. Ibid. li. 34 expedire. Ibi. li. 42. contineant. f. 103. li. 13 ante ver. Dicitur, omissus est nu. 11. corrigantur etiam duo nu. sequentes. 12. 13. Ibi. li. 34. plenè. f. 108. li. 1. quod acta coram. Ibid. in marg. lit. b. de eden. & li. qui tabulas & quod. Ibi. in marg. lit. c & auth. ad hæc. C. Ibid. li. 38. & 39. siue. f. 109. li. 28. & 29. debet. Ibid. li. 31. Inscipiendam. f. 110. li. 3. compellere.

ERRATA IN TIT. DE TEstib. & Attestat. commissa.

Fol. 118. lin. 19. vocata. f. 127. lin. 16. siue. fol. 128. lin. 1, & 2. amicitia. f. 132. lin. 20. repetere. f. 136. lin. penul. testificari. f. 139. lin. 2. obligatum. Ibid. lin. 13. pro probata. Ibi. lin. 17. verò. f. 141. li. 24. ad iuran. f. 143. li. 7. inter ipsos. f. 144. li. 36. textum. Ibid. l. 42. iuris. f. 145. li. antepe. deest in margine alleg. literæ q. f. 147. in marg. lit d. de cond. ob. cau. f. 154. li. 35. sententia. f. 160. li. 10. causa. f. 161. li. 30 sententiam f. 163. li. 2. bant. f. 165. li. 22. à qua. Ibi. li. 34. scilicet. lin. 37. infrà. f. 167. li. 34. petitione. f. 169. li. 6. quod. f. 170. li. 5. productio. ibi possint. f. 173. li. penul. quid proba. f. 177. in marg. litera a. & c. in nostra. f 178. li. 1. deest in marg. nu. 5. margi. f. 179. in litera f. de consecra. litera h. sent. pas. Et à litera q. vsq; ad finem, literæ marginales non sunt rectè positæ. f. 181. li pen. & vlt. testimonij: nam si eo tempore quis &c. f. 182. lin. 33. quæ hac. f. 183. li. 5. eisdem. f. 184. li. 27. à parte. f. 189. li. 17. isti. Ibi. li. 40. iocalium. f. 190. li. 30. illis. f. 192. in marg. lit. b. l. in arbit. f. 193. li. 11. Ceterùm. f. 209. li. 31. quàm talibus. f. 213. li. 9. cùm olim. f 218. li. 40. improbatur. f. 223. li. 40. dele, per. Ibi. li. 4. require. f. 227. li. 19 Sic ergo. f. 229. li. 5. ceptibilis. Ibi. li. 41. præsente. f. 236 li. 11. tantum rei. Ibi. li. 21. incommo. f. 243. li. 14 subueretur. Ibid. in marg. litera c. tit. vt ne inui. f. 248. li. 31. XI. vel XII. f. 253. li. 21. induxit. Ibid. li. 27. in tua. f. 254. li. 34. visu. f. 259. li. 27. articulis. f. 260. li. vlt. potest quis rep. f. 263. li. 42. Geminianum. f. 268. li. 11 testimonio. f. 270. li. 4. canonizationis. Ibi. 17. Datam. f. 272. li. 22. nec mihi Imp. f. 273. li. 26. nunquam. f. 274. li. 15. dele: tex. f. 275. li. 35. repellitur. 277. li. 8. crimine. Ibi. li 34. immi. f. 280. li. 15. repelli. f. 285. li. 33. curauerimq;. Ibi. li. 34. velimq;. f 287. li. 34. Achaia.

CARMEN AD NOBILISSIMVM AC STRENVVM VIRVM, DN. IOACHIMVM MYNSINGERVM à Frundeck ICtum celeberrimum, scriptum ab Henrico Stedingk in Huckelriden.

MYNSIGER astrææ cultor iurisq; sacerdos,
Nominis ista tui fama perennis ouat.
Rebus in humanis quantum licet esse beato,
Parta tuis studijs vita beata tibi est.
Virtutis tibi facta tuæ est clarissima fama,
Quod grauibus vincas Nestora consilijs.
Quodq; tuis scriptis illustres iura sacrata,
Quæ nunc ante tuos te posuere patres.
Extant, & totum viuunt tua scripta per orbem:
Quis nescit laudes, ô IOACHIME, tuas?
Hoc Elementa probant iuris, quæ prima iuuenta
Extulit astreæ fontibus hausta sacræ.
Obseruata docent Cameræ, imperijq; statuta,
Queis non laus melior, quæ sequeretur, erat.
Hoc consultorum iuris Responsa tuorum,
In quibus es sapiens alter Apollo, docent:
Nec minus accrescens genuina probatio iuris,
Ex qua iudicij mens, ratioq; venit.
His abstrusa diu per magna volumina legum,
Exprimis in sensus vi meliore nouos.
Ex hac causarum censores ducis ad altum
Iustitiæ culmen, militiamq; fori.
Ex hac namq; fores reserare est obice clausas
Nodoso, & Canones hac aperire sacros.
Crede mihi, virtus hæc est, quæ laude perenni
Debeat ad cœlos, & super astra vehi.
Hic spectas quis honor, quæ te post fata sequatur,
Quæ sit in æternos, fama futura, dies.
Nam sacra iura simul claris natalibus addis,
Iureq; cum patria nobilitate nites.
Id veræ virtutis opus, non teste, nec vllis
Exemplis, quorum voce probetur, eget.
Hoc gentilitijs noua condere nomina factis,
Hoc specimen veræ nobilitatis erit.

EVER-

EVERHARDVS CVRTIVS VNTORPIVS LL. STVDIOSVS IN hosce Dn. Mynsingeri commentarios.

IVlia Diua faue, doctiq; boniq; fauete,
MYNSINGERVS ouans maiorum clara suorum
Gloria Frundeckûm, natorum clara suorum
Gloria Frundeckûm, serorum clara nepotum
Gloria Frundeckûm, qui nobilitatus auorum
Stemmate, nominibus, genere atq; insignibus armis
Marte, toga veterum iam nobilitauit auorum
Nomina, stemma, genus, patriæ & virtutis honores,
Spe, pietate, fide, virtute, atq; arte magistra.
Nam graias, latiasq;, simul paradisidos artes
Edoctus Sophiæ, & Themidos nutritus in antro,
Nomina Doctoris, prima florente iuuenta,
Inclyta coniunxit cum nobilitatis honore.
Iulia Diua faue, doctiq; boniq; fauete:
MYNSINGERVS ouans geminos sortitus honores,
Iustitiæ præses factus, iurisq; sacerdos,
Imperij sacri magni pars magna senatus,
Ius docuit, dixitq; simul: ciuilibus vndis
Obrutus, & varia causarum mole grauatus,
Ipse dedit varios vasti in penetralia iuris
Ingenij monumenta libros, quibus ordine claro,
Quicquid iura probant, longæuus quicquid & vsus
Approbat imperij, simul imperijq; tribunal,
Explicat, & responsa dedit, ceu Delius ipse.
Iulia Diua faue doctiq; boniq; fauete
MYNSINGERVS ouans iam iam maturior æuo
Ingenij vires opera ad maiora reseruans,
Pontificum aggreditur canones, & certa probandi
Fundamenta locans, quæ certa probatio testis:
Quæq; instrumenti, sacramentiq; potestas,
Relligio, atq; fides, & quid præsumptio possit,
Ordine perspicuo, miro candore, lepore,
Luce noua, arte noua, tenebris & nocte remota
Explicat, & veterum passim commenta refellit.
Carmine maius opus; quoniam vel sola probandi
Materia hæc anima est, ratio & victoria certa
Iudicij, quo quisq; tenet, quod quisq; probârit.
Iudice nec metuo tete, quicunq; probaris
Scripta probata bonis, quin ordine, luce, nitôre
MYNSINGERVS ouans teneat te iudice palmam.
O decus ô igitur nullos reticende per annos
MYNSINGERE potens, vt iam clarissima per te
Gloria, nomen, honos, laus & Frundeckia viuit
AEternùm scriptis; ita fac tua scripta per omnes
Viuant, laudentur, placeant, relegantur, amentur.

IOACHI-

IOACHIMI MYNSINGERI à Frundeck Iurisconsulti,

IN TIT. XXVII. LIB. II. DECRETAL.

QVI DE FIDE INSTRVmentorum inscribitur, Commentarij.

IN RVBRICAM.

Summaria.

1. *Continuatio huius tituli.*
2. *Fides quid.*
3. *Instrumentum vnde dictum, & quid significet: & num. 4. 5.*
6. *Instrumenta alia publica, alia priuata.*
7. *Instrumenta in statutis strictè accipienda.*
8. *Iudex post publicatas attestationes dilationem instrumentorum causa concedens, de testibus non censetur sensisse.*
9. *Differentia inter instrumenta & literas.*

1. CVm † in vnius cuiusq; noui tituli exordio duo ferè ab interpretibus tractari soleant, quorum quidem vnum ad ordinis, alterum ad rubricæ explicationem pertinet: adparet, ordinem hic esse satis manifestum. Cùm enim constet, in probationibus peculiarem esse locum instrumentorum, quo pro solis literis accipiuntur instrumenta, iusto nexu
2. de horum fide subijciendum erat. † Ad alterum verò quod attinet, fides propriè desinitur, vt sit dictorum conuentorumúe constantia & veritas, sic dicta, quod fiat quod dictum est: vt M. Cicero, & D. Hieronymus tradiderunt. Vnde & facta fides iudici dicitur, quando probatum ei est, vera esse, quæ affir-
3. mata sunt. Hinc rubrica de fide instrumen. † Porro instrumentum deriuatur à verbo instruere, cuius nomine significatur omne illud, quo quis ad operandum vtitur. Sic dicimus arma instrumenta belli esse: ligones, marras, sarcula agricolationis. Et Instrumentum dicitur id, quo quis docetur. Vnde dicimus, instrumentum vetus, & Instrumentum nouum, pro lege veteri, & lege noua: ex his enim homo christianus instruitur,
4. tur, quid agere, aut vitare debeat. † Interdum sumitur pro

apparatu, quo fundus, taberna, & id genus alia instruuntur.
Sic in Pandectis tit. est, *de fundo instructo, & instrumento legato.* † Proinde apud [a] Iurisconsultos instrumentorum 5.
nomine ea omnia accipiuntur, quibus causa instrui potest.
Quare & testes contineri, extra controuersiam est: cùm & ipsi
causam instruant, vnde meritò instrumenta nominantur. In
hoc autem titulo *instrumentum* strictius accipitur, significans
quamcunq; scripturam, quæ in charta aut membrana facta est,
rei inter homines gestæ testimonij, aut memoriæ causa.
† Huiusmodi autem instrumenta vel publica sunt, vel priuata: 6.
nec tamen par ius est horum in probando, sicut [b] alibi diximus,
& latius ex præsenti titulo suo loco discemus. † Ex communi 7.
tamen loquendi vsu, appellatione instrumentorum nec testes,
nec priuatas scripturas contineri, Doctores sentiunt. † Vnde in 8.
statutis, siue legibus municipalibus, quæ strictam interpretationem accipiunt, ea appellatione de testibus, huiusmodiq;
scripturis [c] non intelligemus: & si publicatis attestationibus
iudex dilationem instumentorum causa concedat, de testibus
non [d] accipietur. Quoniam licet scripturæ vsq; ad conclusionem causæ produci possint: testes tamen post publicationem
testimoniorum non admittuntur amplius, vt [f] alibi diximus.
Illud quoq; addendum, † instrumenta [g] Iustinianum imperat. 9.
alibi à literis separare: *in omnibus causis,* inquit, *siue propter* "
literas fuerit certatum, siue propter instrumenta, siue propter "
quicquam aliud, &c. Instrumenta ergo sunt, quas Cicero *literas publicas* appellat, hoc est, quæ vel à persona publica, veluti scriba magistratus, vel tabellione scripta sunt. Literæ
verò appellantur priuatæ, veluti rationes, breuiaria, codices accepti & expensi, syngraphæ, & cautiones à patrefam. conscriptæ.

**

a. l. 1. ff. de fid. instru. c. peruenit. 3. de testi. cog.

b. 3. in rubr. de probatio.

c. Io. de Imo. hic: Bart. & Alcia. in l. notionem. §. instrumentorum. ff. de ver. signifi.

d. Alex. in l. oratione. ff. de feri.

e. c. cùm dilectus. 3. hoc tit.

f. c. de testibus. 3. de testib.

g. in l. 1. C. de iura. propter calum.

TIT.

TIT. XXVII. DE FIDE INSTRVMENTORVM.

GREGORIVS.

CAPVT I.

SI [a] scripturam authenticam non videmus: ad [b] exemplaria [c] nihil facere [d] possumus.

Summæ rerum.

1. *SCriptura probatoria duplex, publica & priuata.*
2. *Instrumentum publicum.*
3. *Descriptio Instrumenti à Panormitano & alijs tradita, taxatur.*
4. *Notarij persona non facit Instrumentum publicum, sed publica autoritas: quod exemplis declaratur nu. 5. 6.*
7. *Instrumentum priuatum.*
8. *Instrumenta publica, quò ad autoritatem faciendæ fidei, inter se differre.*
9. *Authenticum quid dicatur.*
10. *Volumen Nouellarum cur Authenticum dicatur.*
11. *Exemplaria, transsumpta: item exemplum, copia, idem significant.*
12. *Nuda exempla sine Originali non faciunt fidem: & nu. 25. Fallit vt nu. 27. 30. 31. 32.*
13. *Quæ solemnitates requirantur ad Authenticum Instrumentum: & nu 14. 16. 18.*
15. *Indictio, Lustrum quid.*
17. *Nomina testium quando non sint necessaria in Instrumento.*
19. *Forma, quæ hodie in Instrumentis seruatur.*
20. *Notarius debet rogatus esse de confectione Instrumenti.*
21. *Notarius in dubio non præsumitur rogatus.*
22. *Instrumentum an partibus necessariò prælegi debeat.*
23. *Notarius Instrumentum propria manu scribere debet: fallit vt nu. 28.*
24. *Instrumentum Authenticum plenè probat.*
26. *Ratio, quare exemplo solo non credatur.*
29. *Protocollum quid: & vnde dictum.*
33. *Vt exemplum fidem faciat, inter cætera citatio aduersarij requiritur: quod limita, vt nu. 34.*
35. *Citatio partis aduersæ an & quando sit necessaria.*
36. *Casus recensentur, vbi exempla inter partes probant, etsi non sint authentica: & nu. 39. 40. 41. & 43.*

37. *Simplex consensus non praeiudicat.*
38. *Pro instrumento semper praesumitur, si non allegetur vitium extrinseca solennitatis.*
40. *Instrumentum in archiuo publico repertum an probet.*
42. *Si aduersarius nolit originale edere, poteit comminari iudex, se exemplo fidem adhibiturum.*

Hæc decretalis quô ad intellectum, duo puncta complectitur: primum de scriptura authentica: alterum de exemplata, siue descripta ad verbum, ab authentica loquitur.

Priusquam ad huius cap. interpretationem accedamus, † vi- 1.
dendum cum primis est, quotuplex sit scriptura probatoria. Et
duplicem esse constat, publicam scilicet & priuatam: vtramq;
enim sub instrumenti nomine comprendi, [a] suprà annotaui-
mus: hincq; dicitur, instrumentorum aliud publicum esse, aliud
priuatum. † Publicum illud rectè dicimus, [b] cuius ea est au- 2.
toritas, vt propter modum, quo secundum leges aut consuetu-
dinem factum est, publicam, adeoq; omnium fidem mereatur,
tanquam id, quod ritè & legitimè factum est: vt sunt tabulæ
testamentorum, donationum, mandatorum: item acta iudicia-
ria, quæ coram iudice descripta sunt, & si quæ sunt aliæ id ge-
nus scripturæ. † Et hæc descriptio longè sanior est eâ, quam 3.
Panor. & pleriq; alij hic tradunt, qui scripturam publicam
vocant, quæ à publica persona, hôc est, tabellione siue notario,
solenniter confecta sit. † Non enim requiritur notarij manus
ad hoc, vt tabulæ & scripta pro publicis instrumentis habean- 4.
tur, neq; notarij persona, sed publica autoritas, quæ in confi-
ciendo aliquo scripto, vel suffragatione legis, vel consuetudinis,
vel iudicis præsidentis iudicijs ei accedit, publicum instrumen-
tum facit. Quare rectè [c] Inno. & Lanfran. [d] *Si de consuetu-
dine* (inquiunt) *fides plena adhibeatur aliquibus scripturis, tum ple-
nam fidem faciunt, etsi non sint confectæ per* [e] *notarium* † Sic, quæuis 5.
scriptura, quam priuata persona conficit manu propria, in actis
corā iudice, censetur publica, fidemq; integram meretur, [f] etiam
sine testibus. † Addit Lanfr. chartam ex archiuo publico pro- 6.
latam, quæ subscriptionem officialis eò deputati, puta ratioci-
natoris habeat, plenè probare, [g] etsi non sit notarius. † Econ- 7.
tra priuatum instrumentum dicitur, quod sola scribentium aut
contrahentium autoritate subsistit, sine præfatione modi, a le-
gibus, consuetudine, vel iudice facta: vt sunt chiroprapha
debitorum, apochæ creditorum, codices rationum, epistolæ, &
similes scripturæ. † Porrò inter instrumenta, quæ publicè con- 8.
ficiuntur, distinguendum plerunq; est, maximè quod ad auto-
ritatem faciendæ fidei attinet. Etenim aliud illorum fit obser-
uata omni solennitate, quæ in conficiendo publico instrumento
requiritur, & ob id ad differentiam aliorum, in quibus hu-
iusmodi solennitates, tam exactè non obseruantur, dicitur au-
thenticum

a. in rub. hoc tit. nu. 6. & s. in rub. de probat.
b. Lagus in sua Methodo.
c. hic.
d. in c. quoniam con. in verb. instrumentorum productiones. s. de probat.
e. Casus in c. Cum dilectus. j hoc tit.
f. Casus est sing. in l. ne in arbitris. C. de arbit. & ibi tenet hoc Bal.
g. Auth. Ad hæc. C. de fid. instr. Idemq; Bal. & Bart. probāt in auth. Si quis. C. Qui pot. in pig. hab.
h. l. vlt. ff. testam. quemad. aper.
i. l. 2. ff. de fide instrumen.
k. Epist. ad Atticum lib 9. & 10.

thenticum (quod vulgò originale vocamus) vt quod certæ, in-
9. dubitatæq; fidei sit. † Nam ἀυθεντικὸν, authenticum, ἀπὸ τῦ ἀυθεντῶν, pro re certæ fidei poni constat, non solùm apud Vlpianum, [i] Paulumq; Iurisconsultos, sed etiam apud [k] Ciceronem.
10. † Hinc factum est, vt authentica post Accursium vulgus interpretum & pragmaticorum vocent, quæ τὰς ΝΕΑΡΑΣ, & nouellas constitutiones ipse Iustinianus, eiusq; interpres Iulianus Patritius, & interpretes Græci veteres appellant. Vndè autem eam appellationem traxerint, Alciatus [l] alibi docere nititur: quoniam scilicet Bulgari tempore ex ipso Græco originali ad literam traductæ esset. Hinc quamlibet scripturam, quæ suis constat solennitatibus, & per se absq; alio adminiculo integram mereretur fidem authenticam dicimus: atq; ita in cap. nostro, & per discursum tituli accipiendum est. Cæterùm quæ requirantur solennitates, vt instrumentum habeatur authenticum, infrà mox, discusso prius textu, annotabimus.

l. lib. 2. parerg. cap. 46.

a Scriptu. auth.) Id est, originalem, siue Instrumentum omni solennitate absolutum, quæ in conficienda publica scriptura requiritur.

11. b Exemplaria) † Per exemplaria intelligimus descriptiones siue transsumpta (vt nunc vocant:) Transsumere enim est ex alio sumere. Vnde, quæ ex primis tabulis (vulgus originalia vocat) transcripta sunt, solennitate iuris adhibita, vulgò transumpta dicuntur. Cicero exemplum vocat, quod ad similitudinem alterius verbotenus descriptum est: [m] *ex literiis*, inquiens, *qua cum ad me exemplum misisti.* Et [n] Vlpianus: *Heredem enim*, ait, *exemplum debere dare: tabulas verò authenticas ipsum tenere: aut in ædem deponere.* Barbari copiam appellant. Bartolus [o] tamen inter exemplar & exemplum hanc differentiam constituit, quòd exemplar sit scriptura principalis, exemplum verò scriptura inde sumpta.

m. Epist. lib. 3.
n. In l. ceteræ. ff. fami. hercis. & l. 2. & 11. ff. de eden.
o. In l. Sempronius. ff de lega. 2.

c Nihil facere) id est, nullam fidem exemplis adhibebimus. Sensus enim est, descriptionem siue exemplum alicuius instrumenti publici, authoritatem faciendæ fidei non habere, nisi authenticum, siue originalis scriptura quoq, exhibeatur.

12. d Possumus) † Et sic nuda exempla sine ostensione authenticæ siue originalis scripturæ, per se fidem nullam faciunt: nisi facta sint à præfectis archiui principis supremi: tunc enim etiam parte non vocata, inter subditos dicti [p] principis, probant.

13. Explicito sic vtcunq; textu, † videamus modò, quæ sint solennitates in publico instrumento adhibendæ, vt authenticum habeatur. Et [q] Accur. itemq; Specul. varias referunt, nos prin-

p. Felin. c. ad audientiam. col. 5. ŝ de probat. Molinæ in consuetud. Paris. §. 5. nu. 28. & Bal. bic in fi.
q. in l. generali. C. de tabul. lib. 10.

cipaliores tantùm notabimus. Primum igitur requiritur in eius
initio inuocatio diuini nominis, maximè in arduis & perpetuis.
Et quamuis [r] Bar. [t] Abb. Bal. & [u] Castren. putent, inuocatio-
nem non esse de substantia: Felin. tamen ait, [x] ratione consue-
tudinis iustam solennitatem effectam esse de substantia, si qui-
dem rectè [y] Panor. docet, omissionem solennitatis ex sola con-
suetudine introductæ, actum reddere nullum. † Item necesse 14.
est, annotari annum incarnationis Christi. Item indictionem
Romanam: † Est autem indictio, spatium annorum quinde- 15.
cim, quod indicebatur, vt tribus lustris tributa toto orbe Ro-
manæ reipub. soluta essent. Lustrum autem quinquennium si-
gnificat: & quomodo inueniri possit indictio, [z] alibi tractatur.
† Item exprimendus est dies mensis, quo gesta est res, [a] non
quo confectum est instrumentum. Item nomen Imperatoris, 16.
vel regnantis extra imperium exigitur, [b] ex iuris communis
dispositione, licet vsus id non passim obseruet. Item necessaria
est descriptio loci contractus initi, vel alterius cuiusq; rei [c] ge-
stæ. Item nomina testium, ad rem, quæ gesta est, adhibito-
rum, exprimi debent: † nisi consuetudo releuaret ab hac so- 17.
lennitate [d] descriptionis testium, vel conficerentur acta iudi-
cij, [e] aut instrumentum in publico regimine siue parlamento
fieret, [f] quia præsumitur ibi multos adfuisse testes. † Præte- 18.
rea nomen tabularij describentis instrumentum, [g] adponi in-
strumento debet. Item signum tabellionis, [h] vt si sit opus,
fieri collationem scriptorum instrumenti, fides ex signo tabel-
lionis tantò melius colligi possit. Atq; ita [i] Doctores nostri
fine controuersia tradidêre; vsusq́, passim recepit. Et quam-
uis dubitatum fuerit an locus loci in hunc modum exprimen-
dus sit (actum Friburgi in tali platea, & domo tali) securi-
us tamen est, vt exprimatur, quod Iacobus [k] Butrig. [l] Bart.
& [m] Ioan. And. rectius censuêre. † Solet autem hæc forma 19.
hodiè ex consuetudine ferè ita obseruari, vt initio post inuo-
cationem diuini nominis ponant, quæ ad temporis descriptio-
nem faciunt, vt sunt annus Christi, indictio, & dies, quo res
gesta est: nomen regnantis in prouincia, vbi conficitur instru-
mentum: sed locum, in quo res est gesta, nomina testium, no-
men & signum tabellarij, in fine instrumenti ponunt. † Ampli- 20.
us requirunt interpretes, quòd notarius palàm sit rogatus de
confectione instrumenti, maximè ab his, ex quorum consensu
actus [n] pendet. quare si à voluntate vnius pendeat, sufficit ab
eo rogatum esse tabellarium, vt in effectu hic Bat. Abb. & Imo.
in cap. proximè sequente concludunt. † In dubio autem non 21.
censetur rogatus esse, quia est solennitas extrinseca, [o] quæ non
præsumitur. Si tamen notarius scribat, se rogatum, vel vtatur
verbo (*publicauit*) præsumetur rogatus, quoniam ista est so-
lennitas intrinseca, [p] surgens ex vi vocabuli. † Deinde necesse 22.
est, vt instrumentum prælegatur partibus, idq́; [q] Bart. non mo-
do in

r. Specul. tit. de instrum. edi. in prin.
s. in l. si quis ex argentarijs. §. si initium. ff. de edend.
t. hic.
u. in l. iurisgentium. §. quod ferè, de pac.
x. secundum glo. in nouel. vt præpo. nom. imp.
y. in proœ. decre. 12. col.
z. Vide gl. c. inter dilectos. j. hoc. tit. & ibi dicam.
a. Specul. d. tit. §. i. vers. debet etiam instrumentum
b. Auth. vt præpr. no. imp. vers. nunc sancimus.
c. c. Abbate. in verb. conferetur. ibi gl. de re iud. in 6.
d. Inno. hic. arg. c. cùm dilectus. j. eodem.
e. per not. c. quoniam contra. s. de probat.
f. Specul. eo. tit. §. restat. vers. sed cum literis.
g. Auth vt præpo. no. imp. & l. contractus. C. de fide instrum.
h. Auth. de instr. fi. & cau. §. oportet autem. l. fi. C. de edict.
i. in c. inter dilectos. in gl. verbi indictionis. j. hoc tit.
k. in l. optimam. C. de contrah. stip.
l. in l. de pupillo. §. qui nunciat. ff. de nou. op. nunc.
m. in c. Abbate. in fi. de sent. & re iud.
n. §. nos. autem. in No. de tabelli.

dò in contractibus, qui in scriptis celebrantur, sed in omni alio
actu scripturam desiderante, procedere ait: cui [p] Panor. subscri-
bit, addens secus in alijs esse, quæ in scripturam rediguntur,
probationis tantùm conseruandæ gratia: & in dubio non præ-
23. sumetur scriptura fuisse [q] lecta. † Deniq; oportet, quod tabel-
larius, qui ita rogatus est, instrumentum sua manu conscribat:
[r] nam hoc munus alteri delegare prohibetur. Vt enim instru-
mentum habeatur authenticum, necesse est hoc per publicam
personam, quæ rei gestæ interfuerit, atq; ita fieri viderit, & au-
24. diuerit, conscriptum esse. † Huiusmodi ergo instrumentum,
quod hisce solennitatibus constat, absolutumq; est, *authenticum*
dicimus, & hoc plenam adferre rei fidem sine adminiculo alte-
rius probationis, indubitatum est. Etsi enim testes, vel notari-
us, qui in eo conficiendo sunt adhibiti, decesserint, vel aliàs non
sint ad manum, vt sua depositione contestentur, rem ita actam
esse, sicut instrumentum continet: tamen quia leges, aut con-
suetudo, aut iudex, modum, quo illud conscriptum est, adpro-
bant,[u] valet eius autoritas. § Hactenus de authentica scriptura
diximus: nunc videamus de exemplo, quod ab authentica de-
25. scriptum est, nùm fidem faciat. † Et hinc annotant omnes, exem-
plum instrumenti seu indicem, aut apographam, fidem in iudi-
cio non mereri, [x] & ideò originalia producenda esse: alioqui fa-
cilè circumueniri veritas posset, cùm exemplaris vitia sola e-
26. xempli lectione dignoscere [y] nequeamus. † Cur autem exem-
plum fide careat, [z] Bald. quatuor rationes refert: inter quas ea
cæteris est efficatior, quia ex instrumento non probatur, nisi id,
de quo rogatus est notarius, [a] vt instrumentũ conficiat, quodq;
eius rogationis tempore gestum [b] fuit. Is autem qui exemplum
describit, nec de originali rogatus est, nec eo tempore, quo ro-
gatur, quicquam magis attestari de re in authentico scripta po-
test, quàm testis de re ab altero audita [c] posset, meritò igitur
eius fides vacillat. Quò fit, vt parum referat, etiamsi exemplum
manu publica conscriptum [d] sit, vnusue id scripserit, an plu-
res: nec enim etiam pluribus notarijs creditur, nisi quatenus
rogati [e] sint, adeò, vt etsi attestentur, se vidisse instrumentum
originale, siue matricem scripturam, sine omni vicio, nihilo ma-
gis [f] probent: deponunt enim vt testes non iurati, nec exami-
27. nati à iudice, sed motu proprio, & parte non citata. † Excipiun-
tur tamen à regula prædicta aliquot casus: primus est, Si exem-
plum ab eodem factum sit, q & originale ipsum conficere iussus
fuerit: nam ꝓbare illud dicendum est, cùm cessent prædictæ rati-
ones, ipsumq; exemplum hoc casu originale dici [g] possit, cùm &
eadem sit persona, eademq; autoritas, [h] quæ scripturæ addit fi-
dem. Potest enim ex eodem protocollo notarius plura exem-
pla describere, & subscriptione sua authentica ea [i] facere,
dum tamen adpareat, id egisse eum, vt sint authentica: ve-
luti, quia solennia seruauerit, subscriptionem signumque

o. l. quæcunq. § fin. de publicia.
p. Bar. in l. sciendum. ff. de verb. oblig.
q. Bar. l. contrarius. C. de fid. instr.
r. hîc. quem limita in casu. c. appellatio. de app. in 6.
s. d. l. quæcunq.
t. Auth. de tabell. in pr.
u. c. 2. ĩ. h. tit. gl. l. 2. circa pri. ff. quemad. test. aper.
x. l. 3. C. de diuers. resc.
y. l. fin. C. de ed. di. Adr. tol.
z. in auth. si quis in aliquo. C. de eden.
a. §. Nos autem. in nouell. de tabell.
b. gl. l. 1. C. de fid. instr. lib. 10.
c. l. 3. §. nosti. ff. de test.
d. gl. §. & hoc insuper. in nouell. vt sponsa. larg.
e. Bart. auth. si quis in aliquo. C. de ede.
f. iuxta Alb. Rosa. & Paul. Castr. qui notant Specul. contrarium sentientem de instr. edit. §. restat. ver. pen.
g. l. qui tabulas. §. inde. ff. de furt.
h. l. si quis. § prohibet. ff. de eden. l. vnum. cum gl. & ibi pond. Bald ff. de testa. tex. c. dudum. de conuer. coniu.
i. l. Sempronius. ff. de legat. 2.

 addi-

addiderit, [k] alioqui ceu nuda exempla non probarent. Et hæc
quidem vera sunt, etiamsi ille notarius exemplum non scripse-
rit, sed ab alio scriptum, ipse subscriptione sua, signoq́; [l] me-
minerit. † Hoc enim ei tum facere licet, si ipse iusta ex causa 28.
impeditus sit: quo casu in subscriptione mentionem impedi-
menti facere debet,& quod inuenerit exemplum originali con-
forme. † Protocollum autem dicimus, subitaneam illam anno- 29.
tationem rei gestæ, quasi primam rerum collectionem, quan-
do statim in ipso negotio notarius obiter rei gestæ seriem, item
tempus & locum, & cætera instrumento concipiendo necessa-
ria, annotat, vt ex illis notis tanquam breuiario postea instru-
mentum ritè conficere possit, compositum nomen ex prima
colla, qua glutinari codices solebant. † Secundus casus est, si 30.
notarius, qui instrumentum scripsit, alijs adhibitis tabellio-
nibus eos rogauit, vt & ipsi proprio instrumento attestarentur,
fuisse se de eo documento rogatum, manuq́; ipsius conscri-
ptum: hi enim fidem huius rei [m] facient. † Tertius, si post 31.
Notarij obitum, qui rogatus erat conscribere instrumentum,
substitutus sit à iudice alius, eius exemplum fidem [n] faciet: in-
terpretatione enim iuris, propter autoritatem iudicis, & alia
solennia personam autoris sui repræsentat. † Quartus, si per 32.
alium notarium iudicis autoritate descriptum sit exemplum,
perindè fidem ac originale ipsum [o] obtinebit. † Quod ve- 33.
rum intellige, dummodò parte, cuius interest vocata, ritè de-
scriptum sit, hoc est, quòd iudex perspecto originali cognoue-
rit, validum id ac solenne esse, exemplumq́; cum eo collatum de-
bita recognitione ac dispunctione facta concordare,& ideò ceu
authenticum in publicam formam redigi mandet, idq́; ex iusta
causa, vt quia archetypum ob vetustatẽ in literis incipiat defice-
re, vel necessariò sit aliò transferendum: & si quæ causæ similes
sunt. Et ab huiusmodi apographo, siue quod idem est, exem-
plari tali obseruatione descripto, aliud desumptum exemplum
æquè probabit, atq; si ex vera matrice, ac primo originali es-
set, sine [p] manu eiusdem notarij confectum, sine autoritate
iudicis, & causa cognita, siue in archiuo, vel inter acta ritè re-
positum fuerit: quod & [q] Anchor. ex facto consultus respon-
dit. † Non tamen semper necessaria est ad huiusmodi descri- 34.
ptionem partis citatio. Quid enim, si periculum sit in mora de
perdendo originali? [r] quid se per eundem tabellarium descri-
ptum sit exemplum, qui & originale confecit? vel ab archiuo
publico [s] describatur? aut consuetudo solennitati citationis
[t] deroget? Nam istis casibus citationem non requiri prodi-
tum est. Idem, si exemplum priuilegij eius autoritate fieret,
qui etiam nouum concedere [u] posset. Ob vetustatem quoq;
præsumi citationis solennitatem [x] Ias. referr. † Scribit por- 35.
rò [y] Alciatus, in his, quæ voluntariæ sunt iurisdictionis, &
neminem aduersarium verisimiliter habent, citationem non re-
quiri.

k. L i. §. si quis in duob. ff. de to. poss. secundum tab.
l. l. Diuus. §. Item Senatus. & ibi Bar ff de fal. Ias. hic num. 3. & 4.
m. Bart. in d. auth. si quis in aliquo existimat.
n tex. cum P. tabellio h. tit.
o. §. Illud. in nouel. vt fra. fil. & l. chyrographis. ff. de adminis. tut.
p. Bart. in d. auth. si quis in aliquo. & communiter Dd. l. 2. C. de relat.
q. Cons. 41.
r. Innoc. c. fin. ĩ eod. Ang. d. auth. si quis in aliquo.
s. C. ad audientiam vbi Feli. de præscrip.
t. Bal. d. auth, si quis in aliquo Alex. cons. 65. in 1. parte.
u. l. si donatio. C. de donat. gl. c. Romanorum 1. 9. dist.
x. in d. authe. si quis in.
y. in d. l. procurator. C. de eden.

quiri. In his verò, quæ contentiosæ sunt iurisdictionis, aut
verisimiliter aduersarium habent, tametsi is certus non sit, arbi-
tratur generalem citationem, quæ per edictum fit, [z] sufficere.
Quod Bal. & Ang. quoq; tradiderunt: & istis quidem casibus
exempla pro authenticis scripturis habentur, eandemq; in pro-
36. bando vim obtinent. † Sunt etiam pleriq; casus, quibus
exempla saltem inter ipsas partes fidem faciunt, licet authenti-
ca dici non possint. Primus: Si partes exemplum illud tanquam
37. iustum & verum [a] adprobarint. † Qui simpliciter describi con-
senserint, non ideò censentur adprobare quoq; voluisse: nam
& qui consentiunt, vt ex consilio alicuius sententia feratur, non
ideò eam adprobant, [b] quin appellare possint: & qui testimo-
nia publicari petit, non tamen testium dictis acquiescere [c] aut
non solennia adprobasse videtur? Quid si non expressim, sed ta-
citè aliquis consensus arguatur, vt quia exemplum in iudicio
produco, tu nihil excipis. Et si exemplum in eo viciosum sit,
quia iudicis autoritas non accesserit, [d] fidem non facit, si verò ex
38. eo non deficiat, fidem faciet. Quia † pro regula traditur, sem-
per pro instrumento præsumi, si pars non alleget extrinsecus
39. accedentis solennitatis [e] vitium. † Item si quis pro se in iu-
dicio exemplum producit, illud adprobasse censetur, & aduer-
sus producentem fides illi dabitur. Idq; & in quauis alia scri-
ptura in iudicio producta, locum [f] habet. Item si exemplum per
modum registri confectum sit, vt, si actor producat instrumen-
tum mandati coram iudice, idq; extensim in acta descriptum
sit, mandante iudice, tunc parem cum originali [g] fidem habebit.
Sin autem non fuisset totus tenor instrumenti descr.ptus, non
fuisset registratum instrumentum perfectè, tum non probat,
quia eo casu tenor instrumenti non esset de actis, [h] sed sola pro-
40. ductio. Item, si exemplum reperitur in archiuo publico, fidem
faceret: quod pleriq; restringunt, vt solùm in eo loco, aut in-
ter eius vrbis ciues procedat: quod enim ad alias ciuitates at-
41. tinet, archiuum illud pro priuato scrinio [i] habetur. † Volunt
[k] pleriq;, quandoq; exemplo fidem adhiberi in odium eius, qui
42. originalia exhibere contumaciter detrectat. † Illud absq; con-
trouersia est, posse iudicem ob contumaciam partis illi com-
minari, nisi originale edatur, se exemplo fidem [l] adhibiturum.
43. † Vltimò non procedit regula supradicta, quò ad aliqualem
probationem vel præsumtionem: [m] quod intellige,
quando originale est deperditum, tunc volunt
exemplum facere semiplenam pro-
bationem: aliàs secus.

A L E-

z. Arg. c. fi. de elect. in 6. & l. si eodem. C. de remiss.

a. l. optimam. C. de contrah. stipul.

b. Bart. l. si conuenerit. de re iud.

c. Inno. c. significauit. c. cum causam. de testib.

d. l. sicut. §. non videtur. Quib. mo. pig. vel hyp. Inno. c. insinuauit. de testib.

e. c. ea noscitur. de his quæ fi. à prælat.

f. c. cum venerabilis. ĵ. de except.

g. Ang. in d. auth. si quis in aliquo. allegans. l. fin. ĵ de fid. instr. Bart. in d. l. chyrographis.

h. Inno. c. cum in iure. in fi. de off. deleg.

i. gl. l. i. ĵ de pet. hæred. Ita Io. And. ad Spec. de inst. edi. § nunc dicendum. in add. magna.

k. ita Bal. in l. Publicati in 8. q. C. de testa.

l. arg. l. in venditione. §. fin. de bon. aut. inter poss. quod tamen non nisi ex magna causa fieri debet l. fin. C. de fid. instr.

m gl. in l. 2. de fid. instr.

n. gl. l. sicut in l. quum. C. de fid. instr. Bart. l. admonendi. versi. quæro quid de exemplo. ff. de iureiur.

ALEXANDER III.

CAPVT II.

SCripta verò authentica, ſi teſtes inſcripti deceſſerint, niſi per manum publicam facta fuerint, ita quòd appareant publica, aut authenticum ſigillum habuerint, per quod poſſunt probari: non videntur nobis alicuius firmitatis robur habere.

Summæ rerum.

1. *INſtrumenta fidem amittunt, ſi teſtes inſcripti deceſſerint: fallit, vt nu. 2. 4.*
3. *Inſtrumenta quando dicantur publicari.*
5. *In hoc cap. Dd. examinare, quam fidem priuata ſcriptura faciant.*
6. *Priuata ſcriptura triplex: & quid ſit apocha & antipocha.*
7. *Apocha an & qualiter probet, concluſionibus expeditur: & num. ſequen.*

Ex hac decretali perfunctoriè eſt annotandum, † Inſtrumenta & ſcripturas corruere, fidemq́; amittere, ſi teſtes inſcripti deceſſerint. 1. † Fallit tamen, ſi per manum publicam ſint confecta, hoc eſt, per tabellionem ſiue notarium, accedente tamen autoritate iudicis, ac reliquis ſolennitatibus ſuprà in præcedenti cap. relatis: 2. Neq; enim ea ſolum inſtrumenta dicuntur priuata, quæ manu contrahentis, ſed & quæ alterius cuiuſcunq́; etiam notarij manu ſcripta ſunt, ſi in illis non eſt obſeruata forma, de qua ſuprà diximus. † Nam per talis formæ obſeruationem, inſtrumenta publicari dicuntur, hoc eſt, ſi præſcriptam formam tabellarius in confectione inſtrumenti ſeruauerit, tum publicum eſt, probatq́;, etſi teſtes ac tabularius ipſe defuncti ſint. 3. † Deinde fallit, ſi ſcriptura habeat authenticum ſigillum: nam & illud probat ea, quæ in ſcriptura, cui adpenſum eſt, vel impreſſum, continentur, licet teſtes mortui ſint. 4. † Quia verò interpretum ferè omnium dicta verſantur hic circa materiam ſcripturæ priuatæ, & epiſtolæ, & libri rationum, & ſigilli: nos omiſſis ambagibus, quam fidem prædicta ſingula faciant in iudicijs, hic examinabimus. 5. † Cum primis autem ſciendum eſt, doctores legum trifariam de priuatis ſcripturis loqui. 6. Quædam enim dicitur [a] apocha, Item [b] antipocha, hæc enim ex pari procedunt. Apocha enim ſignificat chirographum & confeſſionem, quam debitor, qui fidem ſuam de re-

a de qua loquitur l. plures apochas. C. de fid. inſtr. & auth. ſi quis vult cautè. C qui pot. in pig. hab.
b l. ſi quis ex argentarijs. §. edi. C. de edend.

de receptis exoluit, à creditore accipit: *antipocha* verò, quam
debitor creditori facit. Deinde est *codex*, siue *liber rationum*,
quem vnusquisq; sibi [b] confecit. Deniq; *epistola*, quæ ad absen-
7. tes mitti solet. † Quod igitur ad *apocham* pertinet, has tene con-
clusiones. Prima: Si is, aduersus quem in iudicio apocha pro-
ducitur, confiteatur se eam scripsisse propria manu, plenam fi-
dem facit aduersus [c] confitentem, etiamsi si is debitum in ea
comprehensum inficietur, sua tamen confessio ipsi [d] præiudi-
8. cat. Secunda: † Si producatur apocha manu debitoris scripta
vel subscripta, eaq; trium testium subscriptione munita sit, etsi
debitor neget illam sua manu conscriptam, subscriptamúe esse,
testes verò sua depositione affirment, eorumq; subscriptiones
agnoscant, accedat item comparatio literarum, tum plenè [e] pro-
bat. Quod si literarum collatio non accesserit, putat Bart. [f]
semiplenam tantùm probationem induci, cui Ang. [g] & Bal. [h]
cum plerisq; alijs subscribunt: frequentius tamen obtinuit, eti-
am sine literarum collatione, eam plenè probare. Sed & so-
lam literarum comparationem absq; alia recognitione testium
hoc casu sufficere ad faciendam plenam fidem, Bart. [k] voluit:
& hoc procedit propter tot subscriptiones negatas à debitore.
9. Tertia: Si apocha † simpliciter vel per testes, vel per solam li-
terarum comparationem confirmetur, sine alio adminiculo,
semiplenam fidem præstat. [l] Quarta & vltima: Si apocha pro-
ducatur nullo adminiculo suffulta, nec subscriptione partium
vel testium, nec comparatione literarum, tunc præsumptio-
nem quidem aliquam inducit, semiplenè autem non [m] pro-
bat. Cæterùm de libris rationum, & epistolis, an & quatenus
probent, quia [n] suprà satis multa diximus, hîc eadem repe-
tere superuacaneum fuerit. Quare quæ ibi
annotauimus, ad hunc locum fa-
cilè referri possunt.

b. l. si quis ex argentarijs. §. edi. C. de eden.
c. l. publici. in fi. ff. depositi. §. si quis igitur. in nouel. de instru. cau. & fid.
d. Casus est in l. scripturas. C. qui pot. in pig.
e. Ita communiter Dd. in l. admonendi. ff. de iureiur.
f. ibidem.
g. ibi. & in l. comparationes. C. de fi. instr.
h. in auth. sed nouo iure. C. si cert. pet.
i. Io. de Imo. & Lud. Rom. in l. nuda ratio. ff. de dona. & cano. hic communiter.
k. in d. l. admonendi. & auth. at si contractus. C. de fi. instr. d. scripturas. l. d. auth. etsi contractus. & ibi Dd.
m. gl. recepta communiter in. § si tum quisquam in no. de instr. cum tex. in c. nostro hic, & quæ hic per Dd. notantur.
n in Rub. s. de probat. & c. post cessionem. eod. tit.

IDEM.

CAPVT III.

EX literis vestris accepimus, quòd cum causa, quæ inter magistrum A & R. super capella de Ambitoria vertitur, de mandato nostro susceperitis terminandam, prefatus R.[a] literarum sibi copiam fieri[b] postulauit. Qui cum eas argueret falsitatis, quia[c] in narratione facti abrasæ sunt, vbi scriptum est iura parochiali: & infrà. Dicimus, quòd propter abrasionem illam, iudicari falsæ non possunt, nec etiam haberi suspectæ, præsertim cùm &[d] priuilegia in possessionibus abradantur, & literæ in narratione facti (si erratum est) possunt incunctanter abradi.

Summæ rerum.

1. *DElegatus an teneatur rescriptum citationi inserere.*
2. *Rescriptum propriè quid.*
3. *Rescripta secundum ius commune interpretanda.*
4. *Abrasio quatenus viciet instrumenta: & nu. 6. 7.*
5. *Varios esse huius cap. intellectus.*
8. *An ob rasuram in vno loco factam, totum instrumentum vicietur.*
9. *Testis in vno falsum dicens, de falso suspectus est in tota causa.*
10. *Notarius quando errorem suum corrigere possit in his, quæ ad ipsum pertinent: & nu. 11.*
12. *Maior est defectus omissionis, quàm erroris.*
13. *Error à notario commissus in pertinentibus ad partes, quando corrigi valeat.*
14. *Quomodo notarius errorem docere possit.*
15. *Si dolosè quid omissum sit à notario, punitur.*
16. *In dubio potius præsumitur error, quàm falsitas in notario.*

a Literarum) nempe rescripti apostolici, siue mandati, & commissionis.

b Postulauit) nisi enim rescriptum insertum sit citationi, debet reo copia dari: rescripta namq; sunt quædam communia concessa vtriq; parti, vt instantia fiat, & nullus controuertentium de iure suo offendatur seu lædatur. †Hoc tamen 1.
non

non est ignorandum, quod delegatus obligetur rescriptum citationi inserere, quando partes euocat per locorum distantiam, vt quia citetur, qui valdè remotus sit: alioqui non tenetur sui præsentiam [a] facere. Vbi autem non esset magna locorum distantia, vt quia vocatus sit in loco vocantis, vel modico abhinc interuallo absit, sufficit, si citans simpliciter delegatum sese astruat, vt vocatus venire obligetur, nec opus est inseri rescripti copiam: consultius tamen fuerit, si iudex in fine citationis adtexat hanc clausulam, *hæsitantibus de nostra iurisdictione fidem faciemus* [b] *requisiti.*

a. c. cùm in iure. de off. deleg. c. præterea. vbi post pan. de hoc diximus. ĩ. de dila. Bart. & Cast. l. 2. si quis in ius vo. non ie.

b. l. si quis ex aliena. ff. de iud. Panor. in d. c. cùm in iure.

c Narratione facti) secus enim esset, si in verbis dispositionis abrasio esset facta.

d Priuilegia) Ex hoc infert Panor. rescriptum ad lites non dici priuilegium, quia rescriptum est secundum ius, cùm mandet ius fieri impetranti: priuilegium verò contra [c] ius.
2. † Rescriptum enim propriè dicitur, quando per principem re-
3. scribitur aliquid ad obseruationem iuris communis. † Et rescripta secundum ius commune interpretanda sunt, etiamsi multis clausulis fulciantur: & in dubio rescribens, rescripta aliter dare non [d] præsumitur: imò secundum Dec. [e] omnia rescripta iuri communi, & æquitati conformari debent, etsi verborum natura non patiatur,

c. de quo vide not. in c. olim. ĩ. de verb. sig. Abb. in rub. ĩ. de rescrip. Bal. in l. 1. ff. de consti. prin.

d. c. causam quæ. de rescript. l. si quando. C. de in off. test. l. falsò. C. de diuer. rescr. l. rescripta. C. de preci. imp. off.

e. in rub. de rescr.

4. Ex hac decretali † annotandum est, abrasionem non viciare rescriptum, priuilegium, vel quoduis aliud instrumentum, si in narratione facti, siue in verbis narratiuis facta sit, se-
5. cus si in verbis dispositiuis. † Quia verò & in facti narratione, ac nominibus possessionum per abrasionem fraus committi potest, factum est, vt diuersimodè hunc tex. Dd. acceperint. Panor. reiectis aliorum opinionibus, tum demùm propter abrasionem viribus destitui instrumenta censet, quando ea in loco non suspecto facta sit, nec ita magna existat, quod præsumptionem fraudis parere queat: nec posse in hoc certam dari regulam, sed iudicantis id relinquendum esse arbitrio, qui ex Imolæ sententia, abrasionē non viciare putauit, quando literæ emanant clau-
6. sæ [f]. † Idem, si rasura facta sit in non substantialibus (vt in hoc tex.) vel in subscriptione mentio fiat rasuræ, [g] vel per aliam scripturam publicam constet, abrasionem rectè fuisse factam, aut ex comparatione literarum colligatur, in loco raso fuisse repositas literas eâdem [h] manu: licet hac vltima specie Panor. [i] consentiat, tum solùm locum esse comparationi asserens, quando abrasio est in loco non suspecto. Qua de re videndus est Felin.
7. [k] hîc, qui de hoc vberius scribit. † Regulariter verò instrumenta, propter abrasionem in loco suspecto contingentem, vicientur, nisi suspitio per prædicta purgari valeat. Vt autem

f. Vt est gl. hic. & in c. licet. in verb. tenuem. ĩ. de cri. fal. Bal. hic. allegans tex. l. Tribunus. §. fin. ff. de milit. test.

g. Bal. l. 1. ff. de his qui in test. delen.

h. secundum Cofr. Butr. Card. Imol. Felin. hic.

i. propter gl. c. cum venerabilis. de reti. domi.

k. nu. 14.

abrasio non noceat, eam incontinenti factam fuisse requiritur: si enim notarius iam senior factus emendare vellet, quod iuuenis scripsisset, instrmentum esset suspectum[l]. † Sed 8.
quæri solet, an si rasura facta sit in loco suspecto, ob id totum instrumentum concidat, vel ea tantùm pars, cui inhæret? & Baldus refert, Oldradum censuisse, non totum vitiari, sed in eo tantùm capitulo, in quo abrasio contigerit. Diuiditur ergo fides instrumenti, propter diuersitatem loci[m] rasuræ: quod recipi potest, si instrumentum plura capitula separata habeat, aliàs secus. In testium tamen dictis diuersum obtinet. † Nam 9.
si testis in vno falsum dixerit, in tota causa de falso suspectus est, corruitq; integrum eius testimonium, quia periurium incurrit: nec refert, siue prius falsum deposuerit, postea verum, aut contrà, primò verum, deinde falsum sub vnius & eiusdem iuramenti vinculo dixerit: nam totum indiuisibile vitiatur.

l. Bald. hic.

m. in l. fin. in 4. oppo. C. de edi. di. Adr. tollen.

Differunt † porrò hic plerią; Dd. quando notarius 10.
possit errorem suum corrigere: in qua materia latè sese diffundunt Doctores[n]: Sed rem in Epitomen contrahendo, considerandi sunt duo præcipui casus: primus est, in pertinentibus ad notarium: alter in spectantibus ad partes. In primo casu ex Bar. duæ theses colligi possunt. Prima est: Quòd in his, quæ spectant ad tabularium, in quibus error non vitiat, tabellarius possit errorem suum corrigere. exemplum est in falsa latinitate, vt si in Grammatica errauerit:[o] talis enim emendatio nemini lædit, nec pars contradicendi causam habet, quare non[p] fiat: & ideo si oratio truncata sit, suppleri potest per verbum subauditum[q]. Sed etsi erratum sit in eo, quod vitiaret instrumentum, puta, quia in eo omissa sit indictio, putat Bart. notarium hunc errorem corrigere posse, ne scribentis error noceat partibus: cui Bal.[r] & Ang.[s] subscribunt. † Secun- 11.
da thesis: Si à notario commissus sit error, nec tamen adpareat, in quo erratum sit: vt quia omiserit diem, & non constet, quo die res gesta sit, hac spe.ie creditur illi dicenti, se de die recordari, & emendare potest: sicut officiali creditur in officio sibi commisso[t]. Hoc tamen videtur temperandum esse, vt procedat, quando non est vis in tempore, vt quia dies non sit de substantia instrumenti, secus si sit de eius substantia, vt in actione hypothecaria, quia tunc corrigere vetatur, nisi probato errore, & cum autoritate iudicis[u]. Porrò thesis tum locum habet, quando erratum fuit omittendo diem, quia tunc non dicitur notarius functus officio suo, edendo instrumentum absq; die. Sed si erratum esset adponendo vnum diem vel mensem pro alio, censet Bart. non permitti notario correctionem, nisi de errore doceat, cùm sit iam functus officio[x] suo.

Quæ

n. Batr. & Feli. hic Bart. in l. si librarius. de reg. iur.

o. l. Imperator. & ibi Ang. ff de statu ho. l. actorum. & ibi Dd. de re iud. Bal. in rub. C. de fid instru. vers. sed pone quod tabellio.

p. Arg. l. dotem. sol. matr. & ibi Bal. in pr.

q. Ang. l. errorem. in pr. C de testa. & Bal. ibid.

r. in l. cùm proponeretur. de legat. 2.

s. in d. l. Imperator. vers. iuxta prædicta quæro.

t. l. apparitores. C. de exact. tribut. cùm alys alleg. per Bart. in d. l. Librarius.

u. Ita Ang. & Bald. d. l. Imperator.

x. per tex. in l. quicquid astringendæ, secundum vnum intel. de verb. obligat.

Quæ ſententia obtinet, quando diei expreſſio eſt de ſubſtantia, vt ſuprà dictum eſt de hypothecaria. Si verò dies non eſſet de ſubſtantia, magis eſt, vt errorem corrigere poſſit. Nam ſi permittit hoc Bart. in omiſſione diei, à fortiori idem dicendum,
12. quando dies non fuit omiſſa, ſed vna pro alia adpoſita: † quia maior eſt defectus omiſſionis, quàm erroris. Et prædicta reſtringuntur vera eſſe, ſi parti necdum ſit exhibitum inſtrumentum, ſecus ſi data iam ſit parti eius copia, quia tunc videtur indiſtinctè correctionem tantiſper illicitam eſſe, donec error demonſtretur: quo probato, & iudicis autoritatem in corrigendo accedere conueniens [y] eſt.

13. In ſecundo caſu, † ſi erratum ſit in pertinentibus ad partes, pro regula traditur: errorem corrigi ex interuallo non poſſe, in continenti verò [z] poſſe, niſi aliquo legitimo modo pro-
14. baretur coram iudice de errore. † Sed per quæ probandi adminicula tabularius errorem docere poteſt? Reſpon. Erroris probationem fieri per originale ipſum, vnde exemplum deſcriptum eſt, quia illud inſpici debet: [a] item per protocollum ſuum non erroneum [b]: item, per confeſſionem partium, ſi fateantur errorem: vel etiam ſi teſtator hoc dicat in his, quæ ab eius voluntate pendent [c]: deniq; per teſtes. Tot autem teſtes requiruntur, quot ſunt neceſſarij in diſpoſitione principali, qua de agitur. Vnde in teſtamento error docendus erit ſeptem teſtibus, quando de ſubſtantia ipſius teſtamenti agitur, id eſt, de voluntate teſtatoris: ſecus eſt in qualitate vel ſolennitate requiſita in teſtamento: [d] quia tunc duo teſtes ſufficerent. [e] Et hæc vera intellige, quando errore fuit aliquid prætermiſ-
15. ſum. † Nam ſi dolo & malitioſè quid omiſſum eſſet a notario, non poteſt corrigere, ſed puniri debet. Quandò autem falſitas
16. in notario præſumatur, alibi examinant [f] Doctores. † In dubio tamen in notario potius præſumitur error, quàm falſitas, vt alibi Bart. notat, [g] & cum cæteri interpretes ſequuntur.

y. Ita Bart. in d. l. imperator. Bal. in l. ambiguitates. in fi. C. de teſta.

z. Bart. in d. l. ſi librarius. reliqui Ld. in locis ſ. citatis.

a. §. penul. in no. de tabel. Bar. l. Sempronius proculo. de leg. 2.

b. Felin hic. nu. 2. Card. in c. inter dilectos. ad fi. 7. h. tit.

c. Vt not. Bar. in d. l. ſi librarius. ad fi.

d. Bart. poſt gloſ. in d. l. cùm proponeretur. de leg. 2.

e. Ang. in d. l. ambiguitates. Alex. in d. l. errore. in fi.

f. Vide quæ not. in l. iubemus. vbi Alex. C. de teſta.

g. In l. quoties. §. i. de hæred. inſti. cum ſimili. vide etiam Alex. in d. l. errore. & d. l. ambiguitates.

IDEM EBORACEN. Arhiepiſ.

CAPVT IIII.

ACcepimus literas, quas abbas ſancti Auguſtini contra Cantuar. archiepiſcopum tranſmiſit: & infrà. Cùm priuilegia non inſpecta, non valeant argui falſitatis, & difficile ſit & periculoſum, ea apud ſe. apoſto. exhibere: præcipimus vt vel exhibeantur eidem archiepiſcopo in clauſtro prædictorum fratrum, vel in alio loco congruo & ſecuro, vſq; ad natiuitatem proximam ſancti Iohannis Baptiſtæ. Si verò nec venerit, nec ſufficientem reſponſalē miſerit, ei perpetuum ſilentium imponatis, ipſa vlterius arguendi. Interim autem nolumus, illa priuilegia vacillare: ſed præcipimus ſententiam, quæ eorum obtentu ſuper ſtatu monaſterij lata eſt, inuiolabiliter obſeruari: & infrà. Iubemus etiam, vt archiepiſcopum in inſpectione priuilegiorum XII. hominum numero faciatis eſſe contentum.

Summæ rerum.

1. *QVando quis ad edendum originale teneatur, quatuor axiomatibus explicatur. & nu. 2. 4. & 6.*
3. *A præcepto periculoſo vel difficili appellari poſſe.*
5. *Non ſolùm prælato, ſed etiam ſuis ſucceſſoribus ſilentium imponi poteſt.*
7. *Sententia prætextu falſorum teſtium vel inſtrumentorum lata, an reſcindatur per reſtit. in integrum, vel ipſo iure.*
8. *Explicata l. diuus. ff. de re iud.*

Ex hac decretali quatuor axiomata diſcenda ſunt. † Pri- 1.
mum: Aduerſarius cogi poteſt, vt originalem ac matricem in-
ſtrumenti ſcripturam parti edat, eam falſitatis arguere volenti:
quod ſignandum eſt ad ea, quæ aliquando alibi [a] diximus. † Al- 2.
terum: Nemo compellendus eſt, vt transferat originalia ad loca
multùm remota, productionis in iudicio faciendæ gratià: ſubeſt
enim

a. in c. 1. ſ. de probat. vbi materiam edendi tractauimus.

enim periculum, ne vel pereant, vel aliàs detrimentum accipi-
ant. Itaq; satis est exempla siue transsumpta (vt vocant) so-
lenniter fieri, iuxta formam suprà [b] explicatam, eaq; transmit-
ti, vt hic Panor. notat. [c] † Vnde infert Host. à præcepto peri-
3. ri uloso vel difficili appellari posse: quod cognosceretur superio-
ris arbitrio, secundum ipsum: ad quod facit, quæ scribunt Bal.
& Ang. [d] præceptum iudicis, continens quid impossibile, non
valere, non facta distinctione, an iudex sciuerit vel ignoraue-
rit. [e] Si autem præceptum eiusmodi sit, vt ratione difficulta-
tis excusationem mereatur, refert, an iudex scienter præcepe-
rit, & tum est nullum, vel ignoranter, & tum valet: locum ta-
4. men habet restitutio in integrum. [f] † Tertium axioma, priui-
legia impugnare volenti tempus præstitui potest à iudice, intra
quod ea falsitatis arguat, quo transcurso, silentium sibi perpe-
tuum imponendum est: sicq; fertur hac specie sententia dif-
finitiua, lite non contestata, cùm videatur agi condictione ex L.
diffamari. C. de inge. manumis. quod tamen Butr. ita recipit,
dummodò in temporis, siue termini assignatione de silentio in-
dicendo fiat comminatio. De huiusmodi autem edictis, qui-
bus post lapsum termini silentium imponitur, alibi [g] tractatur,
5. quò studiosum iuris remittimus. † Porrò non solùm videtur
in nostro casu imponi silentium prælato, sed etiam suis suc-
cessoribus, secundum Hostiens. & alios hic [h]: & sic talis senten-
tia aduersus prælatum lata nocet ecclesiæ, non solùm quando
ex discussis iuribus ecclesiæ descendit, sed etiam quando lata est
prælato non comparente, nec docente de iure suo: quod pro
singulari notandum censet Panor. Ad quod facit, quod gloss.
alibi [i] scribit, delictum prælati in omittendo, vel in actibus iu-
dicialibus, nocere ecclesiæ. [k] Si tamen prælatus malitiosè di-
stulisset comparere, cessat hoc [l] dogma, poteštq; ecclesia eo casu
etiam post quadriennium petere restitutionem in [m] integrum.
6. † Quartum: axioma: Etsi aduersus sententiā obijcitur, quòd sit
lata ex falsis testibus vel instrum. ei tamen statur, donec pendet
cognitio. [n] Falsitate verò probata nullius momenti erit senten-
7. tia, vt hic gl. [o] ait. † Communis autem omnium Dd. assertio est,
quòd sententia prætextu falsorum testium vel instrumentorum
lata rescinditur, petita in integrum restitutione intra quadri-
ennium, siue agatur, siue excipiatur, siue replicetur. Volunt
enim hanc rescissionem sententiæ non dari mero iure, sed per
beneficium [p] restitutionis Zasius verò præceptor meus hono-
randus, piæ memoriæ, contrarium putat [q] verius, nempe, quòd
huiusmodi sententia possit rescindi, detecta falsitate, ipso iure,
& perpetuò, sine vlla restitutione: idq; probat [r] iurisconsf. dicit
enim, ex his instrumentis, quæ nunc falsa dicuntur, præscri-
tioni (*id est, exceptioni*) rei iudicatæ locum non esse, *id est*, non
dari exceptionem rei iudicatæ, sed sententiā habendam pro ni-
hilo. Sunt etiam alibi tex. [s] aperti, vbi dicitur, detecta falsitate
non

b. in c. i. huius tit.
c. pro quo fac. l. vnum testam. ff. de testa. vbi nauigaturus curare pot. vt de test. suo exemplum fiat.
d. in l. si decesserit. ff. qui satisd. cog.
e. Vt ibi & l. pen. & fi. ff. quæ sent. si. app. rescin.
f. l. quæsitum: cùm gl. in verb. indicata. & ibi. Bar. de re iu.
g. Vide Inno. Butr. & alios in c. cum in tua §. qui matr. accus. pos. Ang. & Salic. in l. si ea. C. qui accus. non poss. Bal. in auth. ad hæc. in pen. col. C. de vsur. & in d. l. diffamari. Bart. in l. Titia. de accusat. Imol. in c. quamdiu. ff. de acquir. hæred.
h. per c. 1. de solut.
i. c. delictum. de reg. iur. in 6.
k. de quo latius. vide Butr. & Abba. in c. i. §. de do. & cont.
l. secundum Host. & alios.
m. per c. i. de rest. in integ. lib. 6. Felin. hic. vberius nu. 7. 8. & 9. quem vide.
n. l. Diuus. & quæ ibi not. ff. de re iud.
o. c. in nostra. in fi. §. de procurat. l. licet. C. eod. tit.
p. Ita omnes in l. Diuus.
q. in suis singul. intell fol. mihi. 87. §. sententias transactione sue ex falsis.
r. In l qui agnatis ff. de excep. in medio. & finalib. verbis, quæ sunt apertissima.

s in l. 1. 2. 3. C. si ex fal. instr.

t. tex. in d. l. Diuus. qui Dd. fefellit.

u in d. l. Diuus.

non esse vllam rem iudicatam. † Non obstat, quòd iurisconsultus [t] ait, *restituas in integrum, si inueneris testes pecunia corruptos.* Nam (vt idem Zasius inquit) testes pecunia corrumpi est vitium accidentale, quia per hoc præsumitur falsitas, non detegitur: testes enim pecunia corrumpi possunt, & nihilominus verum dicere. quapropter hoc casu cautius agendum erat, & restitutio petenda. 8.

CAELESTINVS III. ABbati sancti Secundi.

CAPVT V.

Contingit interdum, vt dicitis, quòd quandocunq; cùm aliquo litem habetis, priuilegium vestrum aduersæ parti [a] cogimini plenius exhibere: vnde accidit, quòd occasione vnius capituli, super quo conuenimini, plurima litigia suscitentur: & infrà. Con. t. t. r. vt quandocunq; super exhibendo priuilegio, vel indulgentia, seu instrumento fueritis requisiti: [b] præsente iudice, aut aliquibus prudentibus viris, deputatis ab ipso, audiente parte contraria tantummodò recitetur, itaquod si super vno tantùm capitulo quæstio fuerit, illud solummodò describatur, & aduersæ parti copia eius fiat.

Summæ rerum.

1. *Regulariter reus non tenetur actori instrumenta propria edere in suam necem: fallit, vt nu. 2.*
3. *Vtens aliquo instrumento in iudicio, non tenetur originale ibi relinquere.*
4. *De intellectu c. cùm personæ. de priuileg. lib. 6. & num. 6.*
5. *Intellectus fugiendi, qui legum correctionem inducunt.*
7. *Regula est, illam tantùm partem instrumenti edendam esse aduersario, de qua sit controuersia & nu. 9. fallit, vt nu. 11 13. & 14.*
8. *Appellatio rationum generalis est, & omne scripti genus continet.*
10. *Legatario ea tantùm pars testamenti edenda est, in qua legatum continetur: fallit vt nu. 12.*
13. *Leges & statuta integrè edi debent.*

a Cogi-

1. a Cogimini) † Quamuis enim regula est, reum non te-
2. neri, vt actori edat instrumenta propria in necem [a] suam: † Hæc
tamen regula non habet locum, si reus proferat instrumentum
in iudicio pro se: nam illud actori petenti edere cogitur [b]: quòd
obtinet, etiamsi is, qui vsurus est instrumento, illud tantum
in certis capitulis producat, nam contra producentem vires ha-
bebit huiusmodi instrumentum, etiam ipso inuito, vt Bald.
[c] censuit, licet Alex. [d] reclamet.

3. b Præsente iudice) † Hinc annotandum Panor. cen-
set, vtentem priuilegio, vel quouis alio instrumento in iudi-
cio, non esse obnoxium, vt illud relinquat penes notarium acto-
rum, sed sufficiat, id offerre in iudicio parte præsente, & exem-
4. plum eius capituli, de quo est quæstio, [e] edere. † Quamuis
autem per hunc nostrum tex. satis sit, instrumentum legere,
parte aduersa audiente: hodiè tamen secus pleriq, censent,
moti ad hoc [f] Bonifacij VIII. rescripto, vbi priuilegia ad le-
gendum integraliter exhibenda esse aduersario, traditur. Ver-
ba rescripti sunt: *Statuimus, vt hi, qui se asserunt per priuilegia Sed.*
„ *Apost. exemptos à locorum ordinarijs requisiti, huiusmodi priuilegia*
„ *ipsis ordinarijs ostendere, ac ad legendum integraliter exhibere: nec non*
„ *de articulis, de quibus controuersia fuerit, transscriptum tradere tene-*
„ *atur, &c.* Atq; ita Inno. Card. & Butr. sentiunt, hunc tex. in hoc
5. correctum putantes. † Ego verò cùm sciam, legum correctio-
nem odiosam esse, & illos intellectus fugiendos, qui iurium cor-
6. rectionem inducunt, si de ea expressè non constet: † malim certè
prædictum Bonifacij VIII. rescriptum in suo casu accipere,
quando scilicet de exemtione agitur: vel dici potest, illud lo-
qui, quando priuilegia vel instrumenta non habent diuersa
& separata capitula: vel potius, quod rescriptum Bonifacij
loquatur in iudice: nostrum verum cap. in parte, vt infra latius
7. dicetur. † Itaq; pro regula obseruandum est, illam instrumen-
ti petiti partem duntaxat edi debere, quæ ad instructionem
causæ pertinet, vel de qua est controuersia. Sic enim iuriscon-
sul. [g] Caius, *Edi autem*, inquit, *ratio ita intelligitur, si à capite*
edatur: nam ratio nisi à capite inspiciatur, intelligi non potest. scili. vt
non totum cuiq; codicem rationum, totasq; membranas inspi-
ciendi describendiq; potestas fiat, sed vt ea sola pars rationum,
quæ ad instruendum aliquem pertinet, inspiciatur & descri-
batur. Quamuis autem Caius I.C. in rationibus loquatur:
8. idem tamen in omnibus alijs scripturis obtinet: † quoniam ra-
tionum appellatio generalis est, instrumenta, codices rationa-
rios, calendaria, & diaria seu ephemerides, & aduersaria, itemq;
registra (vt vulgò vocant) omne deniq; scripti genus compre-
hendens [h]. † Porrò prædictam regulam Bar. quoq; & post

a. iuxta c. 1. vbi di-xi s. de probat. l. 1. l. qui accusare. C. de eden.

b. d. l. 1. §. editiones.

c. in lib. 1. C. vt quæ de aduo. & in c. præsentium. s. de testi.

d. in d. l. 1.

e. fa. ad hoc c. cùm personæ. de priuil. in 6. & videatur tex. iuncta gl. & ibi Bar. in l. fin. C. de fid. instr.

f. in d. c. cùm personæ.

g. in l. Argentarius. §. edi. ff. de eden.

h. l. cùm seruus. de cond. & demon. l. prætor. §. 1. de ede. l. chartæ. de bon. pos. con. tab. l. emptor. §. Titius. de pac. vide Alcia. in l. 1. C. de eden.

eum Bal. [i] tradunt: aiunt enim, ſi copia inſtrumenti petatur,
illa pars, quæ ad eum ſpectat, dari debet, non totum inſtru-
mentum: quos etiam Specul. [k] ſequitur. † Sic & legatario 10.
ſufficit eam teſtamenti partem edi, in qua legatum continetur,
vt Bart. alibi [l] tradidit. Prædicta tamen regula tum obtinet,
quando capitula inſtrumenti ſunt ſeparata, diuerſamq́; mate-
riam comprehendunt: † ſecus ſi connexa ſint, aut de eâdem ma- 11.
teria loquantur, ita quod ad capitulum, de quo agitur, non-
nihil conferant, nam tum inſtrumentum integrum exhiberi [m]
debet. Sequentia enim non rarò lucem ad declarationem ad-
ferunt præcedentibus, & ſæpe etiam illa corrigunt, [n] † Sic le- 12.
gatario non ſolùm eam teſtamenti partem dandam eſſe, quæ
legatum contineat, ſed & illam, per quam legatum poſſet de-
clarari. Bart. [o] prodidit: legatario enim omnia edenda ſunt, quæ
ad legatum conferunt: vnde & inſtitutio illi exhiberi debet,
quia ab ea pendet legatum, ſuasq́; vires accipit. [p] † Deinde ve- 13.
ram eſſe regulam plerią; rectè tradunt, ſi editio fiat aduerſario
petenti: tum enim illius tantùm capituli copia concedi debet,
de quo agitur, ſecus ſi inſtrumentum edatur iudici, quia tunc
totum exhiberi debet, & editio facienda integrè, vt is inſpi-
ciendi facultatem liberam habeat. Et ratio diuerſitatis mani-
feſta eſt: quia de aduerſario petente inſtrumentum integrum
lex ſuſpicatur, ſi totum editur: de iudice autem confidit. † Ter- 14.
tiò non habet locum dicta regula in legibus & ſtatutis: illa enim
ſemper integrè & ſine deminutione producenda ſunt, non mo-
dè cum iudici, ſed etiam cum parti aduerſæ edi debent, pro-
pterea quod ſtatuta ſunt publica, & ex æquo communia omni-
bus, totum tamen volumen ſtatutorum non opus eſt edere, atq;
ita Bart. & Alex. [q] itemq; Decius [r] prodidêre. Cætera huc pertinentia gloſſ. ſatis explicat.

i. in l. vlt. de præ. imp.. offe.
k. de inſtr. edi. §. videndum.
l. in l. 2. §. vlt. ff. quemadm. teſt aper.
m. l. in ciuile. & ibi Bal. in pr. ff. de ll.
n. l. ſi vbi. ff. ſi cer. pet.
o. in l. qui filiabus. in. pr. per illum tex. de legat. 1.
p. caſtr. d. l. fin. C. præci. imp. off.
q. in rubr. ff. de no. ope. nunc.
r. in c. 1. nu. 63. ſ. de probat.

INNOCEN. III. MEDIOlanen. archiepiſcopo.

CAPVT VI.

INter dilectos filios G. abbatem S. Donati de Scorula, & B. procuratorem tuum, ſuper ſubiectis articulis diu fuit in noſtro auditorio litigatum. Petebat ſiquidem abbas nomine monaſterij ſui à præfato procuratore tuo nomine Mediolanen. eccleſiæ, [a] reſtitui monaſterio memorato portum ſcorulæ cum [b] honore, diſtrictu & iuriſdictione loci præfati,

præfati, dicens ad monasterium hæc omnia [e]pertinere, hoc ipsum dicens de hominibus, qui habitant in curte Berunen. & tenent res monasterij in gralia. de quibus monasteriũ obtinuerat in iudicio possessorio per sententiam episcopi Veron. Hæc omnia petebat, cum [d] omnibus fructibus inde perceptis: saluo in omnibus iure [e]addendi, vel diminuendi, satagens comprobare omnia, quæ præmissa sunt ad suum monasterium pertinere. Primò per priuilegium [f] Luithardi comitis quondam episcopi Lucani, qui monasterium ipsum fundauerat, & ei quæ præmissa sunt, donauerat vniuersa. Secundò per instrumentum sententiæ Asperti, quoniam Mediolan. archiepisco. quam ex [g] delegatione Ludouici Imperatoris tulit super his, pro monasterio contra A. præfati Luithardi nepotem, qui super his monasterium molestabat. Tertiò, per priuilegia Romanorum imperatorum, & præsertim Henrici, qui præmissa omnia monasterio confirmabat, vel etiam conferebat. Quartò, per instrumenta locationum, quas fecerant diuersis personis abbates monasterij memorati. Testes quoq; produxerat, per quos nitebatur probare, quòd monasterium à LX. annis & circa. & à L. annis & suprà possederat supradicta: & quod fama [h] publica erat, ea omnia præfato monasterio à iam dicto Luithardo fuisse donata. Sed contra priuilegium donationis, à procuratore tuo multa fuerunt obiecta. Primò, quia ibi maximè apparebat consumptum (videlicet in annotatione [k] indictionis) vbi potuisset falsitas facilius deprehendi. Secundo, quia cùm charta vetussima videretur, recentior apparebat scriptura, tanquam non illo tempore facta fuisset. Tertio, quia

quia falſum ſigillum vitioſe videbatur appoſitum, eò quòd à media parte ſigilli apparebat quædam imago, non cum mitra in capite, ſed cum pileo, nec induta pontificalibus, ſed regalibus indumentis, tenens in manu non baculum paſtoralem, ſed quaſi ſceptrum regale, cuius facies non adparebat integra, ſed dimidia tanquam in illa medietate reſpiceret aliam mediam, quæ tamen tota vacua remanebat, ſed quædam imago videbatur ex ea fuiſſe deleta: quia cera in ea parte, nec in colore, nec in planicie reliquæ parti ſimilis apparebat: vnde non epiſcopi, ſed imperatoris videbatur fuiſſe ſigillum, quod in vna medietate Cæſaris imaginem exprimebat: & in altera medietate præſumatur, vel filij, vel coniugis imaginem habuiſſe: nam in ipſo ſigillo, nullæ aliæ literæ apparebant, niſi quæ nomen proprium cum hac adiectione, *Dei gratia*, deſignabant. Sed [1] cum proprium nomen ipſius epiſcopi fuerit Luithardus, in nomine proprio, quod exprimebat ſigillum, deletæ fuerant duæ literæ, ſecunda quæ erat inter l. & t. & ſexta, quæ fuerat inter r & u. ita quod ſi ſecunda o. & ſexta fuiſſet i. proculdubio non Luithardus ſed Lotharius legeretur, quod etiam inde conuinci poterat: quia ſecundum diſpoſitionem aliarum literarum, inter l. & t. non erat ſpatium, niſi quod potuiſſet vnam literam continere: cum ſecundum integritatem huius nominis Luithardus inter l. & t. duæ literæ ſint diuerſæ. Præterea inter r. & u. tam modicum erat ſpatium, vt in eo nec hæc litera d. quæ maius occupat ſpatium, ſed hæc litera i. quæ minimum occupat videretur formata fuiſſe. Rurſus, cùm cera ſigilli ab interiori parte vetuſtiſ-

tustissima esset, cera quæ posita erat ab exteriori parte quasi ad conseruationem sigilli, recens erat & mollis. Quod cùm diligenter inuestigatum fuisset, certo certius est compertum, quod sub vetusto sigillo, charta fuerat perforata, & per glutinum nouæ ceræ, quæ posita fuerat exterius, quasi ad conseruationem sigilli, vitiosè fuit ipsi chartæ subiectũ. Eadem falsitatis specie, per vitiosam videlicet appositionem sigilli, cætera ferè priuilegia Romanorum imperatorũ, præter priuilegium Henrici, vel falsa reperta sunt, vel falsata: sed & ipsum Henrici priuilegium ad fidem instruendam non videbatur sufficere: quia nec erat publica manu confectũ, nec sigillum habebat authenticum, eò quòd erat ex media ferè parte consumptũ, nec plus de nomine proprio, nisi vltima medietas, videlicet *icus*, nec de cæteris literis, nisi hæc adiectio, *Dei gratia*, apparebat, ita quòd ex literis ipsis non magis poterat comprobari fuisse sigillũ Henrici, quàm Ludouici. Instrumentũ quoq; sententiæ multis modis inueniebatur suspectum: tùm quia in ipso quædam apparebant lituræ. tum quia subscriptio notarij videbatur manus alterius fuisse, quàm subscriptio instrumenti, cùm tamen notarius in subscriptione profiteretur, se instrumentũ manu propria conscripsisse. Litera quoq; recentior videbatur, quàm charta, & aqua videbatur encaustum infectum, vt antiquius appareret. In omnibus autem imperialibus priuilegijs, quæ posteriora fuerant, nulla est habita mentio de illa sententia, quamuis in eorum aliquibus mentio facta fuerit Luithardi, qui dicebat donationem fecisse. Porrò si legitimum esset instrumentum sententiæ, per illam tamen [m] sententiam

am nullum Mediolan. archiepiſcopatui præiudicium poterat generari, cum ipſa ſententia lata fuerit inter alios: & res inter alios acta, alijs non præiudicet. Nec [n] atteſtationes, quæ continebantur in inſtrumento ſententiæ, per quas legitima donatio Luithardi videbatur eſſe probata, poterant eidem archiepiſcopatui nocumentum aliquod irrogare, cùm inter alias perſonas, & in alio iudicio receptæ fuiſſent. Cæterùm memorati Henrici priuilegium: quod non ſolùm confirmationis, ſed etiam donationis videbatur fuiſſe, vnde rerum dominium donatarum, intelligi fortè poterat monaſterio acquiſitum: quamuis ex forma [o] petitionis, quæ in ipſo priuilegio declaratur, confirmatorium videretur, vt tamen intelligatur eo modo, quo magis poſſet valere: diſtinguendum videbatur: vt idem Henricus alia donauerit, & alia confirmauerit, cùm eadem legitimè nequiuiſſent confirmari pariter & donari: [p] confirmari tanquam prius habita & poſſeſſa: donari, tanquam tunc tradita & conceſſa: ac per hoc illa non poterant intelligi, per priuilegium illud donata, ſed confirmata, cùm iuxta legum ſanctiones,[q] quod meum eſt, ex alia cauſa meum fieri non poſſit, niſi deſierit eſſe meum: & infrà. Cum ergo priuilegium Henrici confirmatorium tantùm extiterit, ſaltem quoad illa, quæ deducta ſunt in iudicium, principale non tenuit, nec [r] acceſſorium, quod ex eo vel ob id dignoſcitur eſſe ſecutum: & infra. Per inſtrumenta verò locationis, nec eſt vtiq; probata proprietas, nec ad plenum poſſeſſio, cùm ad probationem rei propriæ, ſiue ad defenſionem non [ſ] ſufficiat facta locatio: & infra. Cum autem ſuper his fuiſſet diutius

diutius litigatum: quia legitimè probata non fuerant, quæ petebantur ad monasterium pertinere, ab impetitione ipsius procuratorem tuum nomine tuo, & Mediolan. ecclesiæ sententialiter duximus absoluendum: quoniam cùm 'obscura sunt iura partium, consueuit contra eum, qui petitor est, iudicari.

Summæ rerum.

1. IN petitorio iudicio sufficere, si petatur rem restitui: exempla sunt nu. 4. 5. & 6.

2. Petito consequenti, censetur & antecedens petitum.

3. Quomodo formetur libellus in res vendicatione.

7. Verbum (pertinere) latißimam significationem habet, & tam ad petitorium, quàm possessorium iudicium sufficit: & nu. 8.

9. Hoc verbo continetur etiam, quod alicui per præscriptionem pertinet.

10. Libellus debet esse certus: quandoq; tamen incerta petitio toleratur in eo.

11. An sufficiat in libello petere fructus perceptos, vel percipiendi sint pariter petendi.

12. Verbum (ex omni causa) quid importet.

13. De clausula (saluo iure addendi) quid operetur.

14. Vna dignitas per aliam compatibilem non tollitur.

15. In fine articulorum de fama publica subijci potest.

16. Quæ detrahant fidei instrumentorum, seu priuilegiorum.

17. Etsi coniecturæ sint contra instrumentum, tamen de eius veritate probari posse: & nu. 18.

19. Sigilli corruptio quando noceat instrumento.

20. De indictionibus, quid sint, & quo tempore cœpère numerari per indictiones.

21. Ex qualitate & quantitate extremorum præsumi de medijs.

22. Sicut sententia non præiudicat tertio, ita nec attestationes, & è contra.

23. Si de intellectu priuilegij dubitetur, recurrendum est ad petitionem: idem & in alijs.

24. Confirmans an & quando dare censeatur.

25. Confirmatio priuilegij irriti à principe concessa, quando valeat aut prosit.

26. Quod meum est ex vna causa, ex alia meum fieri nequit: fallit vt nu. 27. 28. & 29.

30. Accessorium naturam sequitur sui principalis.

31. *Per inſtrumentum locationis non probatur dominium, nec poſſeßio plenaria: fallit vt nu. 32. & 33.*

43. *In dubio pro reo iudicandum.*

a Reſtitui) Hinc pleriq; notant: † quando intenditur 1.
iudicium petitorium, ſiue tei vendicatio, libellum ſufficientet
concludere, ſi petat tem reſtitui, etſi non dicatut prius reum
condem̃nari, quia iſtud ſubintelligitur [a]. Sic Bart. [b] alibi
ſcribit: Si agens petitione hæreditatis, vel tei vendicatione
petat aduerſarium condemnati ad reſtitutionem rei, per con-
ſequens videatur petijſſe, quòd iudex pronunciet ipſum
hæredem vel dominum. Etſi hoc non pronunciet expreſſe,
videtur pronunciaſſe tacitè condemnandum ad reſtitutionem
rei: † quia petito conſequenti, intelligitur & antecedens pe- 2.
titum [c]. † Cætetùm qualiter formetur libellus in rei vendi- 3.
catione, alibi tractatur [d]. † Fortius traditur [e], quòd vbi quis 4.
petit rem ſibi reſtitui, etſi ad teſtitutionem illius tei obtinen-
dam neceſſe ſit primò contractum reſcindi, cuius occaſione
teus rem detinebat, tamen ſatis videatur actor petendo reſti-
tutionem rei, poſtulaſſe conttactus reſciſſionem, quæ erat
præambula. Et infert ibi Butrius, quòd ſi minor tanquam
læſus, vel eccleſia in conttactu venditionis petat tem, quam
vendidit & tradidit ſibi reſtitui, ſatis videatut petere per re-
ſtitutionem in integrum reſcindi contractum. † Adde quod 5.
Bal. [f] ad Specul. annotauit: Si actot in concluſione libelli di-
cat, peto Titium cogi ad danda mihi decem, quamuis non
petietit eum prius condemnari ad dandum, quàm cogi, ta-
men libellum ſuſtineri: quia videtur primò petijſſe eum con-
demnari, poſtea cogi, cùm condemnatio debeat præcedere [g].
† Idem etiam Bal. hic notat per iſtum tex. in reali actione ſuf- 6.
ficere, ſi actor concludat, rem ad ſe pertinere ex cauſa domi-
nij: quia idem eſt, ac ſi peteret, ſe dominum declarari: quia ver-
ba enunciatiua cauſæ præferuntut ptincipalitet propter ſe, &
ideò concluſionem inducunt.

a. Arbid. in vulg. c. redintegranda.

b. in l. ex diuerſo. §. vbi autem. de rei vend.

c. l. illud. de acq. hæred. quod ſingulariter no. Abb. in c. accedens. 1. ſ. vt lit. non conteſt.

d. vide Bart. in l. vtiliter. §. nihil commune. de acq. poſſ. Dd. inſt. de actio §. omniũ vbi ego quoq; dixi. Butr. & Ioan. And. c. 1. ſ. de lib. oblat.

e. per gl. ſing. in c. conſtitutus. in verb. iuxta ratam. ſ. de relig. domi.

f. tit. de ſent. in 16. col. Pan. in c. 1. col. 14. ſ. de lit. cont.

g per l. 1. C de exe. rei iud. l. ſi cùm nulla. de re iud.

b Honore, diſtri. & iuriſd.) Coniunguntur hæc tria, vt quæ poſſint competere in loco temporalis iuriſdictionis eccleſiæ: declarationem autem horum verborum ſuprà in tit. de probationib. annotauimus, [h] vt hic ſuper uacanea repetione non ſit opus.

h. c. licet cauſam. ſ. de probat.

c Per-

c Pertinere) †Verbum *pertinere* latiss. habet significationem. Siue enim res aliqua ad me iure dominij, siue etiam iure possessionis tantùm spectet, pertinere dicitur: idem si iure pignoris. Sed etsi nullo iure pertineat, sed pertinere possit,
8. idem dicendum est [i]. † Itaq; traditum est, hoc verbum sufficere ad iudicium, tam possessorium quàm petitorium, & per istud vtrumq; iudicium intendi posse, sicut Bal. hic notat [k]. Illud tamen limitant, nisi ordo agendi esset datus à iure primò possessorio, deinde petitorio: nam tunc actor petente reo tenetur distinguere libellum: & non procederet libellus complexiuus, vbi desideratur ordo.
9. †Porrò Abb.[l] etiam id hac voce comprehendi ait, quod pertinet alicui per præscriptionem. Itaq; rectè glo. hic inquit, Abbatem deduxisse in iudicium, quicquid iuris in rebus illis habuit, ex quo nullam causam adiecit.

d Cum omnibus fructibus) Sed nonnè hæc est incerta petitio? Itaq; reijcienda videbatur,
10. † quia regula est, libellum actoris, nisi certam complectatur petitionem, admitti non debere [m]. Respondeo, regulam procedere in principali, secus si aliquid petatur accessoriè, puta fructus vel expensæ: in his enim incerta admittitur petitio. vt, peto fundum talem cum fructibus, tex. est hic: item petò sumptus litis factos & faciendos [n]: item peto castrum, villam, ecclesiam cum possessionibus & pertinentijs suis [o]. Sunt & aliæ huius regulæ exceptiones, quas ordine habes in meis scholijs ad § curare. Insti. de actio. De modo autem libellandi in petitione fructuum, vide quæ Abbas [p] & Bart. [q] alibi annotârunt.
11. † Porrò scribunt Host. Butr. & Pan. hic sufficere, si in libello petantur fructus percepti, quoniam percipiendi veniunt officio iudicis [r]. Illi autem fructus, qui ante litem contest. percepti sunt ab aduersario, vel percipi potuissent, petendi sunt: quia super accessorijs non impartitur iudex officium suum, nisi post lit. contest. occurrant [s]. Hodiè vulgata est clausula, *peto rem cum fructibus*
12. *perceptis & percipiendis ex omni causa:* † Nam hoc verbum (*ex omni causa*) restitutionem importat omnium, quæ actor ex re, vel propter rem consecutus fuisset, si tempore lit. cont. res fuisset restituta: sicut alibi docet Ang. [t]

13. e Iure addendi) † Hæc clausula hodiè vulgatiss. est in iudicijs. Sed certè præter ius commune nihil operatur, & superuacanea censetur, autore Inno.[u] & Bart. [x]. Nam ante litem contestatam duntaxat liberum est actori emendare libellum. Quinimò si aduersarius statim dicat, se huiusmodi scriptum actoris, salua exceptione sua, acceptum habere, adime-

i. l. verbum illud pertinere. & ibi Alciat. de verb. signif.
k. per not. in l. si quis intentione. de iudi.
l. in c. cùm contingat. j. de deci.
m. tex. in l. si in rem. de rei vend. l. 1. §. argentum. ff. de pos. c. 1. 2. & 3. de lib. oblat.
n. §. 1. inst. de pub. iud. Ias. in §. omnium. inst. de actio.
o. c. cùm ad sedem. ibi gl. & Dd. de rest. spol.
p. in c. grauis. ad fi. de restit. spol.
q. in l. ex diuerso. §. 1. ff. de rei vend.
r. l. ædiles: §. 1. Item sciendum de ædilit. edict.
s. Bal. in l. ampliorem. C. de appel. Io. And ad Spec. de dis. & alleg. §. satis. vers. quid de fructib. vide Old. cl. 3. act. 2. f. 46.
t. in l. ait prætor. §. per hanc. de his quæ in frau. cred. per l. præter ea restituere. de rei vend. & fa.
tex. in l. cùm fundus. in pr. si cer. pet. l. si de possessione. C. vnde vi.
u. hic post glo.
x. in l. Nesennius. ff. Nego. gest. & l. non solum §. morte. de ope. no. nun.

tur ei, & ante litis contest. emendandi facultas. Vnde consulunt Doctores, quod eo modo mox recipiatur libellus ab reo conuento, ne actor his ambagibus & technis emendandi vtatur. Cæterùm post litis contest. volunt, libellum nullo modo vel emendari, vel mutari posse: de quo tamen, an & quomodo procedat, vide quæ y alibi à me ad huius materiæ explicationem annotata sunt.

y. in §. fin minus. vbi dixi instit. de action.

f Luithardi comitis) Hinc colligunt omnes, quem posse esse comitem & episcopum, † quia vna dignitas non tollitur per aliam compatibilem z, & ideò tradunt Bart. & Imo. a quòd tabellio effectus Doctor, non desinat esse tabellio: subditq; Bal. hic, quod etsi quis habeat Comitatum ab imperatore in feudum, illum tamen non deperdi per adeptionem episcopatus. 14.

z. l. si longius in fi. de re iud. l pen. ff. de Sena. Bar in l. fin. C. de præpos. agentium in reb lib. 12.

a in l. falsa demonstratio. de cond. & demonst.

g Ex delegatione) Potest enim episcopus siue prælatus esse delegatus imperatoris: quod Doctores suis locis vbertim examinant, ad quos b fit relatio.

b. c. in Archiepis. de rapt. Cald. latè consil. 6. tit. de lega. Deci. post Paul plenis. in c decernimus. s. de iud. Roma. consi 409. incip. quo ad primum. in 2. dubio.

h Fama publica) † Potest enim in fine articulorum generaliter de fama publica subnecti respectu omnium petitionum: & sic hodiè vulgò obseruatur c in praxi. 15.

i Primò quia ibi) † Ex his verbis & sequentibus aliquot vers. collige, quæ detrahant fidei instrumentorum seu priuilegiorum. Primò: consumptio vel abrasio in loco, ex quo facilè possit falsitas deprendi, puta in annotatione indictionis, vel huiusmodi. Deinde si in charta veteri adpareat recentior scriptura: quod tamen secundum Inno. & alios non plenè concludit, sed præsumtionem solùm inducit. Tertiò, diuersitas literarum siue characterum in scriptura, & subscriptione, quæ tamen asseratur eâdem manu scripta esse. Quartò, corruptio sigilli adpositi in priuilegio, vel instrumento non confecto manu publica: quæ corruptio varijs modis contingere potest, prout. textus satis aperit: & multùm poterit in hoc iudicis, ceu boni viri, arbitrium d. † Et prædicta tantam præsumtionem inducunt aduersus instrumenta siue priuilegia, quod nisi producens huiusmodi instrumentum, de eius veritate doceat, aduersus ipsum fit pronunciandum: Atq; ita Inno. & post eum reliqui hic tradunt, qui huiusmodi coniecturas sufficere quidem aiunt, & veris ac legitimis probationibus æquipollere, sed illas iuris tantùm præsumptiones esse, non autem iuris & de iure, ideoq; posse aduersus eas probari contrarium. 16. 17.

c. Vide Bal. l. de minore §. tormenta. de pen. & in Pan. c. veniens 1. s. de testi.

d. Pan. hic.

† Quare

†Quare ſic ſentiendum, ex prædictis coniecturis ſic demum ſequi poſſe condemnationem, ſi probatione contraria non tol-
19. lantur, etiam in [e] criminalibus. † Illud non eſt omittendum, quamuis corruptio ſigilli magnam generet præſumptionem in priuilegijs, & reliquis inſtrumentis: in inſtrumento tamen publica autoritate confecto ſecus eſſe, quia cum ſigilli impreſſio in eo non ſit neceſſaria, conſequitur huiuſmodi defectum non nocere, ſecundum Inno. & alios hîc: quod Panor. tanquam ſingulare commendat: ad quod facit, quod alibi Io. And. [f] notat, ſi quis non teneatur ad actum, ipſum tamen attentet minus ſolenniter, defectum ſolennitatis non viciare.

e. vt per Dd. in c. quia veriſimile. ſ. tit. prox.

f. in regula acceſſorium. de reg. iur. in 6.

20. k Indictionis) † Indictiones nihil aliud ſunt, quàm annonæ, vel tributa, id eſt annonaria & tributaria functio, rebus non perſonis indicta ſeu impoſita [g]. Hinc indictiones extraordinariæ [h] ſunt, quæ ad tempus præter morem indicuntur, veluti angariæ belli tempore, aut equi, muli, veredi. Porrò cùm indictiones eſſent anniuerſariæ, inde cæperunt anni per indictiones numerari, quas vocant ἐπινεμήσεις, ita vt earum numerus non excederet XV. ſed idem ſemper reuolueretur. Eas verò incipere menſe Septembri indicat l. vlt. C. de ann. [i] trib. de quo vide Pardul. Prateium in ſuo Lexico: verbo, indictiones. De eodem, quomodo indictionis annus ſit inquirendus, require apud [k] Specul. pleniſs.

g. l. 3. C. de anno. & trib.

h. l. 10. C. de mune. patri.

i. & l. 1. de milit. veſt. & nouel. 128.

k. in tit. de inſtr. edit. in pr. verſ. poſt annos. & glo. mag. in l. 1. C. de Iuſti. cod. confir.

21. l Sed cùm proprium) †Hunc tex. in argumentum trahunt Dd. ex qualitate & quantitate extremorum præſumi de medijs: quoniam ſi abraſio non eſt tanta, quòd inter extrema non raſa vel non conſumpta ſaltem vna poſſit reponi litera, non eſt præſumendum, duas adfuiſſe literas. Et quod probaris extremis, probentur mediæ, Felinus hic pulcre [l] pertractat, ad quem ſtudioſum iuris remitto.

l. & gl. in c. accedens. in verb. temporis. de conuen. coniu. & And. Sicul. conſ. 35. incip. ſapienter ſcribitur. 2. vol. vbi ad hanc regul plura adducit.

m Per illam tamen ſententiam nullum) Sed qui fit, ſententiam non nocuiſſe huic archiepiſcopo, cùm ſciuerit cauſam agi, atq; adeò ſententiam ipſe tulerit pro [m] monaſterio? Variè reſpondent Dd. Ego dicerem id ideò eſſe, quoniam ille archiepiſcopus ignorabat ius eccleſiæ, vel ſi ſciebat, non potuit nocere eccleſiæ [n] in quæſitis, vt hic latius per Abba. & reliquos.

m. cont. l. ſæpè de re iud. & c. quamuis ſ. eod. n. vt per gl. in c. delictum. de reg. iur. in 6.

22. n Nec atteſta) † Sicut ſententia inter aliquos lata, non præiudicat tertio, ita nec atteſtationes, quoniam à pari iudicantur: itaq; & ex diuerſo, quibuſcunq; ſententia præiudicat, eis etiam probationes præiudicant. Qua de re Dd. ſuis locis plenè [o] tractant, ad quos recurri poteſt.

o. vid. in l. ſæpè. ff. de re iud. l. ſed etſi poſſeſſori. §. vlt. & vtrobiq; Dd. de iureiur. Fel. ſ. de teſtib. c. cauſam. quæſt. 1.

o Ex for. petit) † Notat hinc Bal. pro intellectu priuilegij concessi, recurrendum esse semper ad formam petitionis: vnde inquit Panor.[p] Si proscriptus siue bannitus (vt nunc vocant) supplicando petat saluum conductum ad decendium, & simpliciter concedatur, intelligitur ad decem dies nomine petitionis: quod alibi[q] Bart. etiam docet, vbi responsio refertur ad interrogata. Sic etiam sententia referri ad libellum debet[r], etsi improprianda sint verba.

p. in c. 2. ĩ. de treu. & pa. 2.

q. l. 1. vers. quartò quæro. ad l. Iul Maiest. allegando. §. præterea. instit. de inutil. stip.

r. c. licet Heli. j. de homici.

p Confirmari) † Inuestigant hic Dd.[f] num qui confirmat, dare videatur? in quo tractatu breuiter sic videtur distinguendum esse, vt diligenter pensem[o], confirmantis intentio qualis fuerit: si enim actus, qui fit, substantiam à mera confirmantis voluntate sumit, confirmans actum nullum, dare dicitur[s]. Idem si actus sit validus, sed tamen confirmans hoc egit, vt nouum actum induceret[u]. At si ex sola voluntate confirmantis negocium non pendeat, qui confirmat non dat: vt cùm hæres centum, quæ autor suus Titio legauerat, rursus ipse legat[x]. Sed & Prætor, qui alienationem pupilli confirmat, alienare ipse non videtur, quoniam natura huius consensus hanc interpretationem non admittit, nec id actum est[y]. † Illud addendum, confirmationem ititi priuilegij à principe emanatum non prodesse, nisi ex certa eius scientia facta sit, quæ tunc præsumitur, cùm causa cognita confirmatio impetrata, vel serie libelli totus tenor declaratus, vel geminata iussio subsecuta sit. Idem si ex certa scientia se hoc facere princeps attestetur, vel æquipollentibus verbis vtatur: quamuis si probetur principi obreptum fuisse, nihilominus confirmatio nullius effectus est, vt pleriq; omnes tradidêre[z].

24.

25.

f. Bart. l. more. de iurisd. Bal. l. ex placito. C. de re. permut. Ferrar. in for. opp. con. instr. in verb. alterius confirmatorium.

t. l. adoptio. de adopt

u. l. quærebatur. de testa. milit.

x. l. vnum. §. si de ff. de legat. 2.

y. l. more. & ibi Bart. de iurisd. om. iud.

z. in c. porrecta. j. de confirm. vti. vel inutil.

q Quod meum est) † Obserua hanc regulam: quod meum est ex vna causa, ex alia meum fieri non posse[a]. Quod intellige verum ex causis successiuis, id est, si res hodiè est facta mea, quia emerim à Titio, etsi Titius postea mihi donaret successiuè, aut legaret in testamento, nihil ageret: quia quod meum est, successu temporis non potest amplius fieri meum. † Ex causis verò concurrentibus in idem tempus benè potest res aliqua fieri mea: vt si[b] Titius emat rem, iam concurrunt duæ causæ, quia possidet pro emptore, & pro suo, id est, tanquam suam. Cùm his duobus titulis vsucapit rem, quæ fit ex pluribus causis sua. Aliud exemplum[c]: Si tibi debeam decem, illaq; decem tibi legem in testamento, iam habebis rem debitam ex duabus causis, tum quia tibi debentur, tum quia tibi legata est: & est vtile hoc legatum, vt ibi dicit tex. Aliud exemplum: [d] Cùm te conuenirem, tu promittis iudicatum solui, & das fideiussorem, ego obtineo per sententiam rem controuersam, tu eam præstas mihi: iam ista res mea effecta est tribus ex causis: Primò,

26.

27.

a. vt hîc. & § sic itaq; discretis instit. de actio. l. 3. §. ex pluribus. de acqui poss.

b. d. §. ex pluribus.

c. in l. si creditori. §. Marcellus. de leg. 1.

d. in l. cùm quis. §. de peculio. de solut.

mò, ex causa iudicati: deinde ex causa promissionis, quam
mihi feceras: deniq; ex causa, quod fideiussor est liberatus.
8. † Secundò, cessat prædicta regula, si per secundam causam pin-
guius subueniretur, quàm per primam, aut secunda esset reso-
lutiua primæ: puta si testator dicat, *relinquo vxori meæ talem*
domum, si post mortem meam liberos peperit, & interim hæ-
res testatoris moriens, relinquat ipsi eandem domum iure le-
gati, hoc casu recipit mulier statim domum: iam si hæres se-
cundi testatoris velit detrahere falcidiam ab illo legato, non po-
test, quia ex secunda causa, si filios genuerit, domus efficitur
29. mulieris [e]. † In summa, quandocunq; res est mea imperfectè, &
vno solo respectu, tùm amplius mea fieri potest perfectius &
alio respectu. Exemplum: cùm legatur mihi res ex testamento,
iam sum dominus mortuo defuncto quodam priuilegio, ex
vltimæ fauore voluntatis, nihilominus possum istam rem ven-
dicare tanquam meam, vt ita perfectius dominium de iure
communi nanciscar. Hoc est, quod dicitur, concurrere duas
actiones in legatis, ex testamento, & rei vendicationem, & v-
træq; persequuntur rem iure dominij: vide plura exempla apud
Zas. [f]. Addit Felin. & tum esse locum regulæ [g], si dubium sit de
prima causa, vt per eum hic latius.

30. r Accessorium) † Accessorium enim naturam sequitur
sui principalis: quæ regula in Pandec. sub l. cum principalis.
de reg. iu. & in c. accessorium eo tit. lib. 6. explicatur, ea-
demq, varijs modis ibidem restringitur.

31. ſ Non sufficiat) † Hinc discis, per instrumenta locatio-
tionis non probari dominium, [h]. etiamsi in locatione dicere-
tur, conduxi à Titio talem rem suam [i]. Nec etiam probari pos-
sessionem plenariè [k], cùm locatio fieri possit, & de re aliena &
32. ab alio possessa [l]. † Prædicta tamen procedunt, quo ad extra-
neos: Inter ipsos verò contrahentes ex locatione, probatur pos-
sessio: & in hanc quoq; sententiam in Rota fuisse iudicatum
33. ferunt [m]. † Item secus, si vltra instrumentum locationis alia
concurrerent adminicula, puta quod nedum locaui fundum
Titio, sed quod ipse tanquam colonus meus laborauit longo
tempore: ex hoc enim probabitur possessio, & per consequens
præscriptio [n].

34. t Cùm obscura) † Hinc colligis illud triuiale, in dubio
pro reo iudicandum [o]: quod quomodo accipiendum sit [p],
vbertim dixi suprà in tit. de probat. eò fit remissio.

e. Feli. post Inno. hic. nu. 18.
f. in d. §. sic itaq.
g. per c. post electionem. ĩ. de concess. præben.
h. Vt hic. & l. ad probationem. C. locati.
i. vt per Bal ibid. ad fi.
k. vt hic.
l. l. nemo. C locati.
m. Rot. in anti. deci. 202. incip. Item nota quod instrumentum. arg l. prædia. de acq. poss.
n. vt per Bart. in d. l. ad probationem.
o. c. ex literis. in fi. ĩ. de probat. l. Maiorem. ff. de pact. l. vlt. C. qui bonis ced. poss
p. in d. c. ex literis. ĩ. de probat.

IDEM CANTVARENSI archiepiſcopo.

CAPVT VII.

QVod ſuper his; & infra. Quæſiuiſti quid agere debeas circa [a] cruce ſignatos, qui dicentes ſe ab ap. ſe. redire, ſuper abſolutione ſua ignota [b] cardinalium [c] ſigilla reportant: cùm eis ſuper impedimentis expoſitis non fuiſſet de leui credendum. Ad quod t. reſpondemus, quòd quando literas talibus indulgemus, illis qui perſonas & facultates eorum plenius nouerunt, hoc modo ſcribimus, vt ſuper impedimentis expoſitis inquiſita diligentius veritate, ſtatuant circa illos, quod animarum ſaluti, & ſuccurſui terræ ſanctæ magis nouerint expedire: prouidentes attentius, ne quid in fraudem voti fallaciter confingatur, vnde ſi tales per ſuppreſſionem veritatis, aut [d] falſitatis expreſſionem, literas non ſolùm cardinalium, ſed etiam noſtras, nec ſolùm dubias, ſed etiam certas conſtiterit impetraſſe, carere volumus impetratis, & eis non obſtantibus ad voti executionem compelli.

Summæ rerum.

1. *CRuce ſignati qui olim fuerint dicti.*
2. *Cardinales vnde dicti, & de eorum officio.*
3. *Quando ſigillis alienis fides adhibenda ſit, diſtinctione explicatur.*
4. *Vbi de alterius præiudicio agitur, probationes neceſſariò debent concludere.*
5. *An & quando cardinalibus fides ſit adhibenda, tribus concluſionibus explicatur. & nu. 6.*
7. *Falſa cauſa vitiat abſolutionem à iuramento.*

a Cruce ſignatos) † Cruce ſignati appellabantur illi, qui emiſſo voto pro ſucceſſu terræ ſanctæ aſſumebant crucem, in ſignum peregrinationis ſuæ, pectoribus annectentes. 1.

b Car-

b Cardinalium) Qui super votis ad terram sanctam di-
spensabant, non tamen citra specialem licentiam & demanda-
2. tionem summi pontificis [a]. † Cardinales autem à cardine di-
cti sunt, quia sicut cardine regitur ostium, ita ecclesia bono co-
rum consilio [b]: quorum officium Archid. alibi [c] satis explicat.
Cardinalem tamen interdum pro episcopo interpretantur [d].
Maiorem autem dignitatem non habent, quàm episcopus [e].
Cardinales etiam olim consiliarij appellabantur Romano in ser-
mone post consilia [f]. Cæterùm Cardinalatus quo iure indu-
ctus sit, & de eorum præstantia, A. Barbatius in tract. de car-
dina. præstantia docet, qui publicè extat.

3. c Sigilla) Tractant hìc Dd. † quando sigillis alterius fides
adhibenda sit? in quo tractatu breuiter sic distinguendum est.
Nam si sigilla, & hi, quorum nomine ea adpensa sunt, non co-
gnoscantur, sed sint ignota, non creditur illi, etsi centum essent
adposita: quia eadem est ratio in multis ignotis, sicut in pau-
cis g. Si autem habeatur aliqualis sigillorum, vel eorum, quo-
rum asseruntur esse sigilla, cognitio: eo casu, siquidem de alte-
rius præiudicio speciali nomine agatur, quinq; sigilla fidem fa-
ciunt [h]: Sin verò agatur de alterius speciali præiudicio, tunc
non creditur illis, etsi quinq; numero impressa sint, atq; ita Io.
4. And. opinio accipienda est. † Quia vbi alterius versatur præ-
iudicium, probationes necessariò debent concludere, vt alibi
diximus [i]. Nec aduersatur tex. hic, vbi agitur de præiudicio
terræ sanctæ, & tamen si sigilla fuissent nota, probassent, quia
procedit, quando literæ impetrantur in forma iustitiæ, licet
5. contineant aliquam gratiam, de quo latius hìc per Abba. † Ex
quibus inquirunt porrò hic interpretes, an & quando creda-
tur Cardinalibus? quorum dicta tribus possunt conclusionibus
comprendi. Prima: Solo verbo cardinalis asserentis se legatum
Pontificis creditur in his, quæ generaliter veniunt in legatio-
ne, secus in alijs: atq; ita Butr. Imo. Felin. & Paul. hìc senti-
6. unt. [k]. † Secunda: Sicut dicenti se delegatum, non creditur, nisi
ostensis literis [l]: ita & Cardinalibus, etsi literæ ostendantur
tantùm eis fidei adhibetur, quantùm de aliorũ literis dicitur [m]:
Hanc opinionem Butr. & Imo. hìc probant [n]. Limita tamen,
conclusionem non procedere, quando cardinalis est in curia
pontificis, ita vt facilis possit ad ipsum recursus haberi pro in-
daganda veritate, vt hic [o] per Felin. apud quem hoc plenè
7. discussum reperies. Tertia: † Testimonium solius cardina-
lis etiam iurati non probat plenè contra aliquem [p], nisi attesta-
retur de actis coram eo gestis. Qua de re quia alibi à [q] nobis sa-
tis dictum est, hic eadem repetere supersedebimus.

d Falsi-

a. propter tex. in c. ex multa. iuncta gl. 3. j. de voto.
b. not. in c. sacro sancta. ad fi. 21. dist.
c. in c. vbi periculum. §. hoc sacro. de elec. in 6.
d. gl. in c. relatio. 21. q. 1.
e. Bart. l. 1. §. si quis. vers. simile vidēmus. ff. de appella.
f c. ecclesiasticis. 12. q. 2.
g. glo. not. in c. 1. dist. 89.
h. Sicq; accipienda sunt iura in gl. hic. 1. in c. præsent. ſ. de proba. & fa. regula cum sint. in 6.
k. Specul. de legat. §. superest. vers. quid si legati. per c. nobiliss. dist. 97. & ibi gl. verbi nihilominus.
l. in c. cùm in iure de off. delega.
m. vt in c. post cessionem ſ. de probat.
n. argum. eorum, quæ habentur in c. sicut. de sent. excom. & fa. l. 1. ibi nec vllius dignitate terreni. C. de mand. prin. & l. prohibitorias. C. de diuer. offi. lib. 12. ibi non passim nec latenter.
o. nu. 10. 11. & 12.
p. c. cùm à nobis. ſ. de testi. l. iurisiur. in fi. C. de testi.
q. in d. c. cùm à nobis.
r. Inno. c. cùm dilecti. in verb. responsionem. de accus. Bal. l. si quæ per calumniam. ad fi. C. de epi. & cler.

d Falſitatis expreſſio) † hinc annotant plæriq; quòd falſa cauſa vitiet abſolutionem à iuramento g. Quòd Baldus & ad diſpenſationem producit, *non tenere* (inquiens) *indulgentiam obtentam à religioſo, qui ficta infirmitate petijt ſe poſſe transferri ad laxiorem vitam.* Felinus adhuc de pluribus inueſtigat, quæ propter falſæ cauſæ adiectionem vitientur, quem videre licet.

g. Fa. l. cum gl. fin. in c. quia circa. & ibi Dd. ĵ. de conſang. & aff. Bart. in l. 1. ff. denata. reſt.

IDEM HELIENSI episcopo.

CAPVT VIII.

PAſtoralis: & infra. Authoritate præſentium, duximus ſtatuendum, vt cùm aliqua decretalis, de qua iudex meritò [a] dubitet, allegatur: ſi eadem iuri communi ſit conſona, ſecundum eam non metuat iudicare: cùm non tam, ipſius quàm iuris communis authoritate procedere videatur. Verùm ſi iuri communi ſit diſſona: ſecundum ipſam non iudicet, ſed ſuperiorem [b] conſulat ſuper ea.

Summæ rerum.

1. *EXtrauagantes quæ dicantur.*
2. *Extrauagans idem diſponens, quod ius commune, ab eo nihil differt.*
3. *Statuta ſi allegentur, an in iudicio produci debeant.*
4. *Statuta loci ibidem pro iure communi habentur.*
5. *Superior ſuper dubio iuris intellectu conſulendus.*
6. *Si extrauagans à iure communi diſcrepat, an iudex de ea teneatur conſulere ſuperiorem?*
7. *Sententia contra extrauagantem inconſulto ſuperiore lata, non eſt nulla.*
8. *Idem de ſententia principis, deciſionibus Rotæ, & regulis cancellariæ Apoſtolicæ, dicendum.*

a Dubitet) † Vt quia non ſit inſerta corpori iuris: & ta- 1.
les ſanctiones ſiue conſtitutiones vulgò *extrauagantes* dicun-
tur, vt quæ ſint extra corpus iuris frequentatæ, nec in illud re-
dactæ aut inſcriptæ. † Cæterùm extrauagans diſponens 2.
idem quod ius commune, non cenſetur differre à iure commu-
ni: quod Ant. & Imo. hic inducunt ad quæſtionem [a]: An ſta-

a. de qua per gl. maiorem. in c. 1. de conſti. in 6.

tutum

tutum disponens idem, quod ius commune, censeatur ius com-
3. mune: quam post Bart. Imola[b] vbertim examinat. † Ex qui-
bus infert hic Panor. quòd licet statuta, quæ allegantur in foro
alieno debeant produci[c]: tamen si idem continent quod ius
4. commune, producere non sit opus. † Dixi, in foro alieno, quia
statuta loci ibidem pro iure communi habentur[d], & ius ciuile
appellant[e], ideò nec ea produci necesse est.

b Consulat) Hinc notant, superiorem consulendum esse super dubio intellectu iuris[f], quia eius est interpretari, cuius est condere vel statuere[g]. Possunt tamen inferiores iudices in causis coram se pendentibus, quantùm ad ius litigatoris pertinet, super iuribus & interrogationibus, & inter ius ac æquitatem interpretari[h]. Examinant porrò hic interpretes, si aliqua extrauagans à iure communi discrepet, an iudex de ea consulere principem teneatur: quod videtur ex textu nostro, qui per verba imperatiui modi loquitur (*superiorem consulat.*) Alij vt Butr. & Io. And. putant, iudicem id quidem posse facere, ad hoc tamen ipsum non arctari, ex quo sibi non constat. Panor. verò rectè distinguendum censet, vt si nulla habeatur notitia allegatæ extrauagantis, prior opinio locum habeat, quia videatur allegata in fraudem, differendæ litis gratia: secus esse, si aliqualis eiusdem notitia existat, sed iudex de eius validitate dubitet: tum enim consulere superiorem tenebitur: sententia tamen contra extrauagantem inconsulto superiore lata, non inualidatur, sed iure firma manet, tanquam lata solùm contra
5. ius litigatoris[i], licet iudex veniat puniendus[k]. † Quod[l] Card.
producit etiam ad sententiam principis, cum ea pro lege extrauaganti habeatur: quare etsi contra illam pronuncietur, sententia tamen valebit. Idem de decisionibus Rotæ tradunt, cùm auditores non habeant autoritatem legis condendæ[m]. Idem de regulis cancellariæ apostolicæ, & epistolis principis[n] dicendum.

b. in d. c. 1. & in l. 1. vbi Bart. ff. ad l. Fal.
c. per Bart. in rub. ff. de no. op. nun.
d. vt l. omnes populi. ff. de iust. & iur.
e. distin. 1. c. ius ciuile.
f. concor. c. 2. de off. dele. c. cùm venisset. de iud. l. fin. C. de legib.
*g. c. inter alia.
ĩ. de sent. excommu.*
h. Inno. c. cùm specialι. in fi. glo inci. ipse recusans. inf. de appel. Feli. hic.
i. ar. c. venerabilem. de elect.
k. Panor. & Felin. hic.
l. hic.
m. Domi. in c. duobus. col. 12. de rescrip. in 6.
n. vt hic per Fel. num. 11.

IDEM EPISCOPO SANcti Andreæ, & abbati de Broch.

CAPVT IX.

CVm dilectus: & infrà. Ad secundam quæstionem duximus respondendum, quod vtraq; pars [a]potest instrumenta etiam post publicationem attestationum, vsq;

vſq́; ad diffinitiuæ ſententiæ calculum exhibere, anteqam ſit in cauſa concluſum. [b] Super tertio verò articulo reſpondemus, quòd ſi conſuetudo illius patriæ obtineat approbata, vt inſtrumentis illius regis fides adhibeatur: vos ea ſecurè poteritis admittere: præſertim cùm ſupradictus rex tantæ fuerit honeſtatis, quòd ipſius inſtrumenta maximæ authoritatis ſint in partibus Scoticanis.

Summæ rerum.

1. *INſtrumenta regulariter vſq́; ad concluſionem in cauſa recipiuntur, ſed poſtea non: ampliatur vt nu. 4. fallit vt nu. 5. 6. 7. 8. & aliquot ſeq.*
2. *Concluſio eſt terminus excluſiuus omnium probationum.*
3. *Romani opinio reprobatur.*
6. *In criminalibus ſemper poteſt detegi innocentia rei.*
7. *Inſtrumenta nouiter reperta, an produci poßint etiam poſt concluſionem in cauſa.*
12. *Probationes iuris etiam poſt concluſionem in cauſa allegari poſſunt.*
13. *Quando dicatur fieri concluſio in cauſa.*
14. *Dilatio ad concludendum in cauſa data, an ſit legalis vel arbitraria.*
15. *Poſſunt partes in vno articulo concludere, & non in alio.*
16. *Probatio per ſe inualida, poteſt conſuetudine haberi pro valida.*

a Poteſt inſtrumenta) † Ex priori huius capituli par- 1.
te obſeruanda eſt regula, quod inſtrumenta regulariter vſq́;
ad concluſionem in cauſa recipiantur, per rationem gloſs. hic.
quia in his non verſatur periculum ſubornationis, quemadmodum in teſtibus, de quo alibi ſatis multa diximus [a]. Poſtquam verò in cauſa concluſum eſt, prohibentur inſtrumenta produci:
† Quia concluſio eſt terminus excluſiuus omnium probatio- 2.
num, propterea quôd facta concluſione dicitur omninò liquere de cauſa [b]. Quod procedit, etiamſi inſtrumenta non ad probandum, ſed ad declarandum priores probationes proferrentur,
vt [c] Roma. alibi voluit. † Verùm textus, quem allegat, illud 3.
non euincit: itaq́; putat Felinus contrarium eſſe verius, quia & aliàs prohibitus probare, non prohibetur probationem factam declarare [d]. † Habet porrò locum prædicta regula non mo- 4.
dò coram iudice, ſed etiam coram arbitro. [e].

a. in c. fraternitatis. ſ. de teſtibus.
b. vt per gl. c. ſignificarunt. in verb liquere. & ibi Felin. ſ. de teſtib.
c in l. admonendi. in 6. col. de iureiur: allegans text. ſing. adhoc in c. auditis. de reſt. in integ
d. ſecundum Dom. in proœ. 6. in fi. pr. & c. ſi quis viduam. diſt. 34. & Feli. in c. licet cauſam. in 10. limit. ſ. de probat.
e. Ro. in l. 1. in 3. col. de arbit.

Deinde

Deinde procedit regula, etiamsi sit talis probatio facti, quæ
possit opponi post sententiam, vt Card. [f] voluit, asserens sic
fuisse obtentum in iudicio, quòd post conclusionem in causa
reiecta fuerit exceptio falsitatis per istum tex. Nec obstat, quod
possit post sententiam obijci, quia tunc est noua instantia, &
5. nouus modus procedendi. † Aliquoties tamen superiori re-
gulæ non est locus. Primùm in casibus, quibus iudex ex offi-
cio procedere potest, si ita illi [g] sederit. † Deinde in crimina-
6. libus controuersijs [h]. Quod ideò est, quia in his non conclu-
ditur, quin semper vsq; ad sententiam possi detegi innocentia
rei conuenti [i]. Quinimò in ipsis omninò impermissum est
renuntiare defensionibus, quod nihil aliud est, quàm in cau-
7. sa concludere [k]. † Tertiò non obtinet regula in instrumentis
post conclusionem nouiter repertis, quia produci poterunt, vt
Dd. omnes hic sentiunt [l]: quod verum est, si producens nullam
negligentiam admisit in perquirendis instrumentis ante con-
clusionem, vt quia probabiliter ea ignorauit: aliàs secus: &
hac specie restitutione in integrum opus esse pleriq; volunt [m]:
de cuius dicti veritate [n] Iason alibi abundè disserit, ad quem
8. iuris studiosum remitto. † Quartò fallit, si instrumenta reci-
piantur post couclusionem in causa, præsente aduersario, nec
contradicente: valet enim receptio, videturq; iudex tacitè re-
uocare interlocutoriam [o]. Iudex enim sciens conclusum esse
in causa, admittendo probationes, censetur reuocate conclu-
sionem, eamq; pro reuocata habere: concurrentibus tamen
his, quæ in reuocatione interlocutoriæ sunt necessaria [p].
9. † Quintò non procedit in instrumentis de nouo confectis, pro-
pter quæ non expectata sententia controuertentes à lite disce-
dere intendunt: illa enim proferri poterunt post conclus. te-
10. neturq; ea iudex admittere, vt Roma. prodidit [q]. † Sextò ces-
sat, si ex beneficio restitutionis in integrum subueniretur eccle-
siæ vel minori [r]. Et idem de maiori dici posset, cui hoc bene-
ficium restitutionis competeret ex clausula, si qua mihi iusta
11. causa videbitur. † Septimò fallit in causa appellationis, quia
ea, quibus in principali obstabat conclusio, poterunt iam pro-
12. duci [s]. † Vltimò procedit regula in probationibus facti, non
etiam iuris: quoniem etsi conclusum sit in causa, non
tamen intelligitur præclusa via probationibus iuris [t], quia
semper leges & iura allegari possunt. Et quamuis hanc limit.
pleriq, [u] impugnent, tamen dubium non est, eam veram esse,
si ad allegationes iuris non petatur noua dilatio: secus si noua
dilatio peteretur, quia illa denegabitur [x]. atq; ita respondet
ex Card. quodam consilio Felin. hic. Quosdam alios casus vi-
13. de apud Specul. [y].

f. in c. licet causam. in pr. in pen quæstio. de proba.
g. per tex. c. pastoralis. de cau. pos. & proprie. ibi, nisi iudex Spec. de renun. & conclus. §. 1. vers. & scias.
h. Bart. in l. diui fratres. de pœn. & l. 1 § si quis vltimò. de quæstioni.
i. per d. §. si quis vltimo.
k. per rationem l. ita vulneratus. ff. de pub. iud. per gl magnam. in fi. l. pactum inter hæredem. ff. de pact. & ibi Bart. vide Feli in c. cùm venisset nu. 4. 5. de pac. Ias. latè in d. l. admonendi. nu. 50. & 57.
l. Allegant Bart. in l. admonendi. de iure.
m. per tex. in c. auditis. de rest. in integ.
n. in d. l. admonendi. nu. 58. circa med.
o. Abb. hîc. & in c. quoniam contra. col. 13. 5. de proba. Cast. d. l. admonendi.
p. Dd. de Rota. decis. 5. quæ incipit. item si post conclus. Butr. Imo. d. c. auditis.
q. dicens hoc probari in l. 1. §. vnde quæritur. de no. op. nun.
r. per c. auditis. vbi omnes. de rest. in integ.
s. l. per hanc. C. de temp. app.
t. Bal. in auth iubemus. in vlt. col. C. de iud. allegat. l. quamuis indubitati. C. de adult
u. vt hîc per Felin.
x. per l. cum à nobis. C. de dila.
y. de remu. & concl. §. 1. vers. & scias Bal. l. vnica. C. vt quod def. aduo.

† Sed quæri poteſt, quando dicatur fieri concluſio in cau- 13.
ſa? Et ſciendum eſt, quòd admiſſis vtrinq; probationibus & diſputationibus partes debeant vltrò illi renuntiare, aut cogi per iudicem, vt finem aliquem afferendi probationes & allegationes tandem faciant, conſtituta illis dilatione, intra quam proponant, quibus cauſam ſuam formari poſſe exiſtiment. Et per huiuſmodi renuntiationem dicitur concluſio in cauſa contingere. Ad hoc autem, vt renuntiatio vim concluſionis habeat, omnibus probationibus renuntiatum eſſe oportet: nam etſi renuntiatum eſſet teſtibus: inſtrumenta tamen produci non ve-
tarentur [z]. † Porrò dilatio illa, quæ ad concludendum in cauſa 14.
dari conſueuit, videtur eſſe legalis, id eſt, lege definita [a]. † Il-
lud non omittendum, poſſe controuertentes concludere in cau- 15.
ſa ſuper vno articulo, non ſuper alio [b].

b Super tertio) Ex altera hac tex. noſtri parte annotan-
tandum eſt, † probationem per ſe inualidam & non integram, 16.
poſſe conſuetudine pro valida ac legitima haberi: de quo axiomate, quia alibi [c] ſatis multa diximus, quæ huc transferri poſſunt, ideò de eo hic plura dicere ſuperuacaneum fuerit [d].

z. per tex. hic. ita Spec. de renun. & concluſ. inſtr.
a. Auth. iubemus. C. de iud.
b. Bal. in l. ſi accuſatorib. in vlt. col. C. de accuſ. & dicit eſſe glo. ord. in §. quia verò ſæpè. Inno. de teſtib.
c. in c. ſicut. ſ. de probat.
d. vide Dd. communiter hic. & in d. c. ſicut.

IDEM PETRO CIVI Viterbien.

CAPVT X.

CVm Ioannes Eremita à te C X X X. libras Senen. ex cauſa mutui coram Donadæo & Io. iudicibus Viterbien. [a] petijſſet, & tu ex aduerſo proponeres, quòd cùm idem Io. in C. & L X X X. libris pro pretio domus, quam eidem vendideras, teneretur: C X X X. libras ex illis non immeritò debebat [b] compenſare. Tandem cùm ſuper hoc, & quibuſdam alijs articulis inter vos fuiſſet aliquandiu litigatum, iudices atteſtationibus publicatis te ſententialiter condemnarunt, vt eidem prædictæ domus poſſeſſionem [c] vacuam traderes, & à creditoribus liberatam: & infrà. Cùm igitur ab hac ſententia ad noſtram duxeris audientiam appellandum, & nos tam tibi quàm prædicto I. T. ſubdia. & capellanum noſtrum dedimus auditorem. Ex parte tua fuit propoſitum

tum supradictæ domus venditionem non puram, sed [d] conditionalem potius extitisse, ac nullatenus te teneri ad traditionem ipsius, quatuor nihilominus testibus ad hoc probandnm inductis. Quod etsi nouum esset capitulum, [e] pendebat tamen ex veteri, qui iurati deposuerunt, se interfuisse contractui inter te & prædictum I. super eadē domo celebrato, pro qua CLXXX. librarum pretium tibi fuerat constitutum, tali videlicet adiecta conditione, vt tu domum ipsam inhabitares liberè in vita tua, & post obitum tuum M. & R. natis tuis eiusdem I. nepotibus remaneret: cuius conditionis [f] intuitu, domum ipsam eidem I. pro minori pretio vendidisti, cùm à G. morandi pro ipsa CC. libras potuisses habere. Anni verò, mensis, & diei, quo venditio facta fuit, ijdem testes se dixerunt minimè recordari. Dictus verò I. venditionem non conditionalem, sed puram proposuit extitisse, ad hoc probandum publicum exhibens instrumentū: & infrà. Tabellionem quoque, qui confecerat instrumentum, & vnum ex testibus in instrumento subscriptis, ad id probandum induxit: & infrà. Porrò cum dubitatio fuisset exorta, vtrius deberet probatio præualere, pro tua fuit parte propositum, quia & si eandem vim obtineant instrumentorum fides & depositiones testium, in litibus exercendis, non tamen quodlibet instrumentum tanti debet esse momenti, vt trium vel plurium idoneorum testium depositionibus præferatur: & infrà. Ad hoc autem idem Ioan. ex aduerso respondit, quod cùm intentionem suam per iam dictum fundauerit instrumentum, ac tu in modum exceptionis venditionem ipsam non purè,

ſed conditionaliter celebratam eſſe proponas, nec per teſtes ad hoc à te inductos de certo fuerit tempore facta fides: Et ideò non appareat, quòd ſuper illa venditione deponant, quàm conſtat per dictum inſtrumentum determinato tempore fuiſſe contractum, huiuſmodi probatio videbatur ineſſicax ad intentionem contrariam elidendam. Verùm reſponſionem iſtam eſſe proponebas inralidam:quoniam cùm vtraq; pars à nobis interrogata, fuiſſet[i] in iure confeſſa, quòd vnica [k] tantùm venditio ſuper domo contracta fuerit: & ex depoſitionibus teſtium, liqueat, venditionem conditionalem fuiſſe: ex vtriuſq; confeſſione colligitur euidenter, eiuſdem domus venditionem conditionalem extitiſſe, non puram, non obſtante quòd ipſa intertogatio facta fuerit, poſtquam à partibus extitit in cauſa concluſum, cùm iudex (qui vſq; ad prolationem ſententiæ debet vniuerſa rimari) poſſit interrogari de facto, [l] quoties dubitationis aliquid occurrit:& infrà. De con. f. n. [m] pronunciauimus, venditionem prædictæ domus fuiſſe conditionaliter celebratam, & te ob hoc nullatenus obligatum ad traditionem ipſius: ſuper hoc memorato I. ſilentium imponentes. Sententiam verò iudicum prædictorum, qui aliàs iuſtè pronuntiaſſe noſcuntur (cùm huiuſmodi exceptio coram ipſis, [o] nec probata fuerit, nec obiecta) quoad dictum capitulum [p] infirmamus, eam quò ad alios articulos authoritate apoſt. confirmantes.

Sum-

Summæ rerum.

1. *Aruus est iudex super non petitis pronuncians.*
2. *Possunt in libello plura & diuersa peti.*
3. *Compensatio quid sit, & quare introducta.*
4. *Vt compensatio locum habeat, oportet debitum esse liquidum.*
5. *Obiectio, eiusdemq́ solutio.*
6. *Suspensa rei traditione & precium differri potest.*
7. *Sufficit debitum sola confeßione aduersarij liquidum esse, vt compensatio locum habeat.*
8. *Quantum tempus concedi debeat ad liquidandum debitum.*
9. *Vacua poßeßio qua dicatur: & nu. 10.*
11. *Verbum (conditio) quandoq́ pro modo seu pacto accipi.*
12. *Quæ sit natura vera conditionis. & nu. 15.*
13. *Modus non facit contractum conditionalem.*
14. *Conditionum alia dicitur potestatiua, alia casualis, alia deniq́ mixta.*
16. *Iudex appellationis non debet admittere impertinentia ad causam.*
17. *An liceat appellanti aliam causam prosequi, quæ non sit in appellatione expressa: & nu. 19.*
18. *Sufficit ex pluribus causis in appellatione expreßis vnam probare.*
20. *Ratione oneris annexi res minori pretio valet.*
21. *Testimonium an valeat, etsi testis de tempore non recordetur.*
22. *Quibus modis, & ex quibus causis instrumenta reprobari poßint.*
23. *In exercendis litibus testes & instrumenta eandem vim obtinent.*
24. *Quot testes ad reprobationem instrumenti requirantur vel priuati vel publici: & nu. 25.*
26. *Quæ instrumenta per testes reprobari nequeant.*
27. *Ratione iuris non obseruati quando instrumentum improbetur.*
28. *Quando item ratione euentus.*
29. *Duo testes non descripti in instrumento illud reprobant: fallit vt nu. 30. 31. 32.*
33. *Multò magis testes in instrumento descripti.*
34. *Probatio vnius partis dubia, declaratur ex confeßione alterius.*
35. *Ad euitandam actuum multiplicationem cautela est, vt de vnitate actus fiat interrogatio.*
36. *Iudex potest vsq; ad sententiam litigantes interrogare ad declaranda dubia circa merita causæ.*
37. *Quæ sit potestas iudicis appellationis in pronunciando.*
38. *Bartolus apertus & à fuco alienus.*
39. *Iudex appellationis improbando priorem sententiam, an causam aßignare debeat.*
40. *In causa appellationis deduci & probari potest, quod in causa principali non fuit deductum vel probatum: quod declara vt nu. 43. & 44.*
41. *Idq́ tam in appellante, quàm appellato locum habet: fallit tamen vt nu. 42.*

45. *Capitulum nouum quod dicatur de iure ciuili, & quod de iure canonico: & nu. 46.*

47. *Iuris vtriusq; ea in re elegans conciliatio.*

48. *Eadem sententia quatenus ex parte confirmari, & ex parte corrigi possit: & nu. 49.*

Caput istud satis prolixum est, quo ad contextum, in summa tamen hoc continet: falsitatem instrumenti, vel id, quod deest instrumento, per testes probari posse. Quia verò præter hoc multa alia singularia complectitur, sicut ex eius declaratione ostendetur: ideò in eo explicando aliquandiu immorabimur, & quæ annotatione digna videbuntur, non omittemus.

a Petijsset) Præter hanc petitionem 130. librarum occasione mutui, postulabat quoq; idem Ioannes domum vacuam sibi tradi, quam ei vendiderat aduersarius, quantum ex antiqua litera colligitur, in qua illud (Panor. teste) exprimebatur: quod satis etiam tex. hìc indicat, subiungens Ioannem illum in hoc fundasse intentionē suam: nec enim aliàs pronunciatum fuisset super domo [a], † fatuus si quidem est iudex, qui pro- 1.
nunciat super non petitis [b]. † Hinc argumentum ducitur, li- 2.
bellum subsistere, in quo plura ac diuersa petuntur.

a. c. licet Heli. §. de Symo.

b. l. fi. C. de fidei. lib.

b Compensare) Obiecit ergo compensationem ciuis ille Viterbiensis: † quæ nihil aliud est, quàm debiti ad debi- 3.
tum inuicem in vim solutionis ad concurrentem quantitatem contributio: ea ratione introducta, quia interest nostra, potius non soluere, quàm solutum repetere [c]: & compensando arcentur, præcauenturq; sumptus & molestiæ iudiciorum [d]. †De- 4.
bet autem descriptio illa intelligi de liquido debito: nisi enim compensatio obijciatur de certo, indubitatoq; debito, admittenda non est, nisi confestim liquidari, & facilem exitum sui præstare possit. † Atq; ita responderi potest quorundam obie- 5.
ctioni, qui aiebant, debitum illud 130. librarum, in quo reus prætendebat sibi obnoxium esse actorem, non fuisse liquidum, quia vigore venditionis trahebatur in litigium: & tamen admissam esse compensationem: vt id factum dicamus, quia hic statim erat liquidandum. Quanquam possit etiam dici in nostrò proposito, ratione pretij non fuisse contentionem inter litigantes, sed tantùm ratione traditionis faciendæ, sicq; quod ad pretium attinebat, liquidum erat debitum. † Nisi obsit, quòd 6.
suspensa traditione rei, differendum sit & pretium [e]. Alij verò putant, ideò hic locum fuisse compensationi per ipsum reum oppositæ, licet debitum suum non fuerit liquidum: quia per confessionem suam subleuauerit actorem ab onere probandi: † idq; ex Cyni dogmate [f], quo tradidit, quando debitum ex 7.
parte

c. l. 3. ff. de comp.

d. l. quod debetur. ff. eo. tit.

e. l. Iulianus. §. offerri. de act. empt.

f. in l. fin. C. de comp.

parte actoris fit liquidum per solam aduersarij confessionem, admitti compensationem ad aduersario obiectam, licet debitum non sit liquidum, sed liquidandum: quod & Abb. [g] alibi, & Accurs. voluere [h].
8. † Quantum autem temporis interuallum dari ad liquidandum oporteat: puto relinquendum iudicantis arbitrio: idemq; Baldus [i] censuit, tametsi Bart. tantum temporis praescribat, quantum ad soluendum daretur [k], cui Pet. Anchar. & Imo. [l]. subscribunt.

g. in c. bona fides. ῑ. depositi.
h gl. in d. l. fin. in verb. conuicta est.
i. per tex. d. l. fin. C. de compens. ibi, hæc itaq; iudices obseruent.
k. per l. aufertur. §. qui compensa. de iure fisci.
l. in d. c. bona fides.

c Possess. vacu.) Vacuam autem possessionem dicimus, quam nemo alius possidet, animo vel corpore [m]. Et quamuis fundum, cuius possessio est vacua, detineat alius nomine possessoris, vel domini, causamúe ab eo habeat, nihilominus dicetur vacua: quod est notatu dignum. Quare si colonus detineat fundum, qui non habeat possessorem, quem neglexerit possessor, & colonus remanserit in fundo, vel inquilinus in prædijs vrbanis, isti quamuis detineant, tamen nihilominus dicitur vacua possessio. Prædicta tamen intellige vera esse, nisi tales sint possessores, quorum ius sit potentius iure possessoris: vt est vsufructuarius, qui fundum detinet pro fructibus: item missus in possessionem legatorum seruandorum causa: item mulier inducta in possessionem ventris nomine: hi omnes detinent. Licet autem sint detentatores, nec possideant, careatq; fundus possessore: quia tamen habent potentius ius, non dicetur vacua possessio. Quod autem tales non sint possessores, & quod tales fundi non dicantur habere vacuam possessionem, manifesti extant textus in iure ciuili [n], qua de re alibi [o] tractant interpretes.

m. per gl. in l. fin. verb. vacuam. C. vnde vi.
n. in l. 2. §. vacuam. de act. empt.
o. vide de hoc. Dd. commu. in l. in conuentionalibus. §. si quis. de verb. obligat.

d Conditionalem) Id est, vt ipse venditor domum ad annos vitæ suæ inhabitaret, quemadmodum infrà in textu subijcitur.
11. † Abusiuè tamen hic conditionem, pro modo seu pacto accipit, in qua significatione conditionis vocula vtitur etiam alibi
12. Antoninus imperat. [p]. † Hic enim non interuenit vera conditio, de cuius natura est suspendere effectum actus gesti in euentum conditionis, quæ de reali ibi plenè tractatur [q]: sed propriè fuit modus, qui non suspendit, sed qualificat actum gestum, quemadmodum in nostra specie erat: quia emptio habebat certum modum, quo non obstante pre-
13. tium statim debebatur. † ideoq; tradit hic Bal. quòd modus non faciat contractum conditionalem, vt hic per eum latius.
14. † Porrò pleriq; in materia hac distinguere solent in hunc modum: Conditionis alia dicitur potestatiua, quæ in potestate nostra penitus est constituta: Alia causalis, quæ in euentum confertur & fortuitum casum, vt si Cæsar Gallum vicerit, &c. Alia mixta, quæ in arbitrio quidem alicuius posita est, sed tamen is nonunquam eam adimplere impeditur. Tu dic, conditionem

p. in l. debitori. C. de pact.
q. in c. verum. ῑ. de condi. adpo. & in l. 1. C. de cond. in ser.

propriè eam dici, quæ in futurum confertur euentum[r]. Vbi
verò præsens vel præteritum respicit, non tam conditio est,
quàm instar conditionis habet[s]. Cùm verò conditio pro pa-
ctione vel modo accipitur, id ad latissimam quandam interpre-
tationem pertinet[t]. † Item conditionis natura est, suspende- 15.
re effectum actus gesti in euentum conditionis, donec illa exi-
stat. Modus verò non suspendit, sed qualificat, conditionalemq́;
reddit actum gestum. Venditio hic fuit perfecta de præsenti,
sed fuit adpositus modus, vt in vita sua liberè habitaret.

r. l. si sit. §. 1. vbi glo. de legat. 1.
s. l. si ita stip. fuero hanc summam. de verb. obligat.
t. tv hîc. & l. debito. vbi Alci. C. de pact.

e Pendebat tamen) Quod omninò necessarium fuit,
aliàs iudex appellatus de eo non cognosceret, nec testes recipe-
ret, vt gl. hîc annotat: † Ob id certè, quia iudex, ad quem pro- 16.
uocatio facta est, non debet admittere aliqua impertinentia ad
causam, cùm ei incumbat solùm decernere, an benè vel malè
iudicatum sit[u]. Quod autem nouum dicatur capitulum, aut
pendens ex veteri, alibi exposuimus[x]. Cæterùm quod glossa 17.
subiũgit, licere appellanti aliam causam prosequi coram iudice
appellato, quàm expressam in illa appellatione[y]: hoc restringe
verum esse, si à sententia diffinitiua fuerit appellatum, secus si ab
interlocutoria, quia appellatio ab interlocutione non potest iu-
stificari ex causa noua, quæ non sit nominatim expressa, licet ex
pluribus causis nominatim expressis vnam tantùm probare suf- 18.
ficiat[z]. † Quod rursus verum, si appellator sibi ius declarandi 19.
causas grauaminis in posterum, facta protestatione, reser-
uauerit: quo casu non expressam allegare poterit, vt pro singu-
lari Ang. Io. de Imo. & Alex.[a] annotant.

u. l. 2. C. de temp. app.
x. vi. quæ s̃. de test. in c. fraternitatis. dicta sunt.
y. per l. scio. de appell.
z. Dd. in c. cessante. & l. appellanti. de app. vbi vide de hoc Bart. in l. si expressim. ff. de app. Dd. in c. significante. j. de app. in c. exhibita. s̃. de iud. Spec. de app. vers. quidam appellat. & Bal. in l. minorib. ff. ad Sylla.

f Conditionis intuitu) † Annotant hinc Abb. & Imo- 20.
la, ratione oneris annexi rem valere minus iusto pretio: qua de
re Dd. suis locis tractant, ad quos remitto[b].

a in l. quicquid astringendæ. ff. de verb. oblig.
b. in l. fundi partem ff. de contrah. emp. Bart. post gl. in l. mortis causa capimus. ff. de donat. mor. caus.

g Recordari) † Obserua, valere testimonium, etsi testis 21.
afferat, se non recordari de die, mense, vel anno: quod procedit,
nisi tempus esset de substantia probationis: quia tali specie tem-
poris expressio est necessaria[c].

h Non tamen quodlibet instrumentum) † In 22.
hunc locũ interpretes ex æquo omnes ferè difficilem illum
tractatum coniiciunt, quibus modis, & quibus ex causis instru-
menta reprobari possint? Et possunt quidem instrumenta repro-
bari omnnib⁹ illis modis, quibus aliæ species facti probantur &
improbantur. Sed sicut in reliquis, ita & refellendis instrumen-
tis præcipua vis est testium, vt Constantinus Imp. ait. † Nam in 23.
exercendis litibus eandem vim obtinent in probando testes, &
instrumenta[d]: quod Innocentius III. hîc repetijt. Itaq́; non
est dubium, instrumenta impugnari posse per testes. † Sed quot 42.
testes

c. in c. ex tenore. s̃. de testib. vbi dixi. Felin. & alij in c. cùm causam eo tit.
d. in l. in exercendis. C. de fid. instr.

es ad reprobationem instrumenti requirantur, dubitari conuenit. Cùm autem non eandem probandi vim instrumenta priuata obtineant, quam habent publica, facilè cognitu est, pauciores testes desiderari ad euertendum priuatum, quam publicum instrumentum. Itaq; Accurs. [e] contendit, ad priuati instrumenti impugnationem duos testes sufficere. Quod verum esse puto, cùm illud nullo authentico testimonio inauctoratum est. Nam vbi ad id accesserint tres testes, aut ei appensum fuerit sigillum authenticum, plenam meretur fidem, sicut publicum: quia constitutiones publicæ præcipiunt illi fidem habendam esse [f]. Publicum verò instrumentum non paucioribus testibus reprobari posse, quàm quatuor, Glossographus hic [g] censet, & Panor. copiosissimè ac lucidiss. inter omnes Dd. de reprobatione instrumenti hoc loco disputat. Itaq; ego discentes ad eius commentarios remittendos esse existimo: Nos quoq; alibi [h] de eadem re aliqua diximus, quæ huc referenda

26. sunt. † Illud non omittendum, quod verum sit, testibus reprobari instrumenta, exceptis illis casibus, in quibus absq; scriptura non contrahitur, quos gloss. alibi [i] commemorat. Nam in illis casibus scriptura præfertur viuæ voci testium, nisi vitium scripturæ ratione iuris in eo non obseruati, aut euentus facti eius autoritati derogantis, allegari possit: etenim hæ sunt causæ, propter quas instrumenta amittunt fidem, aut certè

27. suspecta redduntur. † Ratione autem iuris non obseruati impugnatur instrumentum, cum asseritur illud non esse factum ab eo, qui potuerit, nec de re, de qua licuerit, nec ijs solennitatibus & ritibus, quibus oportuerit: quæ verò solennia in confectione instrumentorum desiderentur [k] alibi abundè dictum est, & singularum dispositionum, quæ fiunt ratione contractuum aut vltimarum voluntatum, sua quædam est obseruatio, quæ ex illis tractatibus petenda est, vbi peculiariter & ordinariè de his

28. à iurisconsult. agitur. † Ratione autem euentus arguitur instrumentū vitiosum, si aliqua litura vel abrasio in loco suspecto indicari possit [l]. Calumniosam enim scripturam non oportet habere vim probandi in iudicijs: item si instrumentū sit incisum [m]: item si quid in eo sit ex alieno chirographo adiectum [n], & si qui sunt similes casus. Porrò non inutile fuerit, ad huius materiæ

29. cognitionem aliquot conclusiones ex Felino attexere. † Prima est: Duo testes nō descripti in instrumēto, possunt ipsum reprobare: nec distinguit Felinus inter factū recens vel antiquum, & inter ꝓbationem directam, vel indirectam: quia instrumentū habet autoritatē à persona tabellionis, cui æquum est præferri dictum duorum testium, per quos inducitur vera & naturalis ꝓbatio, meritò excedens probationē instrumenti. Instrumenti virtus consistit in præsumtione, quæ est ꝑ notario [o], sed hanc tollit for-

30. tior præsumtio testiū [p]. † Hæc conclusio cessat in casibus, quibus non admittitur ꝓbatio aduersus instrumentum ex dispositione legis

e. in l. pen. C. de contrab. & commut. stip.
f. §. si quis igitur. in nouel. de instru. cau. & fi. & c. 2. 1. hoc tit.
g. in verb. quodlibet.
h. s. de testib. c. in nostra.
i. gl. c. 1. §. postquam de censib. in 6. circa verb. in scriptis.
k. s. in c. 1. huius tit.
l. l. 2. de fid instr.
m. l. 1. §. pen. C. si tab. testa.
n. l. Paulus. ff. ad l. Corn. de fal.
o. c. ad audientiam.
p. de præscrip. c. propo suisti. s. de probat.

legis q. Vult enim lex in huiuſmodi caſibus eſſe præſumtior. iuris & de iure, contra quam non admittitur probatio in contrarium, ſaltem per teſtes r, licet per confeſſionem partis poſſit quandoq; admitti ſ. Excipe quatuor caſus, quos Felin. hic annotat, in quibus contra inſtrumentum, quod impugnationem non recipit, poteſt fieri probatio. † Secundò procedit 31.
concluſio, quando inſtrumentum ex parte actoris eſt, à reo verò duo teſtes huic repugnantes producuntur: ſecus ſi econtra ex parte rei inſtrumentum, & ab actore teſtes illi contradicentes adſint, quia inſtrumentum præfertur, reſpectu fauore reis conceſſo, niſi plures ſint teſtes, quàm duo: atq; ita Gofr. cenſuit u. Hoc tamen Abbas x & Bal. y reprobant, quia veritas prædominatur fauori reorum. † Tertiò eſt locus concluſioni, 32.
dummodò teſtes inſtrumento repugnantes rationem ſui dicti allegent, etſi de ea non ſint rogati: aliàs ſecus z. Quartò, procedit concluſio, niſi producantur teſtes, qui coadiuuent inſtrumenti tenorem, ſiue hi deſcripti ſint in inſtrumento, an minus: nam hac ſpecie plures duobus requiruntur ad impugnandum inſtrumentum, ſecundum qualitatem & numerum eorum, qui inſtrumento adſiſtunt a. Tabellionis tamen aſſeueratio nihil efficiet, etſi adſiſtat inſtrumento, quia omnis inſtrumenti virtus ab eius autoritate pendet: Itaq; hac ſpecie duo teſtes ſufficient. Quintò, vt locum habeat concluſio, teſtes idoneos eſſe oportet, ita vt nulla legitima ex cauſa eorum fides eleuari poſſit, vtpote omni exceptione maiores b.

† Secunda concluſio eſt: Sicut per teſtes non deſcriptos in inſtrumento poteſt inſtrumentum impugnari: ita fortius per teſtes in eo deſcriptos. Qua de re nos alibi diximus c, & ampliationes, itemq; limitationes apud Felinum hoc loco extant d. 33.

i In iure confeſſa) † Hinc diſcimus, probationem vnius partis dubiam, certificari ac declarari ex confeſſione alterius partis, notante Panor. hic. Per quod limitanda eſt Innocentij doctrina e, qua tradit, dicta teſtium obſcura non releuari per confeſſionem ſeu articulum per partem formatum. Debet enim intelligi de confeſſione propria, quæ non prodeſt confitenti f: ſecus eſt in confeſſione alterius partis: per hanc enim dicta teſtium alterius partis declarari poſſunt. 34.

k Vnica tantùm) † Hunc tex. ceu ſingularem commendant Dd. quod ad euitandum, ne teſtes diſcordantes concilientur per multiplicationem actuum, fiat interrogatio de vnitate actus g. Monet quoq; alibi Bar. quando eſt repugnantia inter inſtrumentum, & teſtes in eo non deſcriptos, fieri debere articulum de vnitate actus h. Qua de re plura hic amplius Felinus annotat, ad quem ſtudioſum iuris remitto. 35.

I Quoties

q. vt in caſu l. antiquæ. C. ad velle. & l. vlt. C. arbit. tut.
r. iuxta not. c. is qui fidem. ſ. de ſponſa. & de 1. cle proba.
ſ. glo. auth. iam neceſſe. C. de donat. inter vi. & vx.
t. nu. 37. cum ſequentib.
u. in c. cùm à nobis. ſ. de teſtib.
x. c. tertiò loco. ſ. de probat.
y. in d. l. in exercendis.
z. Bal. l. præsbyteri 1. in vlt. col. C. de epiſ. & cle. Imo. hic.
a. Abb. & Imo. hic. per iſtum tex.
b. tex l. optimam. C. de contra. & commit. ſtip.
c. in c. tam literis. in fi. ſ. de teſti.
d. nu 47. & ſeq. & 51. ver. ex prædictis.
e. in c. cùm contingat. ſ. de off. deleg.
f. 13. q 1. in pr. & c. in præſentia. ſ. de probat.
g. Spec. de teſte. §. iam de interrogatorijs. verſ. quid ſi vnus teſtis.
h. in l. 1. §. ſi quis neget. ff quemad. teſt. aper.

36. l Quoties dubitationis) Elegans hic eſt textus, & frequens in ore omnibus, iudicem poſſe vſq; ad ſententiam litigatores interrogare, ad declaranda dubia circa merita cauſæ, etſi procedat ad vtilitatem priuatam: quod Inno. ita exaudit, dummodò interroget circa dubia eorum, quæ acta ſunt ante concluſionem, de alijs quærere non poſſet: Idem [i] Bal. Speculator, [k] & Roma. voluerunt. Et prædicta in iudicijs ordinarijs procedunt, quoniam in ſummarijs iudex quandocunq; interrogare poteſt etiam ad partis inſtantiam [m]: quanquam alij malunt, iudicem etiam in plenarijs iudicijs poſſe interrogare ad fundandam nouam intentionem poſt concluſionem, in [n] cauſa: quia iudici non concluditur, ſed partibus tantùm litigantib9. Ita Io. And. Panor. Butr. [o] & Imola [p] voluere, quæ ſententia videtur æquior.

37. m Pronuncia.) † Butrius, Abb. & Imo. hinc notant, iudicem appellationis poſſe pronuntiare non ſolùm ſimpliciter, dicendo benè vel malè appellatum [q], ſed etiam priorem ſententiam emendare, declarando melius iura partium, quæ vel ex actis prioris inſtantiæ, vel ex his, quæ coram ſe geſta ſunt, cognouerit: poteſt enim condemnare vel abſoluere etiam ex primis actis, quod & Accurſ. [r] voluit. Quamuis autem pleriq; interpretes iuris, in hunc modum per appellationis iudicem, pronunciari poſſe opinentur, *malè iudicatum eſſe, & benè appellatum*, vel contrà; quaſi ſecundum ea, quæ exprimuntur, aut abſolutio aut condemnatio, includi intelligiq; videatur [s].

38. Bart. tamen, † vt apertus eſſe ſolet, & à fuco alienus, tutius eſſe arbitratur, vt non ſit quis ſimplici illo pronuntiato contentus, quo dicit, *malè benène iudicatum, & benè malène appellatum* ſed adijciat, *& Titium condemno, vel abſoluo*, ſecundum negotij exigentiam, de quo eſt controuerſia, vt ſic condemnatio vel abſolutio expreſſim quoq; accedat, ne in ſententia quid deſideretur, & vitio ſubiaceat. Id quod & ipſe probo, in ea maximè ſententia, qua idipſum per priorem ſententiam non eſſet diſertè factum, ſed ad æquiualens veniret referenda, quò extra vitij ſuſpicionem [t] habeatur.

39. n Cum huiuſmodi exceptio) † Per hũc tex. pleriq; volunt, ſi iudex appellationis priorem ſententiam reuocaturus, improbaturuſúe ſit, cauſas aſſignare debeat, quarum conſideratione illud faciat: ita enim fiet, vt minus exiſtimationi eius, qui antea pronuntiauit, [u] decedat: id quod in foro pontificio vſurpatur magis, quàm vulgò, niſi conſiſtorij moribus habeatur receptum. Illud conſtat, cautelam hanc non eſſe neceſſariam, quando vel prima ſententia confirmatur, vel ex primis actis reſcinditur, cùm tunc ceſſet ratio conſeruandi honoris iudicis, vt expreſſè alibi Card. [x] declarat.

i. in l. per hanc. in prin. C. de temp. appel.
k. tit. de poſi. § quarto. verſ. ſed ſi aut.
l. in l. 4. §. hoc iudicium. ad ſi. de dam. infe.
m. gloſ ſing. cle. ſæpe. in verbo interrogabit. de verb. ſig. & ſa. tex. ibi per locum à ſpeciali.
n per d. l. vbicunq. de inter. act.
o. hic.
p. in c. cùm cauſam. ẽ. de iura calum.
q. l. eos. C. de appel.
r. in l. in ſumma. de re iud. & probatur in l. cùm apud. ff. iud. ſol. & in l. creditor. §. 1. ff de ſolut. & c. Raynutius. ẽ. de teſta.
ſ. per d. l. eos. in pr. & ibi Dd. communiter.
t. Bar. in l. Offilius. & ibi gl. verbi appelpellare. de leg 3. l. quod ſi forte. vbi & Alex. ff. de ſolut. gl. in l. præſes. C. de ſenten Io. Calde. in c. ſignificauerunt. & in c. Ranjaldus. de exceptio.
u. glo. in c. ſicut. & ibi Bal. Butr. & alij ẽ. de re iudi.
x. in d. c. ſicut. verſ. vt concludas.

o Nec

o Nec probata fuerit) † Regulam hîc obſerua, ad 40.
quam quotidiè citatur hîc tex. corã iudice appellationis deduci
poſſe & probari, quod non fuerit deductum, neq; probatum in
cauſa y principali. † Idq; tam in appellante, quàm in appellato 41.
locum ſibi vendicat. Quemadmodum enim actor nouis adſer-
tionibus in proſequenda appellatione vti poterit, ita & reus
nouis defenſionibus: vterq; tamen his, † quas differendi iu- 42.
dicij ergo, & quia prouocationis prætextum adparabat, non
ſuppreſſit: nam illæ inſidiæ faciunt, vt poſtea & his non poſſit
vti, tantùm abeſt, vt doloſum animi inſtitutum cuiquam patro-
cinari z debeat. Quæ vera ſunt, ſi de inſidijs & dolo conſtet:
ſecus ſi ex negligentia vel ſimplicitate probationes eſſent omiſ-
ſæ a. Non † tamen paſſim & per omnia nouis locus eſt in appel- 43.
latione, ſed his duntaxat, quæ ex propoſitis in priori inſtantia
manant, & ex veteribus originem ducunt, aut eis coniuncta
ad minus habentur, ſiue hoc ſit mediatè, ſiue immediatè, quæ
ob id ad vetus capitulum pertinere Iuſti. ait. Non enim patitur
appellationis ratio, vt aliquid omninò nouum proponatur, ſed
vt ea, quæ ante ſunt acta, ſolùm illuſtrentur, vt ſic iudex vi-
deat, iuſtè, vel iniuſtè ſit pronunciatum. Exempli gratia. Pa-
ratus erat actor intentionem ſuam ex integro probare, ſed pro-
perante iudice, id facere non licuit, & ſuccubuit: permiſſum
eſt hoc caſu, in cauſa appellationis non probatum probare, &
ius, quo nititur per omnia deducere. Cæterùm poteſt & quaſi
per obliquum ſubueniri negotio, inductis quæ ei ſunt coniun-
cta: licet enim iam primùm producantur, vetera tamen ſunt,
& ad cauſæ cognitionrm maximè commodant: vt eſt exemplum
in c. noſtri themate, vbi conditionalem fuiſſe venditionem in
cauſa appellationis, deducitur, cùm in priori iudicio de hoc
nihil fuiſſet obiectum. Diligenter † itaq; aduertendum eſt, 44.
num in cauſa appellationis omninò noua fiant capitula, vel no-
ua quidem ex veteribus tamen pendentia. † Capitulum no- 46.
uum iure ciuili dicitur, quod ex ijs, quæ in priori iudicio pro-
ponebantur, non deriuatur, & tale in ſecunda inſtantia non po-
teſt deduci, vt cuius intuitu nullum grauamen eſt illatum, nec
quicquam litigatoris intentionem coadiuuat. Sic, qui centum
ex depoſito petijt, ſi mutata iudicij figura commodatum obten-
dere vellet, non audiretur: diſiunctum enim eſt, quod poſtre-
mò aſſnitur, nec inſtitutæ actioni quicquam adminiculatur b.
† Canones verò capitulum nouum id dicunt, quod cum ijs, quæ 46.
acta ſunt, communionem habet, à quibus & pendet, ſed in
appellatione recens proponitur: & huiuſmodi capitulum fieri
poſſe, ex prædictis ſatis c conſtat. Vides ergo quò ad hoc, di-
ſcrimen eſſe inter leges ciuiles & ius pontificium. † Huius ta- 47.
men diſcriminis facilis erit conciliatio, ſi vtriuſq; iuris inten-
tionem conſideraueris. Nam ius ciuile nouum capitulum tam
origine, quàm propoſitione expendit: puta, quod ex ante actis
non

y. Idem habetur in l. per hanc. C. de tem. app. & l. ſcio. ff. de app. & c. fraternitatis. ſ. de teſtib.

z. gloſſ. & Butr. in c. ad audienti. 2. ſ. de reſcript. glo. & Dd. c. inter monaſterium, vbi & Abb. j. de re iud.

a. Felin. hic. nu. 29. Butr. & Imo. in c. Quintauallis. de iureiur.

b. Spec. de ſent. §. qualiter. verſ. quid ſi lex. Bar. l. 1 de eden. Bal. l. per hanc. & l. fin. C. de anna. excep.

c. & habetur in c. fraternitatis. ſ. de teſtib. & cle fin. eo tit.

non procedit, & iam recens proponitur. Vnde ſtatim intelligis, vetus capitulum eſſe, quod ad cauſæ coniunctionem pertinet, ad eamq; illuſtrandam eſt expoſitum, vtcunq; iam primum adducatur, quod permiſſum eſt. Canonicum verò ius effectum rei magis conſiderans, nouum capitulum cognominat ab eo ſolùm, quod iam nouiter eſt propoſitum, & non quod ab ante actis habetur ſeparatum. In verbis itaq; ſolùm eſt pugna. Etenim quod conſtitutiones antiquum, canones nouum capitulum dicere videntur. Reiecta ergo hac verborum pugna, nihil refert, antiquum vel nouum capitulum ſtruxeris ad appellationis cauſas legitimè reddendas, modò cum negotio peracto ſit idem, eiúe adiunctum ſeu connexum, ne mutata iudicij figura, nouam rem inducas, ad eam iurisdictionem non ſpectantem: idq; tam actores in aſſertionibus, quàm reos in defenſiobus ſuis obſeruare conuenit.

48. p Infirmamus) † Hinc colligis, fieri poſſe, vt eadem ſententia ex parte veniat confirmanda, & ex parte corrigenda, contra hoc, quod ſententiam indiuiduam eſſe, neq; ſeparationem recipere [d] dicimus: quo caſu (ne impingas) oporret ſententiam, ſecundum ſui naturam in certa capita diuidere, ex quibus aliud probes, aliud autem corrigas: & tot erunt ſententiæ, quot capita, tantùm abeſt, vt eius fiat diuiſio, ſed ſingula capita ſingulas ſententias efficient. Exemplum eſt in c. noſtro hic. Aliud exemplum: veluti Titius condemnatus nomine 20. aureorum, quos Sempronio in auro puro puto ſoluere debeat ex legati cauſa: & interpoſita appellatione conſtat, legatum hoc quidem ei relictum, ſed non in auro puro puto. Cognitione itaq; habita diuidenda erit ſententia, & illa confirmãda, hæc autem emendanda, ne vtile ad inutile quoq; ſuccumbere cogatur, & vires [e] perdere. Tum demùm ergo ſētētia partim cõfirmari, partim adprobari poteſt, ſi plura habeat ſeparata capita, ſecus ſi connexa: quod quomodo cognoſcatur, ſententiam vel alium actum continere vnum, pluráue capita, connexa vel ſeparata Accurſ. Bart. [h]. & Bal. [i]. ſuis locis abundè tradunt, ad quos ſtudioſos remitto &c.

*

d. l. in hoc iudicio. ff. famil. ercij.

e. l. etiam. §. ex cauſa. ff. de mino. c. Reynaldus. j. de teſta. Bart. in l. ampliorem. C. de temp. app. Bal. in l. 1. C. ne lice. tertiò prouo.

f d. l hoc iudicio. ff. fam. hercis.

g. in d. l. etiam. §. ex cauſa.

h. in l. Aurelius. §. idem quæſyt. ff. de libe. leg.

i. in l. 2. C. de re iud.

HONORIVS TERTIVS.

CAPVT XI.

EX parte chariſſimæ in CHRISTO filiæ B. quondam Anglorum reginæ fuit propoſitum: & infrà. Quia reſcriptum apoſtolicum pro eo quod in hac dictione ſpoliarunt, hæc figura O deerat, aſſeritur vitioſum: mandamus quatenus hoc non obſtante, in negotio ipſo ratione præuia procedas.

Summæ rerum.

1. *Defectus literæ, per quem ſenſus non mutatur, non vitiat reſcriptum.*
2. *Ampliatur dictum dogma: & nu. 3. 4.*
5. *Falſa latinitas an & quando vitiet: remiſſiuè.*

Ex hoc cap. annotandum eſt, † defectum literæ, per 1.
quem ſenſus non mutatur, non vitiare reſcriptum: ſecus ergo
eſt, ſi ob defectum ſenſus variaret, quod ſigna: † idq́; generali- 2.
ter accipe de quocunq́; defectu, ſiue literæ, ſiue ſyllabæ, ſiue
etiam integræ dictionis, dummodò ſenſus ſcribentis non immutetur. Sæpè enim magna rerum momenta vertuntur in vnius ſyllabæ inuerſione, vt exemplũ eſt in dictione Luithardus & Lotharius [a]. Vbi autem nullus ex ſyllabæ immutatione defectus ſurgit, talis ſyllabæ immutatio non nocet: quia literæ ſortiuntur effectum ex ipſa bulla, per cuius ſolennitatem ſi de mente reſcribentis conſtet, huiuſmodi defectus non ſunt in
conſideratione. † Sed etſi vna litera ponatur loco alterius, 3.
idem obtinet, dummodò mens reſcribentis ſit euidens: nam ſi
hinc æquiuocatio induceretur, ſecus foret. † Idem iuris eſt, 4.
ſi per adpoſitionem vnius literæ loco alterius induceretur falſa latinitas, quia ſi mens ſit certa, ſuſtinendum videtur reſcriptum. De hoc tamen an indiſtinctè, & quando falſa latinitas vitiet, non eſt hic locus dicere, ſed alibi commodius tractatur [b].
† In hanc autem ſentenaiam crebrius itum eſt, falſam latinita- 5.
tem non vitiare, quando per figuram, vel per tropum, aut alio modò (ſalua recti ſermonis ratione) diſpoſitio ſeruari poteſt.

a. c. inter dilectos. ſ. eo.

b. in c. ad audientiam. & ibi. Dd. ſ. de reſcrip. Bar. l. Plautius in fi. de au. & arg. leg.

GRE-

GREGORIVS NONVS priori sancti Bartholomæi & decano de arcubus Lugdunen.

CAPVT XII.

G. Perpetuus [a] Vicarius ecclesiæ de Recham nobis exposuit, quòd cum prior & conuentus de Ledis eum super decimis coram iudicibus authoritate apostolica conuenissent, & dictus G. super similibus coram ipsis reconuenisset eosdem: quia dicti iudices copiam quorundam [b] instrumentorum communium, quæ habebat pars altera, & per quæ intendebat intentionem suam super principali fundare: fieri non faciebant eidem, hoc cum instantia postulanti, nostram audientiam appellauit. Ideoq; mandamus, quatenus si est ita, reuocato in statum debitum, &c.

Summæ rerum.

1. *De perpetuis & temporalibus Vicarijs, eorundem potestate: & nu. 2. & 3.*
4. *De instrumentorum communium editione & materia editionis.*
5. *Differentia inter actorem & reum, quo ad editionem.*
6. *Quandoq; in iudicijs æqualitas non seruatur inter actorem & reum.*
7. *Casus in quibus actor reo non tenetur edere.*

1. a Perpetuus) † Vicariorum alij dicuntur perpetui, qui in perpetuum constituuutur [a]: alij temporales, qui ad tempus subordinantur, puta loco rectorum legitimè absentium [b]. Vicarij perpetui obtinent ecclesiam, & per quem possunt pro ipsis agere, quia æquiparantur vero rectori [c], tantumq; hi ius obtinent, quantum emphiteuta vel feudatarius, quibus pariter ius agendi conceditur [d]. Quinimò pro generali thesi tradnnt Dd. Vicario agere licere pro iuribus Vicariam suam concernentibus, absq; alio mandato, cùm habeat titulum [e] ad instar canonici, cui ius agendi competit nomine præbendæ suæ, licet præben-

a. c. fin. de off. Vic. c. extirpandæ. §. qui verò. ∫. de præb.
b. c. peruenit. de appel. c. cùm ex eo. de Elec. in 6.
c. fa c. constitutus. & c. Michael. de fid. presby. c. postulasti. ∫. de rescri.
d. per not. c. quoniam. in gl. alleg.
e. cle. 1. de offici. Vica. & d. § qui verò.

IDEM.

CAPVT XIII.

Imputari ei poteſt, qui contrarias inter ſe ſcripturas in iudicio protulit, fidem ſibi adinuicem derogantes: cùm in ipſius fuerit poteſtate, quam voluerat, non proferre.

Summæ rerum.

1. *Regula eſt, ſi contrariæ ſcripturæ in iudicio ab eôdem producuntur, nulli creditur.*
2. *Ampliatio præfatæ regulæ: & nu. 3. 5. 13.*
4. *Reus poteſt quidem vti contrarijs defenſionibus, ſed non probationibus.*
6. *Producens ſcripturas contrarias, non poteſt pœnitere.*
7. *Limitationes ſupradictæ regulæ: & nu. 8. 9.*
10. *Habens contrarias ſcripturas, poteſt vna illarum vti.*
11. *Repugnantia ſcripturarum, de qua in tex. vnde cauſetur.*
12. *Cur ſecus ſit in teſtibus, quàm inſtrumentis.*
14. *Contradictoria ſcripturæ quæ dicantur.*
15. *Quæ item derogatoria.*

Ex præſenti cap. regulam colligemus, eandem aliquot
1. ampliationibus & exceptionibus illuſtrantes. † Regula eſt: Si diuerſæ ac repugnantes ſcripturæ ab eodem litigatore producantur, nulli credendum [a] eſt. † Quod indiſtinctè procedit,
2. ſiue vtraq; ſcriptura ſit publica, ſiue priuata: aut altera publica, altera priuata. Atq; ita Io. And. & alij hic [b] tradunt, contra Accurſ. qui putauit, tali caſu ſtandum eſſe publicæ ſcripturæ, tanquam digniori. Nam textus noſter ſimpliciter verbo *ſcripturæ* vtitur, quod verificatur in omnibus prædictis: nec vlla adparet diuerſitatis ratio, ſi vtraq; ab eodem proferatur, cùm producens videatur omnia in eis comprehenſa fateri,
3. vt&q; ſibi ipſi contradicat. † Deinde locum habet regula non modo in actore, ſed etiam in reo. Quamuis enim huic liceat vti exceptionibus & allegationibus [c] contrarijs: ſi tamen repugnantes ſcripturas proferat, quæ ſe non compatiuntur, ſibi præiudicat, ſecundum omnes hic. contra Gofre. & Hoſtienſem: idem q; Bald. & Sali. [d] tradunt. † Nec obſtat regula prædicta.
4. Licet enim reus poſſit vti contrarijs defenſionibus, tamen non poteſt vti contrarijs probationibus: quod limitat Card. niſi in continenti vellet contrarias proferre ſcripturas conditionaliter, puta vnam, vt probet ſe non obligatum, & in quantum eſſet

a. concord. l. ſcripturæ. C. de fid. inſtru.

b. vide etiam glo. in l. ſcripturas. C. qui pot. in pig.

c. c. nullus plurib. de reg. iur. in 6. l. nemo ex his. ff. de reg. iur.

d. in d. l. ſcripturæ. ad fin.

esset obligatus, producit aliam, quæ ostendit ipsum fuisse abso-
lutum per acceptilationem [e]: idemq́, Imol. hic sentit. † Tertiò
locus est regulæ, etsi vna tantum scriptura sibiipsi contradicat,
quia destituetur viribus: licet enim tex. loquatur de pluribus
eius tamen ratio etiam in vna [f] obtinet. † Cæterùm, si quis se- 6.
mel repugnantes inuicem scripturas in iudicio protulit, non
potest huiusmodi producationem, ceu erroneam, reuocare, qa
præiudicaretur aduersario, cui iam ius est acquisitum, sibiq; im-
putet, cùm potuerit præuidere. Itaq; consulit [g] Specul. quod
instrumenta producere volens, accuratè ea prælegere debe-
at. † Aliquoties tamen cessat regula supradicta: primùm, si scri- 7.
pturæ contrariæ non ab eodem litigatore, sed à diuersis per-
sonis proferantur: quia tunc, si quidem scripturæ sint æqua-
les & eiusdem fidei, aduersus illum pronuntiatur, cui proban-
di onus incumbebat, quasi nihil probauerit: nisi causa esset
fauorabilis [h]. Sin verò vna scriptura dignior sit altera, puta
vna priuata, altera publica, digniori [i] creditur, nisi priuata plu-
ribus testibus coadiuuaretur [k]. † Deinde cessat regula, si re- 8.
pugnantia scripturarum conciliari posset, & ad concordiam re-
duci, per aliquam diuisionem, aut sanam interpretationem,
puta per distinctionem temporum & locorum, tùm enim vtriq,
creditur in suo casu & [l] tempore. † Deniq; si mulier vel rusticus 9.
repugnantes scripturas proferat, nec peritiores consulere po-
tuerit, eorum simplicitati parcitur: atq; ita Bal. [m] voluit, licet
Salic. videatur contrarium sentire. † Pro colophone ex tex. 10.
nota, à contrario sensu, quod habens scripturas contrarias,
potest illarum altera vti. Nam ex solo vsu illarum fides tollitur,
vt patet hic in prin. & fi. † Porrò iste conflictus scripturarum, 11.
de quo in tex. causatur ex duobus: quandoq; ex reciproca
derogatione, dum dicitur (*inuicem derogantes*) quandoq; ex
aperta contradictione, dum dicitur (*repugnantes*) iuxta L. scri-
pturæ. C. de fid instr. ex qua hic tex. est sumptus. Ratio autem
huius cap. est: quia repugnantia est in ipsa probatione, quò
ad eius substantiam: item repugnantia est in ipso probante:
quia qui profert instrumenta, fateri censetur ea esse vera, quæ
in instrumento continentur [n], & ideò producendo repugnan-
tia, repugnat sibi in tota confessione. † Sed cur aliud in testi- 12.
bus quam in instrumentis, quia testibus dignioribus [o] creditur?
Respon. Instrumenta præuideri potuerunt: sed dicta testium
non potuerunt præsciri: itaq, instrumenta proferens, si ea non
antè diligenter perspexit, sibi imputet. † Illud quoq; non est 13.
omittendum, hoc cap. locum habere tam in contradictorijs,
quàm derogatorijs scripturis. † *Contradictoriæ scripturæ* 14.
sunt, quæ sic se habent, quòd veritas vnius non potest stare
cum veritate alterius. Et hoc bifariam contingit, directè scili-
cet & indirectè: directè, vt si duas proferam scripturas publi-
cas ad vnam eandemq́; sententiam docendam: in vna contine-
tur,

e. ... not. per Di. c. nullus pluri- ... & Bal. in l. 1. C. de fur.
f. & fa. c. inter dilectos. §. Cæterùm. s. eod.
g. de instr. edit. sub hoc. tit. § restat videndum. in prin.
h. iuxta ea quæ habentur in c. ex literis. de probat.
i. l. optima. C. de contrah. & comit. stip. l. scripturas. C. qui pot. in pig.
k. Salic. in d. l. scripturæ.
l. Bal. l. exercendis. col. 4. C. de fid. instr. alle. l. Item videndum. & l. illud. ff. de pet. hæred. fa. tex. in c. inter dilectos. ad fi. s. eod. ibi. eo modo quo magis.
m. in d. l. scripturæ.
n. vt not. Inno in c. cum olim. de censib.
o. l. de ætate. de probat.

tur, iudicem purè condemnaſſe: in altera ſub conditione: vel in vna condemnatio, in altera abſolutio comprehenditur. Iſtæ ſunt contrariæ ſcripturæ, quia veritas vnius veritatem alterius excludit. Quia ergo neſcimus, quæ ſit verior, neutri ſtamus, vt hic. Iudirectè, veluti produxi duas ſcripturas ad probandum, me tibi mutnaſſe 10. in vna continetur, quod tali die mutuaui tibi X. Friburgi, & alia continebatur, quod mutuaui X. Spiræ die eâdem: nam impoſſibile eſt per rerum naturam, ob magnam diſtantiam locorum, me eodem die Friburgi, & Spiræ fuiſſe, & hæc appellatur indirecta

15. P contrarietas. † *Derogatoriæ ſcripturæ* ſunt, ex veriſimilitudine rei, & ex eo, quod plurimùm accidit, vt peto à te X. ex cauſa mutui, produco inſtrumentum Friburgi factum, aliud eadem die coram eiſdem teſtibus, & tabelllione factum Colmariæ: & iſtud eſſe poteſt, quia non tanta eſt loci diſtantia, quin eodem die poſſit fieri: tamen quia non multùm eſt veriſimile, quia rarò accidit, iſta inſtrumenta derogant ſibi inuicem, & ſunt ſuſpecta. *p. d. l. optimum. de contrah. ſtipul.*

IDEM.

CAPVT XIII.

SI cautio, quam à te indebitè proponis expoſitam, indeterminatè loquatur, aduerſarius tuus tenetur oſtendere debitum, quod continetur in ea. Sed ſi cauſam, propter quam huiuſmodi ſcriptura proceſſerit, expreſſeris in eadem, confeſſioni tuæ ſtatur: niſi probaueris te id indebitè promiſiſſe.

Summæ rerum.

1. *REgula eſt, quod cautioni non habenti cauſæ expreſſionem, ſi indebitè expoſita, non credatur, niſi debitum probetur: ampliatur: vt nn. 4. 6. Limitatur vt nu. 7. 15. & aliquot ſeqq.*
2. *Limitatio ad c. 1. exemplum de pact.*
3. *Nihil tam contrarium conſenſui, quàm error.*
5. *Cautionis verbum generale eſt, & omnem promiſſionem continet.*
8. *Donatio interdum ex coniecturis præſumitur: & nu. 10. 11.*

9. *Munificentia in diuite laudabilis est.*
12. *Si donator errauit in meritis, donationem reuocare potest.*
13. *Donatio quandoq. ex præcedentis actus sequela inducitur: & nu. 14.*
20. *Confessio simplex in iudicio facta non obligat, si non habeat causam annexam.*
21. *Promissio conditionalis valet absq. alia causæ expressione.*
22. *Sponsiones conditionatæ, quæ quotidiè fiunt in futurum aliquem euentum, an valeant?*
23. *An in matrimonijs tales sponsiones valeant?*
24. *An item in luctu, cursu, saltu & similibus.*
25. *Si promissionem aliqua causa præcesserit, ad quam referatur, tunc obligat promittentem.*
26. *Si in instrumento contineatur, promissorem stipulanti promisisse ex certa scientia, præsumitur donatio.*
27. *Altera huius c. regula est, si cautionem exponens, causas expressit in eâdem, tenetur stare suæ confessioni.*
28. *Nisi docere possit, se indebitè promisisse.*
29. *An probatio per testes hoc casu sufficiat.*
30. *Explicatio. §. quod ferè. in l. iurisgentium. ff. de probat.*
31. *Si quis confiteatur absq. scriptura, se debere expressa causa, & parte præsente, obligatur, secus si parte absente.*
32. *Casus, in quibus confessio parte absente facta, confitenti nocet: & nu. 33. 34. & 35.*
36. *De exceptione non numeratæ pecuniæ, quibus casibus locum habeat, vel non: & nu. 38. 39. 40. 41.*
37. *Cur exceptio non numeratæ pecu. in mutuo tantùm, & non alijs contractibus locum habeat.*
42. *Nonnulli casus, in quibus exceptio non nume. pecun. cessat: & nu. 43.*
44. *Exceptio non numeratæ pecu. interdum etiam post biennium competit.*

Ex præsenti cap. duæ sunt colligendæ regulæ. Prima. † Si cautio indebitè exposita esse dicatur, nec causæ adiectionem habeat, ex qua debeatur, tunc is, in quem cautio exposita est, tenetur debitum probare, quod in cautionem deduxit: ita est tex. hic [a] ex Pauli iurisconsulti responso sumtus. sic'q; cautio omninò nuda est, & inefficax vtroq; iure, tàm pontificio, quàm ciuili. Nudam enim promissionem [b] significat, nisi aliud res tulerit, exegeritúe. † Et hinc limitatio sumenda est ad c. 1. de pact. nempe pactum nudum tum demùm obligare, si in ea causa exprimatur: aliàs præsumitur quis per errorem promisisse, ac per consequens non poterit allegari consensus naturalis: † cùm nihil sit tam contrarium consensui, quàm error [c]. † Hæc regula locum sibi vendicat, non modò in cautione script., sed & in verbali promissione, vt si quis simpliciter quid promittat, non valebit huiusmodi promissio non expressa causa. † Cautionis 1. 2. 3. 4. 5.

a. in l. cùm de indebito. §. fin. ff. de probat.

b. l. sancimus. C. de verb. signi. ibi. Dd.

c. l si quis per errorem. ff. de iurisd. cum vulga.

tionis enim appellatione venit omnis promissio [d], vel simplex
confessio ex accidenti causa, siue redacta sit in scripturam publi-
cam, vel priuatam, siue nulla scriptura interuenerit, quod But.
6. Imo. Pano. contra Host. [e] & Accurs. [f] defendunt. † Sed & tum
obtinet regula, etsi interuenerit stipulatio, quia cum hac non
orietur obligatio, si cautio indistinctè loquetur, nec expressa sit
causa, sicut Io. And. ad Specul. annotauit [g], & Ludo. Ponta.
[h] alibi idem examinat amplissimè, neq; tali casu præsumitur do-
7. natio [i]. † Aliquoties tamen receditur à prædicta regula. Quid
enim, si is, qui cautionem exposuit, donationis verbo sit vsus?
nam tunc liberalitas docendi est causa promissionis, nec alia eius
8. expressio est necessaria [k]. † Quandoq; & ex coniecturis donatio
præsumitur, etsi donationis expressim non fiat mentio: vt si quis
dicat, tolle, vel aufer, vel accipe hanc pecuniam: Nam hæc ver-
ba cùm non abhorreant à donatione, facilè eius præsumtio ca-
pietur, si modo aliquod signum id suadeat, veluti ex diuitijs
dantis, & indigentia accipientis [l]. Non enim verisimile est, do-
9. num modicum potius factum non esse [m], † cùm munificentia
10. in diuite laudabilis sit, ciusq; honorem augeat [n]. † Idem dicen-
dum est, quoties coniunctio aliqua hoc suadet, puta sanguinis,
seu affinitatis, vel magnæ amicitiæ [o], etsi illicito modo coalue-
rit [p]: vnde multò magis cùm honesta ex causa processerit [q]. Pos-
set tamen adeò graui preciosaq; de re agi, vt ex sola coniunctio-
ne donatio non esset præsumenda, nisi aliæ coniecturæ id sua-
11. derent [r]. † Sed & benemerita non modicum in hac re signum
faciunt [s], quatenus scilicet eis antidora respondeant [t], non
quod quandoq; merita huiusmodi non sint, vt precio numma-
rio æstimari non debeant [u]: sed quia præsumtiones ex verisimi-
litudine imitantur: at vix est, vt quis pro officio maximas, id
est, duplici æstimatione facultates rependere velit [x]. Sed etsi
12. donator errauit in meritis, quia deinde deprendit, quod malè
sit meritus, condictione sine causa donatio reuocatur [y], argu-
mento eius, quod Bar. in cęnobiarcha censuit, qui fructus agel-
li nouiter laureato Doctori donauerat, quem deinde expecta-
tioni suæ imparem, minusq; instructum expertus est [z]: poterit
enim reditus illos ei auferre, si constet donationis causam non
adfuisse aliam, quàm doctrinæ [a]: quæ omnium ferè sententia
13. est. Inducitur & quandoq; donatio ex præcedentis actus se-
quela, vt cùm patronus nuptijs libertæ consentit, præsumitur
ius operarum remittere [b], vel cum creditor instrumentum ob-
14. ligationis debitori reddit præsumitur nomen absoluere [c]. † Sed
etsi pecunia simpliciter detur, vt quis in suo ædificet, aut do-
mum reficiat, cùm ille aliàs non esset facturus, præsumitnr do-
natio, vt Castr. notat [d]. Et hactenus quidem de præsumtione
donandi.

† Porrò

d. l. sancimus. C. de verb. sig. vbi cautionis nomi nuda promissio venit. vide Io. And ad Spe. in rub. de depos.
e. hic.
f. in d. §. fin.
g. tit. de confes. §. nunc vidend. vers. sed quæ est ratio.
h. in l. generaliter. de verb. obligat.
i. But. Abb. Imo hic. Bal in l. general. 6 q. C. de non nu. pec.
k. c. 1. ȷ̃. de donat.
l. c. etsi quæstio. de Simo
m. l. sed etsi susceperit. §. 1. de iud.
n. l. nomini. in fi. de Consul. lib. 12. Cod.
o. l. virùm. §. si seruus. de dona. inter vir. & vxo.
p. glo. l. sed si ego cum. ad Velle.
q. gl. d. l. semper in stip. de reg. iur.
r. l. procula. ff. de probat.
s. l. si verò non remunerandi §. idem Pap. ff. mand. Ias. in l. ex hoc iure. de iust. & iur.
t. c. relatum. 2. vers. iusta seruitij. de test.
u. l. si potest. § fin. ff. de donat.
x. Arg. l. 2. C. de resc. vend. Bald. in auth. ex testa col. 2. C. de colla.
y. l. Attil. de donat.
z. l. 2. vbi gl. de acq. poss.
a. l. arg. l. Nesenni. §. fin. de execut. tut.
b. l. sic ff. de ope. lib.
c. l. 2. ff. de pact. l. 1. C. de dona.
d. in l. cùm quid. ff. si cert. pet. per tex. l. sed si mors. §. fin. de donat. inter vir & vxo.

† Porrò & secundò cessat supradicta regula, si quis dare pro- 15.
miserit alicui pio loco: nam fauore piæ causæ se obligasse vide-
tur, nec præsumitur [e] error. nec distinguitur, siue huiusmodi
promissio in vltima voluntate, siue inter viuos fiat: vtrobiq;
enim pietas causæ obligationem suadet, quod Felin. hic [f] la-
tius prosequitur. † Tertiò, confessio liberatoria, in qua pro- 16.
fiteris, me tibi non teneri, valet sine causæ expressione, idq; fa-
uore liberationis [g]. † Quartò, in vltima voluntate confessio, 17.
sine causa obligat, quia inducit saltem legatum [h]. † Quintò, 18.
si confessio scripta, haberet causam coniecturalem, tunc obligat,
nisi aliàs requireretur aperta probatio, si scriptura non esset [i].
† Sextò, confessio simplex facta in instrumento, quod paratam 19.
habet executionem (quod barbarè guatentigiatum nuncu-
pant) obligat, nec in ea requiritur causa, sicut Baldus [k] voluit,
cùm sit ibi præceptum iudicis chartularij factum in confessu,
quod videtur factum in iudicio [l]. † Sed hæc exceptio ab illa 20.
pendet, an confessio simplex, cui non sit annexa causa in iudicio
facta ad obligandum sit efficax? quod videtur, quia deliberatè
facta præsumitur, & in iudicio quasi contrahitur: atq; it Butr.
Abb. & Imo. censuerunt. Verùm Rofredus contrarium scri-
psit, confessionem sine causa non nocere in iudicio, cùm hoc
non reperiatur iure cautum, vt eum Io. And. citat, & sequitur
in addit. ad [m] Spec. Nec obstat, quòd in iudicio præsumatur
deliberatè facta: quia hoc iure non comprobatur [n]. Non etiam
impedit, quòd in iudicio quasi contrahitur: neq; enim plus
operari debet ille quasi contractus, quàm verus: sed verus absq;
causa debilis est & infirmus, vt hic: ergo nec fictus quicquam
operabitur. † Septimò, promissio conditionalis valet absq; 21.
alia causæ expressione: conditio namq; ipsa pro causa [o] est, quod
etiam in ea conditione procedit, quæ impropriè conditio est,
puta, quia ad præsens, vel etiam ad præteritum referatur: † vn- 22.
de [p] inferunt Dd. iure valere sponsiones, quæ quotidiè fiunt:
si talis Pontifex creabitur, promittis mihi centum? sin minus,
ego dabo tantundem [q]. Si nauis salua in portum appulerit du-
os centesimos nummos periculi pretium [r] promittis? Quod &
ad alearum taxillorumq; ludum pertinet, quibus fortunæ peri-
culo luditur: huiusmodi tamen lusus ob doli, blasphemiæ, iur-
giorumq; submouendam occasionem [s] legibus prohibiti sunt.
Scribit tamen Paulus Castrensis [t], Florentiæ frequentari hu-
iusmodi sponsiones, & super eis iudicari consueuisse. † Quod 23.
vsq; adeò verum est, vt [u] Hostien. doceat, tales sponsiones & in
mattimonijs fieri posse, veluti, si Valeria Titio nubat, dabis cen-
tum? sin minus, ego tibi centum spondeo: quæ sponsio est iu-
sta, dummodò contrahentes nihil iuris in Valeriam & Titium
habeant, quia sic possent cogi: nec sit futura sponsio suspecta,
propter familiaritatem fortè, ex quo alterutri parti persua-
deri posset: alioqui talis sponsio non valeret, quia coniugia li-
bera

e. Panor. hic. arg. c. fin. ʃ. de succes. ab intest.
f. num. 6.
g. l. tale pact. in pr. ibi glo. & Bart. de pact. Dd. communiter hic.
h. l. Lucius. 2. §. quisquis. de legat. 2.
l. 1. & 2. C. de fal. cau. ad. leg.
i Bal. in rub. C. de fid. instru. col. 10. vers. sed quæro si in libro.
k. in l. sicut. post pri. C. de rep. hæred.
l. 1. C. de confes. & ibi Cyn.
m. de confess. §. nunc videndum. in add. incip. Rofredus.
n. vt hic per Feli. nu. 10. & 12.
o. L. à. Titio. de verb. oblig. l. cùm ad præsens. ibi Bart. ff. si cer. pet.
p. Argumento d. l. cùm ad præsens.
q. Castr. in d. l. à Titio.
r. Cast in l. in naui. ff. locati.
s l. fin. C. de religio.
t. in d l. à Titio.
u. in c. Gemma. ʃ. de sponsalib.

24. bera esse debent [x]. † Sic quoq; licitè sponsiones fiunt in lucta, cursu, saltu, iactu, & in alijs, quæ virtutis causa fiunt: *si vicero, dabis mihi decem? sin minus, tibi decem promitto:* & istæ sponsiones non sunt prohibitæ, sed potius laudantur in [y] iure. Si tamen iniusta aut inhonesta causa sponsionis esset, *vt si puellam corrumpis, &c. dabis decem?* Aut si quid ob aleæ ludum promitteretur: id enim iniustum est, & pro nihilo habetur. [z]
25. † Octauò, licet promissio siue cautio sine causa regulariter infirma est, tamen si eam præcessisset aliqua causa, ad quam referri posset, secus [a] foret. Sic Angel. *si pactum nudum* (inquit) *stipulationem sine causa precedat, valebit stipulatio vigore illius praecedentis pacti* [b].
26. † Nonò, si tabellio in instrumento stipulationis scripsisset, promissorem stipulanti promisisse ex certa scientia, præsumetur donatio [c]. Traduntur & aliæ exceptiones à plerisq;, quæ tamen sine pugna non procedunt, ideò eas prætermittimus.
27. † Altera regula textus nostri est: Si is qui cautionem exposuit, specialiter causas explanauit, pro quibus eandem conscripsit, vt promitto tibi decem., quæ mihi mutuasti, vel penes me deposuisti, vel quid simile, tunc stare eum oportet [d] suæ confessioni. *Nimis enim indignum esse*, Imp. ait, [e] *vt quod quis sua voce dilucidè protestatus est, in eundem casum proprio valeat testimonio infirmare* [f].
28. † Si tamen is, qui cautionem exposuit, probare possit, se indebitè promisisse, id ei non est denegandum, vt hic in fin. cap. nostri dicitur.
29. † Sed an probatio per testes hoc casu sufficiat? quod videtur: tum quia textus hic indistinctè loquitur, nec ad vllam probandi speciem se adstringit: tùm propter L. iurisgentium. §. quod ferè. ff. de probat. Sed verius est, indebitum per scripturam siue instrumenta docendum esse. Idq; Pauli responsum [g] euidenter conuincit: ait Paulus: *Nisi euidentiss. probationibus in scriptis habitis ostendere paratus sit, sese hac indebitè promisisse*, sic & Imp. idem sentit [h].
30. † Non obstat d. §. quod ferè: Quia probatio per testes admittitur, si quis probare velit contra præsumtionem, quæ statim eliditur in instrumento: atq; ita is tex. loquitur, ob id certè, quoniam præsumtio illa non est ita priuilegiata, sicut instrumentum, quia intellectu tantùm percipitur, non autem videtur oculata fide [i]. Secus est, si quis instrumenti siue cautionis tenorem impugnare velit respectu causæ: id enim per aliud instrumentum faciendum [k] est: idq; ea ratione, quia probatio per instrumentum fundatur in consensu & confessione, sed probatio testium non in confessione partis, sed ipsius præsumtione radicatur, & lex præsumit eos verum dicere, quando sunt recipiendi, secus si recipi prohibeantur [l]: & hæc quidem in cautione scripta locum habent.
31. † Quid autem, si quis profiteatur, se debere expressa causa, nec interueniat scriptura? Et siquidem parte præsente confessio facta sit, confitenti præiudicat [m]: sin verò parte absente

x. d. c. gemma. & l. Titia. ibi. Dd. de verb. oblig.
y. tex. eleg. in l. quibus. ff. de lusu al. & l. si rem tibi. §. vlt. ff. de præscri. ver.
z. l. solent. de aleæ lusa. cum alijs l. per discur. tit.
a. per tex. iuncta gl. verbi cogitauit. in l. Triticum. de verb. oblig.
b. in l. petens. C. de pact.
c. Cast. in l. hoc iure. ff. de donat.
d. vt hîc. & d. l. cùm de indebito. §. fin. ff. de probat.
e. in l. generaliter. in fi. C. de non nu. pec.
f. fa. c. per tuas. ē. de probat.
g. in d. l. cum de indebito. §. fin. de probat. & d. l. generaliter. C. de non nu. pec.
h. in d. l. generaliter.
i. l. j. in pr. ff. de his quæ. in te. de l.
k. vt hîc. & d. §. vlt. & d. l. generaliter.
l. Ita Bal. in d. l. generaliter. in 2 opp.
m. iurib. ē. alleg. d. §. vlt. d. l. generaliter. & l aduersus. C. de non nu. pec.

absente non [n] nocet, etsi in iudicio facta esset: & hæc quidem
regulariter obtinent. † Sunt tamen multi casus, in quibus con- 32.
fessio parte absente facta, confitenti obest: vt si fiat iudici per
viam voluntariæ iurisdictionis, quia sponte quis coram iudice
profiteatur se teneri Titio [o]: vel si fiat in libello, vel positioni-
bus, aut exceptionibus [p]. † Item si pars sit citata, & versemur in 33.
casibus, quibus contra absentem procedi [q] potest: vel si accu-
satus confiteatur in criminali iudicio accusatore absente [r], vel
confessio fuerit iurata [s]: aut fiat non quidem directè ad obligan-
dum confitentem ei, cui fit confessio, vel cui prodest, sed aliàs
ad probandum aliquid, ex qua probatione absenti quæritur
obligatio: † Item si fiat in his, quæ dependent ex voluntate vni- 34.
us, non duorum, puta super ratihabitatione, vel hæreditatis
aditione: aut fiat per epistolam [t], vel in libro rationum [u], aut
coram fideiussore, vel negotiorum gestore [x]. † Item si subse- 35.
quatur numeratio, & quis nomine absentis recipiat, etiamsi
non habeat mandatum, isq; postea ratum habeat [y]: vel confes-
sio geminata sit: aitq; [z] Bart. Theoricam, quando non præiudi-
cat confessio ex defectu præsumtæ voluntatis, si tamen fuerit ge-
minata, quòd valeat. Sic in proposito, cùm non valeat confessio
parte absente facta, quia quis non præsumitur velle se obligare
absenti: iste defectus voluntatis tollitur ratione [a] geminationis.
Sunt & alij casus, qui tamen controuersiam patiuntur: itaq; eos
commentarijs relinquemus.

† Porrò quia Dd. communiter hîc de exceptione non nu- 36.
meratæ pecuniæ tractant, quando illa obijci possit (quæ ta-
men non est propria materia huius loci [b]) & nos rem in com-
pendium contrahemus. Sciendum ergo, generaliter, & velut
pro regula constitutum esse iure ciuili, vt quoties quis cautione
aliqua fassus est sibi numeratam pecuniã, intra biennium exce-
ptione non numeratæ pecuniæ vti possit: quæ sic in tempore op
posita onus probandi, pecuniã numeratã esse, creditori imponit:
post verò biennium nullo [c] modo, quia literarum obligatio iure
ciuili (pontificij enim aliter senserunt [d]) oriri incipit [e]. quod
intelligendum est non generaliter in omnibus contractibus,
sed solùm in contractu mutui, vbi quasi credita pecunia peti-
tur. † Sed cur magis hoc casu, quàm in alijs contractibus? Et 37.
sciendum, obligationem mutui re induci, & ideò amplius con-
trahi non posse, quàm res peruenerit: meritò igitur hæc exce-
ptio, tanquam substantiam contractus perimens, admissa [f] est,
cùm propter fœnoris odium, cuius suspitione hic contractus
laborat, lex nec donationem præsumat, nec pactum solo con-
sensu conualescere [g] sinat: vnde potius credit lex, spe futuræ
numerationis factam cautionem, & nisi probatio creditori in-
cumberet, aperta esset fraudi via, quia legitimus vsurarum
modus excedi [h] posset. † Et prædicta regula adeò vera est, vt
nihil referat, siue confessio recepti mutui facta sit extraiudicia- 38.
liter

n. l. vlt. ff. de inter. act. & l. centum. §. si quis absente. ibi Castr. ff. de confess.
o. d. l. generaliter.
p. c. vlt. de iure. in 6. l. cùm pretium. C. de lib. cau. Fel. hîc. nu. 34.
q. l. properandum. §. 1. & 2 C. de iud.
r. Bal. in l. ea quæ. ad fi. C. quomod. & quan. iud. & d. l generaliter. col. pen.
s. Bal. l. rationes. ad fi. C. de probat. & l. si creditores. C. de fideius.
t. l. Publia. ff. de pæn.
u. Bart. & Castr. l. nuda. C de dona.
x. Felin. nu. 38.
y. Imo. hîc. per ea quæ no. in l. huiusmo di. in pr. de leg. 1. & §. alteri. inst. de inutil. stipul.
z. l. 2. l. cùm seimus. per illum tex. C. de agr. & cens. lib. 11.
a. vide Felin. hic latius. nu. 39.
b. c. fin. j. de solut. ibi Cano.
c. l. in contract. C. de non num. pec. & l si intra. in fi. eo tit.
d. d. c. fin. j. de solut.
e. vt habetur inst. de lit. oblig per tot.
f. l. cùm vltra. in pr. C. de solut.
g l. rogasti. §. si tibi. vbi Dd. ff. si cert. pet.
h. l. eos. vers. interdict. C. de vsur.

3 3 4

liter, siue in iudicio, cùm eadem vtrobiq; subsit ratio, nisi per
9. viam contentiosæ iurisdictionis in iudicio fieret [i]. † Sed etsi re-
nuntiatum sit huic exceptioni, adhuc competet: cùm eâdem
facilitate quis inducatur ad renuntiandum, quâ ad confiten-
dum: atq; ita Cy. Bar. Bal.& Salic. censuêre [k], nisi ex interual-
lo fuisset renuntiatum, & post obligationem contractam, atq;
intra biennium, quæ renuntiatio probandi onus in excipien-
tem solùm, etiam intra biennium transfert. Quia si post bienni-
um sit renuntiatum, tunc nulla prorsus exceptioni occasio [l] da-
0. tur. † Sed nec iusiurandum huic exceptioni obsistere leges
ciuiles volunt: nam vt maximè quis specie futuræ numera-
tionis literis suis facta mentione iurisiurandi professus sit, se
acceptum redditurum: tamen quia illud tacita hac conditio-
ne fecisse videtur, vt staret promissis, si numeratum esset, non
secuta numeratione obligationem iuramenti non extitisse pa-
làm [m] est. Canonistæ tamen aliter censent, qui consulunt ani-
41. mæ [n]. † Sed quid si stipulatio interuenerit? & idem commu-
niter receptum [o] est. Alcia. putat hanc quidem exceptionem
tunc quoq; competere vsq, ad biennium [p], sed onus probandi
hoc casu non creditori, sed debitori incumbere, quia lex cre-
ditorem solùm onerat, cùm non nu. pe. exceptionem objicit,
vel exceptionem doli, quæ eius loco succedit [q]. At hoc casu
neutra harum competit, sed exceptio in factum [r], cui id indul-
geri non constat, vnde à regula discedere non debemus, vt qui
aduersus confessionem suam admittitur, is probet [f]: cessat
enim hoc casu ea ratio, quod suprà quàm ad eum peruenerit,
obligari non potuerit [t], potest enim per stipulationem, vt re-
ceptiss. est sententia gl. & Dd. [u]: quod etiam Abb. probasse
videtur, quem & ipse cum Alciato (tametsi cæteris reclaman-
42. tibus) sequor [x]. † Sunt & alij casus, in quibus ista exceptio
non objicitur. Primò: Si debitor confessus foret in testamen-
to, quia tunc præsumitur verè confiteri propter mortis cogi-
tationem, vt Accurs. alibi [y] censuit, quem Dd. communiter
43. sequuntur & commendant. † Deinde cùm debitor particula-
rem debiti solutionem præstitit, quia tunc præsumitur nume-
ratio facta [z]. Deniq; si debitor semel & iterum distinctis vici-
bus confessus esset debitum, quia videtur agnoscere fidem cau-
tionis propter geminatam confessionem [a]. Sed quid si confessio
non per stipulationem, nec scripturam, sed oretenus solùm facta
sit, vt quia per solos testes probari possit? Et traditum est, per
exceptionem doli eam quoq; infirmari, non solùm intra bien-
nium, sed quocunq; [b] tempore, quia hoc casu lapso biennio
non potest literarum obligatio [c] nasci, cùm nullæ literæ inter-
44. uenerint: quæ sententia communiter recepta veraq; est [d]. † Cæ-
terùm sunt etiam casus, in quibus hanc exceptionem & post
transcursum biennium competere aiunt, quos Felinus hic an-
notauit qui videri potest.

i. Bal. & Sali. in d. l. in contractib. Bal. d. tit. inst. de lit. oblig. od fi.
k. in l. si ex cautione. C. de non nu. pec.
l. Dd. in d. l. si ex cautione.
m. l. vlt. & ibi gl. C. de non nu pec.
n. in c. cùm contingat. j. de iureiurando.
o. post glo. in l. 3. C. de non. nu pec.
p. §. 1. inst. de excep. l. 3. C. de postu.
q. d. l. §. in fi. eo tit. l. 1. C de probat.
r. d. l. cùm vltra.
f. l. publia. in fi. ff. depo. l. quidom. in fi. de proba.
t. d l. cùm vltra.
u. d. §. si tibi.
x. per l. si ita stip. § Chrisogonus. de verb. oblig. vide Alcia in l qui pecuniam. ff. si cert. pet.
y. in l. 1. C. de fal. causa. adiec. lega.
z. l. cum fidem. C. de non num. pec.
a. gl. d. l in contractib.
b. gl. si non singuli C. si cert. pet.
c. inst. de verb. oblig.
d. d. § Chrysogonus. Fel. hic.
e. nu 61. & aliquot seqq.

IDEM I. TABELlioni.

CAPVT XV.

CVm P. tabellio morte præuentus, quædam non perfecerit instrumenta, quæ in nota redacta fuerant ab eodem: Ad petitionem eorum, ad quos pertinent, authoritate ordinarij iudicis poteris ea in publicam formam redigere, habitura per hoc perpetuam firmitatem.

Summæ rerum.

1. *NOtarius potest notas tabellionis mortui autoritate iudicis in formam redigere.*
2. *Nota, notare, & notarius.*
3. *Protocolli significatio: & nu. 4.*
5. *Comes sacrarum largitionum quis dicatur.*
6. *Protocollo notarij an credendum: & nu. 7. & 9.*
8. *Publicatio instrumenti quando dicatur fieri.*
10. *Protocollum an partibus prælegi necessariò debeat.*
11. *Quæ requirantur ad publicationem notarum defuncti tabellionis: & nu. 12.*
12. *An ad publicationem protocolli, notarij mortui requiratur citatio eorum, quorum interest.*
13. *An hoc cap. habeat etiam locum in notario, cui ex testamento relicta sunt rogationes defuncti: & nu. 14.*
15. *In quæstione illa (si protocollum, siue nota tabellionis mortui imperfectæ sint, an locum habeat c. nostrum) tres casus distinguendos esse. & nu 16.*
18. *Notarius qui iussus est notas notarij mortui publicare, non potest, vllum solennitatis defectum supplere.*
19. *De dictione, & cætera, qui significet in protocollis.*
20. *Cui debeatur merces, si notæ tabellionis mortui publicentur.*

Hinc annotandum est illud axioma, † Posse notarium iu- 1.
dicis autoritate notas tabellionis mortui in formã redigere publicã. † Per notas autem debemus intelligere literarũ compen- 2.
dia, h.c. breuiaturas[a]. Notare enim inter cætera significat notis quibus-

[a] *vide quæ dixi in c. quoniam contra falsam s. de probat. in verb. publicam personam.*

quibusdam & compendijs literarum aliquid breuiter perstringere, non omnibus literis integrum perscribere, vt apud Sueton. in Galba cap. 5. H. S. namq; quinquenties cùm præcipuum inter legatarios habuisset: quia verò notata, non perscripta erat summa, hærede Tiberio legatum ad quinquaginta reuocante, ne hæc quidem accepit. Sic Fabius: Quantum notando consequi poteram. Hinc notæ, & notarius. Solent enim notarij siue rabelliones in codice aliquo subitaneam facere annotationem rei gestæ, substantiam negotij, item tempus & locum, & cætera instrumento concipiendo necessaria obiter ac per notas comprehendentes, vt ex illis notis tanquam breuiario, postea instrumentum ritè extendere atq; absoluere
3. possint. † Et indicem siue codicem illum, memorialemq; notariorum scripturam, nunc vulgò *protocollum* appellant, quasi primam rerum collectionem [b], compositum nomen ex pri-
4. ma colla, qua glurinari codices solebant. † Quanquam protocolli vocabulum olim videatur significasse quandam in chartæ capite notam, signumq;, quo videlicet artifice, quoúe tempore ea confecta fuerit, cum comiti sacrarum largitionum no-
5. mine, vt Viglius annotauit [c]. † Cæterum comes sacrarum largitionum olim is erat, per quem Cæsares stipendia militibus [d] erogauerunt, vel potius, qui thesauris sacris, id est, imperatorijs & augustalibus pecunijs præerat, vel qui liberalitatis & donorum curam gerebat, quemadmodum Cassiodorus lib. 6. de comitiua sacrarum largitionum, docet. Hinc etiam comes sacri ærarij dicebatur.

b. gl. §. illud quoq. in verb. protocollum. in nouel. de tabel. Bart. & post. eum reliqui in l. Gallus. §. idem credendum. de lib. & posthu.

c. in §. nihil autem. inst. de test. ord.

d. Hegendorp. C. de off. co. sacr. larg.

6. † Hinc ergo dubitari consueuit, an notarij protocollo habenda sit fides? Quod videtur, tum quia ex protocollo extrahitur instrumentum, quod probare, sine controuersia est: ergo multò fortius ipsum protocollum fidem meretur, iuxta illud: *Propter quod vnumquodq; tale, & illud magis:* tum quia si de instrumenti producti fide dubitetur, ad protocollum recurri solet.
7. † Accurs. [e] alibi in contrarium disputat: quia protocollum est principium instrumenti, necdum completi aut perfecti, vnde nisi absoluatur, viribus carebit [f]: nam & ante completam scripturam contractus non subsistit. Et hic [g] ex præsenti textu satis adparet, ante publicationem scripturam videri imperfe-
8. ctam, quò ad præiudicandum tertio. † Publicatio autem instrumenti tum fieri dicitur, quando notarius breuem ac succinctam illam actus gesti annotationem extendit, & in formam instrumenti ritè secundum obseruationem communem
9. redigit. Quid dicemus? † Respondeo, protocollo non haberi fidem, nisi omnia in eo describendo per notarium obseruata sint, quæ ad solennitatem publici instrumenti requiruntur, aut inueniantur in libro actorum notarij iusta obseruatione publici instrumenti deducta & explicata: atq; ita Albericus [h] & Bal.

e. in §. illud quoq. in nouel. de tabell.

f. arg. l. contractus. C. de fid. instr.

g. in verb. non perfecerit.

h. in d. l. contractus. C. de fid. instru.

& Bal. [i] sentiunt. † Hinc obiter quærit Abb. an protocollum 10.
partibus necessariò prælegi debeat? Et concludit, non esse
prælegendum, nisi in certis [k] casibus: quod & ipse sequor,
quia iura solam rogationem exigunt, & in protocollo fit tantùm subitanea quædam ac succincta annotatio per notas & compendia, vt non videatur commodè eam prælegi posse [l].

Ad propositum redeundo, quandoquidem diximus, defuncti tabellionis notas per alium notarium publicari posse: quæ ad huiusmodi publicationem desiderentur, videamus. † Et ex præsenti capite eliciuntur hæc requisita: 11.
primum, vt iussus & autoritas iudicis ordinarij accedat, siue is administrationem habeat, siue ea careat, saltem in casibus, quibus non est necessaria citatio. Secundum, vt is, cui sit publicationis demandatio sit notarius. Tertium, vt fiat fideliter, id est, quæ ad substantiam pertinent, addendo, subtrahendo, vel mutando [m]: Quartum, vt redigatur in publicam instrumenti formam. † Addunt pleriq; ad hanc 12.
publicationem vocandos esse necessariò eos, quorum interest, & de quorum præiudicio agitur: quod hæc tex. nostri verba (*ad quos pertinent*) innuere [n] videntur. Contrarium tamen crebrius obtinuit: quia citatio tum demum requiritur, quando descriptum siue exemplum à publico instrumento sumendum est, fortè ob vetustatem, aut imminens aliquod periculum [o]: secus in hac publicatione, quæ fit ex protocollo. Diuersi iuris ea est ratio, quoniam priori specie exemplo eadem fides adhibetur: quæ vero authographo siue originali scripturæ, nec potest amplius falsitas detegi. secus est in nostro casu, quia semper recursus ad protocollum haberi potest, si quid dubitationis incidat [p]. † Sed an tex. noster in eo 13.
quoq; notario locum habeat, cui ex testamento relictæ sunt rogationes defuncti? Et Bart. Ang. [q] itemq; Abb. hic negant, asserentes hunc tex. in eo loqui, ad cuius manus alio modo peruenerint notæ: moluentur [r] ex eo, quod hæres vel legatarius ad instar argentarij defuncti, rationes edere tenentur. Verùm Io. And. Butr. Imo. & Host. contrà sentiunt, cùm textus præsens simpliciter loquatur. Iura autem contraria in casu diuerso loquuntur, videlicet in editione rationum, quæ per quemcunq; fieri potest, non autem in publicatione instrumenti, quæ non nisi per tabellionem rectè fit. † Si tamen nota- 14.
rius, cui legatæ sunt rogationes, cuiue hæres eas concessit, a iudice licentiam impetret, redigendi eas in formam publicam: id facere ad requisitionem eorum, quorum intererest, non vetabitur.

Porro

i in rub. eiusd. tit.
k d. l. contractus.
l vide hic Pan. latius, & Felin. in c. 1. s. h. tit.
m arg. 3. q. 9. c. pura. & c. hortamur.
n fa not. c. significauit. & c. alterius. s. de testib. vbi citationis fit mentio.
o iuxta c. fin. j. eod.
p gl. in §. 1. in verb. protocollum. & ibi Ang. item de tabell. & Bart in l. Sempronius proculo. ff. de legat. 2. & l. si quis ex arg. §. vlt. de eden.
q in l. si quis ex arg §. nihil de eden.
r per d. §. nihil.

15. Porrò cùm sæpenumerò protocolla, & notæ tabellionum
imperfectæ mancæq́; sint, & per dictionem illam epilogatiuam
(*& cætera*) vt plurimùm truncatæ: inuestigant Dd. an, si no-
tæ mortui tabellionis tales sint, cap. nostrum habeat locum?
Qua in re tres considerandi sunt casus. Primus: quando pro-
tocollum seu breuiatura facta est super contractu, in quo ne-
cessaria est scriptura, vel ex natura contractus, vel ex partium
conuentione: talis breuiatura non potest extendi, nec huic quic-
quam addi per alium notarium: nam & defuncto tabellioni
16. hæc illicita fuisset extensio [r]: nisi aliud consuetudo dictaret.
Eam enim sequendam esse Imo. [s] autumat. † Secundus ca-
sus: quando ex protocolli, seu notarum imperfectione dubi-
tatio emergit, quæ mens scribentis fuerit, vt quia sic scripse-
rit, *renunciauit &c. promisit defendere &c. obligando se ad danda &c.*
& sic de similibus, tunc distinguendum est: Nam si materia hu-
iusmodi sit, in qua facilè coniecturari de mente scribentis
possit, respectu iure communi, consuetudineúe loci, vbi
actus est gestus, aut vsu notarij in similibus contractibus: ex-
tendere breuiaturas licebit. Sin verò loci consuetudo, & no-
tarij communis vsus repugnent inuicem, quia scilicet nota-
rius præter loci consuetudinem suas interpretari notas solitus
fuerit: notarij interpretatio consuetudini præualebit [t]. Quòd
si tabellio defunctus non habuisset firmum & constantem sty-
lum, tum respiciendum est, quali in consimili materia vti con-
sueuerit in suis instrumentis, & secundum illum extensio fieri
debet [u]. Si in eadem materia reperiatur variatio, vltimus sty-
lus attendi debet [x]: quo non adparente, recurrendum est ad
stylum communem [y]. In huiusmodi autem coniecturis & ca-
sibus dubijs non aliter breuiaturas extendere ac interpre-
tari permittitur, quàm si iudicis accedat autoritas ac iussus:
existente verò styli certitudine, iudicem semel requisitum
fuisse, sat est: idq́; Bart. Ang. Imo. [z]. Host. Butr. Inno. hic.
17. & Bart. [a] rectè tradidere. Tertius casus: quando breuiatu-
ra & notæ tabellionis mortui adeò obscuræ sunt ac dubiæ, vt
ex his nullus certus sensus possit elici, sed interpretatione
merè diuinatoria opus sit: tunc ad verbum describi debent,
nec quicquam extendi aut suppleri: nam etsi quid adderetur,
fide tamen careret, nisi id ex interpretatione iudicis additum
fuisset: atq; ita communiter Doctores hic sentiunt. Tali autem
specie, si propter obscuritatem protocolli nihil certi possit ex
notis elici, habet ille, cuius interest, regressum contra hære-
des [b] notarij: quibus soluendo non existentibus, testes com-
pellet, qui contractui interfuerunt, vt de eo testificentur,
18. fiatq; instrumentum [c]. † Illud non omittendum, quod omnes
commendant, notarium, qui iussus est tabellionis defuncti no-
tas publicare, non posse defectum aliquem solennitatis supple-
19. re, de quibus alibi [d] mentio fit. † Amplius quærunt inter-
pretes

r. d. l. contractus. vbi Bal. & Dd. communiter. Bart. in l. Gallus. §. idem credendum. de lib. & posthu.

s. per c. cùm dilectus. s. eod.

t. Bal. l. fin. ad fi. C. de edend. Butr. in rep. c. vlt. col. 32. s. de consuet.

u. Bal. in §. 1. instit. de emp. & vend. per l. Reos. §. cùm in tabulis. de duobus reis.

x. Bal. & Ang d. §. idem credendum.

y. Bal. l. 2. in fi. ff. solut matr.

z. in d. §. idem credendum.

a. l. argentarius. in pr. ff. de edend.

b. Io. And. in Spec. de instr. edi. §. ostenso. vers. quid si imbreuiatura.

c. secundum formā c. significauit. s. de testibus.

d in Nouell. vt præpo. no. imp.

pretes, quid per dictionem illam, *& cætera*, positam in protocollis intelligatur? Et ex dictis eorum breuiter sic sentias: Quando ex alijs instrumentis & protocollis ab eodem notario scriptis constat, quid solitus fuerit eo loco ponere, vbi dictione, *& cætera*, vsus est, tunc illa omnia veniunt, adijciq; in publicatione possunt. Hoc autem non adparente, extendenda sunt tantùm substantialia contractus, non etiam [e] accidentalia, nisi consuetudo, & accidentalia consueta adponi, sub ea dictione
intelligenda esse, dictaret [f]. † Sed cui debetur merces ac sa- 20.
larium, si ita notæ tabellionis defuncti per alium notarium publicentur, an hæredi defuncti, an huic publicanti? Et Baldus rectè putat pro notis hæredi, pro publicatione ac extensione notarum transcribenti respondendum esse [g]: Labor enim & pecunia diuisionem [h] recipiunt. Quod si idem tabellio qui fuit rogatus, instrumentum quoq; publicet, duplex illi salarium deberi [i] volunt. Qua autem actione consequetur salarium notarius, & quomodo illi taxandum æstimandumq; sit, Inno. & Felin. alibi tractant [k], ad quos studiosos remitto. Addunt porrò hic interpretes post Inno. quis possit tabelliones creare: quod quia extra materiam est, commentarijs relinquemus.

e. Dd. post Bart. in §. idem credendum.
f. Io. And. in Spe de instr. edit. §. instrumentū. vers. quid si à contrahentibus.
g. alleg. l. argentarius. in prin. de eden. c. 1. & ibi Inno. de Simo.
h. l. Seio amico. ff. de an. leg.
i. per l. fin. C. de præpo. agen. in reb. lib. 12.
k. in d. c. 1. ſ. de Simo.

IDEM.

CAPVT XVI.

SI instrumenta propter vetustatem, vel propter aliam iustam causam exemplari petantur: coram ordinario iudice vel delegato, ab eo specialiter præsententur: qui si ea diligenter inspecta, in nulla sui parte vitiata repererit: per publicam personam illa præcipiat exemplari, eandem authoritatem per hoc cum originalibus habitura.

Summæ rerum.

1. Regula est exemplum solenniter ab originali descriptum, eandem vim cum originali habere: & num. 9.
2. *Quæ sint ad exemplationem necessaria: & nu. 4. & 8.*
3. *An exemplatio possit etiam fieri ab eo, qui non sit notarius.*
5. *Delegatus ad causam non potest exemplationi autoritatem præstare.*

6. Casus,

6. *Casus, in quibus exempla fidem faciunt, etiam sine iudicis autoritate: & nu. 7.*
10. *Recensentur casus, in quibus exempla vtcunq; sint solennia, tamen non merentur fidem: & nu. 11. 14.*
12. *Practica Specul. reprehensa, eademq; defensa.*
13. *De substitutione procuratoris coram notario &c, dogma.*

1. Pro regula ex hoc capite obseruandum est, †Exemplum solenniter desumptum ab originali, eandem probandi vim cum originali habere. Sed quæ sunt hæc solennnia ad exemplatio-
2. nem necessaria? † Et textus noster aliqua recenset. Primum est, vt iudex perspecto originali cognouerit, id validum esse ac solenne. Secundum, vt illud tanquam authenticum in publicam formam redigi mandet. Tertium, vt hoc ex iusta causa fiat, puta quia archetypum ob vetustatem in literis incipiat deficere, vel necessariò sit aliò transferendum: & si quæ sunt similes causæ. Quartum, vt is, cui exemplatio demandatur,
3. sit tabellio. †Glossator tamen & aliam quamque personam honestam sufficere putat, motus per c. quoniam contra. suprà de probat. verùm is textus de actis iudicialibus conscribendis loquitur: exemplatio autem, quâ de hic agitur, non fit in forma actorum. Potest tamen glossæ dogma recipi, si in loco, vbi descriptum faciundum est, non sit copia notarij, ne ob defectum ipsius, probatio pereat, maximè cùm & iudicis
4. authoritas concurrat, quam pariter adesse oportet [a]. †Quintum est, vt authoritas iudicis ordinarij, vel delegati ab eo
5. specialiter accedat, qui exemplum describi præcipiat. † Et inferunt ex hoc Dd. delegatum deputatum ad causam, non posse huic exemplationi autoritatem præstare, sed requiri, vt is specialiter ad hoc destinatus sit: quod Abb. notandum censet.
6. † Excipe tamen sequentes casus, in quibus exempla etiam sine iudicis autoritate valent. Primum: Si tabellio exemplum ex mutuo partium consensu descripserit: atq; ita Bart. [b] Ioan. And. Butr. & Imo. [c] rectè sentiunt, præsertim Imola, qui cæteris expressius loquitur: quia textus noster intelligitur, quando ex voluntate vnius tantùm partis scriptura originalis per tabellionem exemplatur, tum enim, vt exemplum probet, iudicis autoritas requiritur: secus est, si ex vtriusq; partis consensu id fiat. Quamuis enim videatur, nec tali casu credendum esse tabellionis exemplo, vt qui de originali non fuerit [d] rogatus: magis tamen est vt valeat, tanquam confessio & pactum plenè probans inter ipsas partes [e]: quam sententi-
7. am Inno. & Imo. hic sequi videntur. † Deinde probat exemplum absq; iudicis autoritate sumptum, si ab eodem descriptum sit, qui & originale ipsum conficere iussus fuerat. Exemplum hoc casu originale dici potest, cùm & eadem sit persona, eademq; autoritas, quæ scripturæ fidem addit,

a. fa. c. vt officium. §. verum. de hæret. lib 6. §. potest. 16. q. 3. & l. vt perfectius. in fi. C. de anna. excep.

b. in auth. si quis in aliquo. C. de eden.

c. hîc.

d. §. nos autem. in Nouell. de tabell.

e. per l. optimam. C. de contrah. & com. stip.

f. l. si quis. §. prohibet. ff. de eden.

quemadmodum alibi g vberius annotauimus, quibus adde, hanc exceptionem non habere locum, si contractus scripturam requirat, quia tunc in prima scriptura stat substantia, & nisi doceatur amissio, exemplum ab eodem notario desumptum fidem non faciet. Denique in omnibus illis casibus, quibus exempla non solennia probant, nec iudicis autoritatem interuenire necesse est, quos alibi h annotatos habes. † Sextum & vltimum (cuius tamen in textu non fit mentio) requisitum ad exemplationem iustam ac solennem est, vt iudex huic autoritatem interpositurus, eum cuius interest, citari faciat: aliàs exempla ipso non vocato descripta, etsi reliquæ obseruationes adsint, fide tamen carebunt. Verùm hoc non est perpetuum: quandoq; enim huiusmodi exemplorum descriptionem absq; citationis solennitate fieri posse, suprà ostendimus i, idemq; Felin. hic k exequitur. † Exempla igitur tali obseruatione descripta æquè probant atq; originalia ipsa, siue matrices scripturæ, vnde sumpta sunt. † Sunt tamen casus, in quibus exempla vtcunq; solennia sint, fidem non merentur. Primus: si lege municipali caueatur, instrumentum per manum principalis notarij de contractu rogati fidem facere, mandandumq; esse executioni: tunc exemplum etiam autoritate iudicis sumptum nou habebit hoc priuilegium executionis, cùm non sit scriptum manu notarij l rogati. Facit pro hoc, quis vbi lex, siue statutum aliquid requirit pro forma, non sufficit æquipollens m. † Secundus casus: assertio notarij non describentis totum instrumenti tenorem, sed fatentis se vidisse illum, est potius testimonium reddere, quàm vetustum exemplare. Vnde si diceretur, sententiam latam, sicut per publicum instrumentum manus talis notarij continetur: per hanc mentionem non probatur illa sententia, autore Inno. hic, quem reliqui sequuntur. † Per quod reprehendunt aliqui practicam Specul. n docentis, quòd si in instrumento, per quod quis promittit soluere decem, vigore venditionis, hoc modo probari venditionem o. Verùm illud dogma Specul. defendi potest, si rectè accipiatur, prout Card. & Felin. hic annotant, loquitur enim inter partes, inter quas conficitur secundum instrumentum, quia dicit notarius; talis fuit confessus, se debitorem Titij præsentis & recipientis, vigore venditionis, de qua in alio instrumento à me viso, & lecto &c. Iam non expedit vnquam producere instrumentum venditionis, quia etsi illa causa esset falsa tenet obligatio: potuit enim pars sibi in hoc præiudicare p. Sed quando materia loquitur de instrumento notarij conscripto in absentia aduersarij, vt hic Card. & Feliu. notant. † Ex quo consequitur, si procurator substituerit aliquem in suum locum, & in substitutionis instrumento dixerit notarius, talis procurator à tali est substitutus, prout ex instrumento à me viso & lecto constat:

Margin notes: g. huius tit. — Ita Bal. in rubr. C. de fid. instr. coll. 11. Roma. in l. sciendum. de verb. oblig. — h. s. in d. c. 1. vers. sunt etiam plerique casus. — 8. — i. in d. c. 1. in vers. non tam. semper necessaria est. — 9. — k. num. 6. cum aliquot seqq. — 10. — l. Bart. in l. probatorias. per glo. in verb. authenticis. C. de diuers. off. lib. 12. — m. Bal. l. 1. de lib. & posthu. — 11. — 12. — n. in tit. de instr. edit. §. restat. vers. pen. — o. vt per Cast. in aut. si quis in aliquo. C. de eden. — p. l. optimam. C. de contrah. & commit. stip. — 13.

ſtat: per hoc non probari mandatum procuratoris. Sin autem tali ſpecie in præſentia aduerſarij procurator ſubſtituerit aduerſario ſciente: tum non opus eſt producere primum originale.
14. † Tertius caſus: Licet exemplum ſolenniter deſumptum ſit, nihilominus ille, qui exemplationi non conſenſit, nec præſens fuit, volens poſtea originale ipſum impugnare, poteſt petere, vt illud exhibeatur, teneturq; exhibere aduerſarius, niſi iurare poſſit, ſe non habere facultatem exhibendi ſine ſua malitia. q. iux'a l. fin. C. hoc tit.
Ita Abb. hic tradit, qui idem & in eo dicendum putat, qui præſens quidem fuit exemplationi, expreſſè tamen originale non adprobauit: nam ſi inſtrumento aſſerat, ſe malitioſè non petere originale, exhiberi debet. Et hæc de iſto inſigni titulo hactenus.

INDEX CAPITVLORVM HVIVS TITVLI.

Dn.

Dn.

IOACHIMI MYNSINGE-
ri à Frundeck Iuriſconſulti

IN SOLENNE AC MEMORABILE CAPITV-LVM VLTIMVM, TITVLI VI. (VT lite non conteſtata non procedatur ad te-ſtium receptionem) lib. II. decretalium.

Incipiens

Quoniam frequenter &c. Enarrationes
breues ac ſuccinctæ, ſed quæ iuſti Com-
mentarij loco haberi
poſſint.

M. D. LXXXII.

TYPOGRAPHVS lectori S.

QVONIAM AVTOR IN PRAECEdentium titulorum explicatione sæpius sese refert ad capitulum hoc, Quoniam frequenter &c. tit. VI. lib. II. decretal. idq; per se elegans, atq; ita hoc in loco explicatum est, vt iusti commentarij loco haberi non immeritò possit: ideoq; illud in gratiam studiosorum hic subiungere visum est: iudicauimus enim multum hinc lucis priorum titulorum explicationi accessurum: id quod diligenti lectori facilè notum fiet.

Studiosi igitur hoc boni consulant, & qualecunq; studium nostrũ sibi probari patiantur.

Vale.

SCHO-

SCHOLIA.

IN CAP. V. TIT. VI. DECRETALIVM.

INNOCENTIVS III.

QVoniam frequenter in dubium reuocatur [a] à multis, an lite non contestata testes recipi valeant, authoritate præsentium duximus declarandum [b] regulariter verum esse, quòd lite non contestata non est ad receptionem testium procedendum: [c] Nisi fortè de morte testium timeatur, vel absentia diuturna: in quibus casibꝰ, cùm [d] ciuiliter est agendũ ([e] ne veritas [f] occultetur, & probationis copia fortuitis casibꝰ [g] subtrahatur) [h] senes & [i] valetudinarij, [k] & alij testes (de quibus ex aliqua rationabili causa timetur) etiam lite non contestata sunt procul dubio admittendi, [l] seu pars conuẽta sit [m] contumax, seu sit absens [n] absq; malitia, [o] vt conueniri non possit. Sed si actor non conuenerit aduersarium, [p] intra annum ex quo conueniri poterit, vel saltem receptionem huiusmodi testium [q] non denuntiauerit ille. Attestationes [r] sic receptæ [s] nõ valeant, [t] ne fortè hoc procuret in fraudem, vt processu temporis, exceptiones legitimæ ad repellendum testes, vel aliæ locum habere non possint.

Summæ rerum.

1. *Epitome huius capituli.*
2. *Eiusdem præcipua capita.*
3. *Regulariter ante litem contestatam testes non admitti.*
4. *In omnibus causis requiri litis contestationem.*
5. *Et quæ sit huius regulæ ratio.*

6. *Iure ciuili controuerti inter gloss. an testes aduersus contumacem lite non contestata recipi possint.*
7. *Papam diuersas Dd. iuris ciuilis opiniones definire posse.*
8. *Quando res iure ciuili dubia est, iure autem canonico clarè definita, tamen canonibus standum est in vtroq; foro.*
9. *De natura regulæ est, vt patiatur exceptionem.*
10. *Allegans pro se regulam, eatenus fundatam habet intentionem, donec de exceptione doceatur.*
11. *Quibus casibus etiam ante litis contestationem admittantur testes.*
12. *Quæ requirantur, vt ob absentiam testes ante lit. contest examinari possint: & nu. 14. & 30.*
13. *Quæ dicatur diuturna absentia.*
15. *In causis criminalibus an examinentur testes ante lit. contest. si de morte vel diuturna ipsorum absentia timendum sit.*
16. *Testium vsus à Deo probatus, & quò spectet.*
17. *Testes propriè qui, & vnde dicantur.*
18. *Probationum facultas non coërcenda.*
19. *Receptio testium facta ante lit. contest. ob periculum mortis vel diuturna absentia, si periculum cesset, an nihilominus valeat: & nu. 21.*
20. *Factum legitimè non est retractandum, etsi casus eueniat, à quo non posset incipere.*
22. *Testimonia ob periculum mortis vel absentiæ recepta consignanda, esse apud iudicem.*
23. *Testes ante lit. contest. admitti, si periculum obliuionis immineat.*
24. *Hoc tamen in iudicantis arbitrio consistit.*
25. *Calderini ea in re opinio refutata.*
26. *Senes qui sint.*
27. *Valetudinarij qui dicantur.*
28. *Quæ requirantur, vt testes ante litis contest. recipi valeant.*
29. *Si aduersarius sit præsens & paratus suscipere iudicium, an nihilominus testes ante lit. contest. sint recipiendi.*
31. *Textum hunc de anno vtili ab initio, sed in processu continuo intelligendum.*
32. *Denuntiatio quando in casu præsentis cap. sit necessaria.*
33. *Attestationes ob mortis vel diuturnæ absentia periculum recepta, an ipso iure concidant, vel ope exceptionis.*

Hoc † capitulum est valdè memorabile, magnisq; encomijs passim à Doctoribus celebratur, declarans, quo tempore producendi sint testes. † Duo autem præcipua comprehendit. Primùm, regulam vulgatam, eiusq; regulæ aliquot exceptiones. Deinde quonam pacto procedi oporteat, cum lite non contestata [a] reus est contumax. Vtrumq; seorsim explicabimus. Quod ad primum attinet, † pro regula seruandum est, ante litem contesta-

1. 2. 3.

a. in § vlt. huius c.

teſtatam teſtes in iudicijs non eſſe admittendos. Ex hac regula
negatiua ſumitur etiam alia affirmatiuè concepta, videlicet,
4. † in omnibus cauſis requiri litis conteſtationem. Et vtraq; re-
gula tam inter laicos, quàm clericos obtinet, id quod tum hic,
tum ſuprà in rubr. huius tituli ſatis probatur. Vtrobiq; enim
ſimpliciter & indifferenter diſponitur, ſemper litem eſſe conte-
ſtandam, ad hoc, vt teſtes poſſint recipi. † Et hoc quidem iu-
5. ſtiſs. ratione: quoniàm priuſquam audita fuerit reſponſio ad-
uerſarij, vtrùm neget, an confiteatur intentionem actoris, nul-
lus aditus patet iudici ad cognitionē principalis [b] cauſæ: Ideoq;
non poteſt fieri locus producendis teſtibus ad probandum ante
litis conteſtationem.

b. vide Bart. in l. ſi quando. C. de te'li & l. de ætate ff. de mino. 25. an.

6. a Multis) † Nam iure ciuili inter gloſſographos in hoc
extant diſſenſiones: pleriſq; volentibus, teſtes recipi poſſe ad-
uerſus contumacem lite necdum conteſtata, ne ſcilicet contu-
macia cuiquam ſua prodeſſet: in quorum opinione Vgoli. &
Mart. fuere, Azone interim [c] reclamante. Horum itaq; contro-
7. uerſiam ſopire hoc loco voluit Pontifex. † Ex quibus diſci-
8. mus, Pontificem diuerſas interpretum iuris ciuilis opiniones
definire poſſe: † traditumq; eſt, quoties res lege ciuili dubia
exiſtit, iure autem canonum clarè definita, canonibus ſtan-
dum eſſe [d] in vtroq, foro.

c. vt per Soci. in c. 1. ẽ. de litis conteſta.

d. C. 1. & 2. de noui. ope. nunci. ibi Dd.

9. b Regulariter) † Ad verificationem regulæ non exigi-
tur, vt nullam patiatur exceptionem, ſed hoc potius de natu-
10. ra [e] regulæ eſt. † Allegans tamen pro ſe regulam, eatenus in-
tentionem fundatam habere dicitur, donec aduerſarius ex-
preſſim de exceptione [f] doceat: quod nota dignum eſt.

e. atq; ita hîc probatur. vide de hoc Decium in l. 1. ff. de regu. iu.

c Niſi fortè) Præmiſſæ regulæ ſubijciuntur exceptiones
ſex numero, quarum duæ hic explicantur, reliquæ in ſubſe-
11. quentibus huius cap. §§. † Prima ergo eſt, ſi veriſimiliter ti-
mendum ſit de morte teſtium. Altera, ſi de diuturna abſen-
tia. Vtraq; enim ſpecie admitti poſſunt lite necdum conte-
ſtata, adeò, vt Speculatore [g] teſte, quocunq; die, etiam in fe-
12. rijs ſolennibus examinari valeant. † Quod tamen verum eſſe
Panor. & Soci. putant, ſi grande periculum immineat. De-
bet autem accipi abſentia a loco domicilij & priorum teſtium.
13. Item abſentiam neceſſe eſt eſſe diuturnam. † Diuturna au-
tem dicitur ſecundum arbitrium iudicis, qui hanc variè
æſtimabit, expenſa negotiorum qualitate, conſiderando, an
debitum, quo de agitur, ſit purum, in diem, vel [h] conditiona-
14. lem. † Nam ſi debeatur quid in longam diem, vel ſub condi-
tione, cuius euentus ac implementum multùm differri queat,
veriſimileq; ſit teſtem reuerſurum, priuſquam dies veniat, exi-
ſtatúe conditio: tali ſpecie non facilè admittet iudex teſtem ante
acceptum iudicium: ſecus ſi eſſet purum debitum.

f. Ita Iaſod. in l. ex quocunq. ff. ſi quis in ius vo. nõ ie. Abb. in c. ſalubriter. de vſur.

g in tit. de feri § 2. verſ. quid ſi iſte eſt actus cui ſubſcribũt domini de Rota decis. 129.

h. arg. c. de cauſis. ẽ. de offi. deleg.

d Ciuiliter) † Ergo superiores duæ exceptiones tum 15.
obtinebunt, si ciuiliter agatur, non etiam si criminaliter, ducto
argumento à contrario [i] sensu. In criminalibus enim cogni-
tionibus non sunt recipiendi testes, nisi lite [k] contestata, ideò
quia eorum cognitionem exactiorem esse oportet, cùm ibi de
vita ac salute hominis plerunq; tractetur, re omnium maxima,
& quæ damnum adfert nullo modo recuperabile. Putat tamen
Soci. huic exceptioni locum fore, si de crimine quis ciuiliter
experiatur: quod & ipse probo: nam textus simpliciter ait, si
ciuiliter [l] agatur.

i Dd. in l. 1. ff. de offi. eius, cui mand. est iurisd.
k. l. vlt. C. de prob.
l. ad quod fa. l. vlt. ff. de priua. deli. & c. tuæ ꝰ. de procur. ibi Abb. & Dd.

e Ne veritas) Aetiologia est prædictarum exceptionum.
† Testium sanè vsus naturali ratione à DEO opt. Max. quoq, 16.
probatus, huc solùm spectat, vt publicè prosit omnibus ad tu-
endam veritatem aduersus mendacia malorum. † Siquidem 17.
testes propriè dicuntur, qui de rebus & negotijs hominum fi-
dem faciunt, cùm dubitatur, & veritati patrocinantur: inde ap-
pellati, quòd tueantur statum [m] causæ. Quare si subuerendum
sit, veritatem vel. ob mortis, vel diuturnæ absentiæ testium
periculum perituram, meritò ante litem contestatam recipien-
tur, vt sic veritati pereunti subueniatur. † Nam probationum 18.
facultas minimè est coërcenda vel angustanda, veritasq; proba-
tio salua esse [n] semper debet.

m. in nouel. de testib. in princ.
n. l. quoniam. in fi. C. de hæret. l. generaliter. C. de reb. cred. l. curent. ff. de testi. §. & hæc verò multoties. & §. si quis testibus. in Nouel. de testib.

f Occultetur) propter absentiam vel mortem testium.
† Disputant autem hic interpretes, facta ob huiusmodi causam 19.
testium productione, si rursus sublatum sit mortis siue absentiæ
periculum, an receptio nihilominus vires habeat? Et non vide-
tur, cùm cesset periculum, cesset causa, quia non perijt proban-
di [o] facultas. Sed magis est, attestationes admissorum testium
manere validas: nam ab initio iustè ac legitimè receptæ sunt,
† & regula [p] est, factum legitimè non esse retractandum, etsi ca- 20.
sus postea eueniat, à quo non posset incipere. † Et textus hic 21.
easdem ea solùm ratione infirmat, cùm actor est negligens in
non conueniendo aduersarium, aut non denunciando illi intra
annum. Quare si alterum fecerit, remanent indistinctè dicta
testium firma & robusta: quod & Panor. hic [q] probat. † Hoc ta- 22.
men non est ignorandum, huiusmodi testimonia ob periculum
mortis vel absentiæ testium recepta, consignanda esse apud iu-
dicem vsq; ad litis contestationem in causa, nec publicanda, nisi
cum alijs testibus postea receptis.

o arg. l. vlt. C. de testib. & c. præsentata. ꝰ. de testib.
p c. factum legitimè. de regul. iu. lib. 6.
q per c. cùm dilecta ꝰ. de confir. vti. vel inu.

g Subtrahat) † Producit Glossator textum hunc etiam 23.
tum habere locum, si subsit timor, ne propter moram &
procrastinationem testes fidem [r] varient. Idem Hostiensis pro-
bat, locum esse, inquiens, receptioni testium, si periculum
obli-

r. per tex. in l. 3. §. duæ. de Carbo. edi. vbi tex. iuncta glo. ait, præueniendum esse, ne dilata quæstione testes varient.

24. obliuionis immineat. † Illud tamen alij malunt iudicantis ar-
bitrio committere, qui hoc ex personæ & negotij qualitate æsti-
mare debet, num ob hanc causam ante ceptum iudicium testes
admittendi sint, vel minus. Atq; ita Butr. Panor. & Soci. sen-
tiunt, quibus & ipse subscribo. Quid enim, si negotium benè
cognitum sit, nec intricatum? sanè non est verisimile, quod
25. tunc facilè excidat è [f] memoria. † Et quamuis Calderinus re-
pugnet, tum quia iste casus non sit nominatim exceptus in te-
xtu, tùm quia semper allegaretur timor, sicq; euacuaretur ef-
fectus regulæ suprà traditæ: hæc tamen meo iudicio nihil ad-
uersantur. Primùm enim, tametsi iste casus non expressè sit
exceptus: ex ratione tamen textui inserta exceptus [t] colligi-
tur. Deinde, etsi allegaretur iste timor, iudex tamen non tene-
tur allegantí parti credere, sed æstimabit hoc suo arbitrio, ex-
pensa personæ ac negotij [u] qualitate.

26. h Senes) † id est, maiores septuaginta annis: sic enim le-
ges censuerunt [x] seniúm. Alij [y] tamen malunt hoc relinquere
arbitrio iudicis, qui considerata testium complexione cogno-
scet, qui sint senes.

27. i Valetudinarij) † quos scilicet morbus lecto detinet,
& propter quorum infirmitatem timetur de morte: quamuis
in sene non sit necessaria infirmitas, quoniam (vt Comicus ait)
& ipsa senectus morbus est.

k Et alij) vt sunt procinctí ad militiam nauigationem ini-
turi, aut per loca insidiosa ituri, & si q sunt prædictis [z] similes.

l Pars conuenta) Glossographus idem esse putat, etsi
pars aduersa sit conuenienda, idq; textus satis arguit hisce ver-
bis (vt conueniri non possit.) Sensus ergo est, aduersarium in
ius vocandum esse, si fieri possit, & tum siue vocatus in iudicio
se stiterit, siue absens manserit, siue vocari non potuerit, proce-
28. dendum esse ad receptionem testium. † Ex prædictis omnibus
colligis, vt lite necdum contestata testes recipi valeant, tria
coniunctim necessaria esse. Primum: vt iusta & rationabilis
causa subsit Alterum, vt agatur ciuiliter. Tertium hic addi-
tur, vt aduersarius, in cuius præiudicium fit huiusmodi rece-
ptio, citetur, si id fieri possit: si non possit, tum vel conueni-
endus est reus ab actore intra annum, vel ipsi denuncianda talis
testium admissio: aliás receptæ attestationes concideut, neq;
vllam habebunt firmitatem.

m Contumax) in non comparendo.

29. n Absq; malitia) sine contumacia. † Sed quid si
pars aduersa sit præsens, & parata subire iudicium? recipien-

s. c. cùm illorum. ad fi. ꝭ. de sentent. ex-com.

t. fa. quod sing. ait. gl. in l. j. de cond. indeb. vbi inquit, ex-cepto vno casu ab re-gula similes expres-sos exceptos cen-seri.

u. hic latius.

x. l. 2. ff. de excus. tut. Cl. 2.. qui æta-te se excu. in Spec. de teste. §. 2. vers. sed quos. & §. de testium compulsio. in princi.

y. Io. And. in c. no-uit. ꝭ. de iudi. Bald. in sua marg. vers. senex. Flo: in l. le-ge Aquilia si dele-tum. ff. ad l. Aqui. vbi etiam ait, de hoc esse summariè co-gnoscendum.

z. l. 2. 3. 4. & 5. ff. de dona. cau. mor.

 346

PORrò speciales causæ possunt occurrere, in quibus [a] casualiter est [b] aliud obseruandum, vt (verbi gratia) si super [c] alicuius [d] electione, vel [e] copula maritali, quæstio moueatur: tunc enim ([f] ne propter longam moram in spiritualibus & temporalibus patiatur [g] ecclesia læsionem, [h] vel viro siue mulieri fornicationis occasio præbeatur, [i] maximè cùm propinquitatis gradus, opponitur lege diuina prohibitus) [k] in huiusmodi casibus (si contumax [l] apparuerit is in quem fuit actio dirigenda, seu peremtoria citatione recepta, venire contemnit, seu quia malitiosè seipsum occultat, seu quia impedit, ne possit ad eum citatio peruenire) testes, lite non contestata sunt meritò adhibendi, & nihilominus ([m] si de causa liqueat) ad diffinitiuam est sententiam procedendum. [n] Si verò aliter [o] absens fuerit, & agatur de [p] spirituali coniugio inter prælatum & ecclesiam [q] iam contracto electione [r] maximè confirmata, illud in hoc articulo volumus obseruari, quòd super expectatione talium personarum in sacris est canonibus [s] diffinitum. Quòd si forsan agatur de spirituali coniugio [t] contrahendo: is qui est in prælatum electus, per spatium sex mensium [u] expectetur, nisi (pensatis negotij circumstantijs) per superioris prouidentiam magis vel minus fuerit expectandns. [x] Si autem de carnali [y] coniugio [z] sit agendum: tam diu alteruter coniugum expectetur, donec de ipsius obitu verisimiliter [aa] præsumatur: quia cùm sine culpa sit absens, vt si captiuitate, vel ægritudine, aut alio iusto impedimento forsitan teneatur, aut etiam propria, sed non malitiosa voluntate,

in remotis partibus moram faciat, vt de facili vel in breui citarí non poſſit: [bb] ei quidem præiudicari [cc] non debet, cùm habeat forſan exceptiones legitimas ad intentionem contrariam elidendam: eo nequaquam obſtante, quòd de lapſu carnis poſſet opponi: quoniam in coniugio multi caſus occurrunt, in quibus coniuges ſine culpa, ſed non ſine cauſa, continere coguntur.

Summæ rerum.

1. *DVo alij caſus, in quibus teſtes ante lit. conteſt. recipi poſſunt.*
2. *Epitome huius §.*
3. *Differentia inter hos caſus, & eos, qui in principio huius cap. relati ſunt: & nu. 6.*
4. *Ampliatio ad hunc §.*
5. *Contumacia quibus modis probanda.*
7. *Vt ad ſententiam peruenire poſſit in contumaciam in cauſa matrimonij, quæ ſint neceſſaria.*
8. *Hodie contumacia rei non amplius exigitur.*
9. *Quid obſeruetur, quo ad receptionem teſtium, tam in ſpirituali, quàm carnali coniugio, ſi reus ſine contumacia abſit: & nu. 16.*
10. *Spirituale coniugium contractum dicatur, per electionem, ſi electus conſenſerit: & nu. 12. & 14.*
11. *Confirmatio illud ratificat: conſecratio conſummat.*
13. *Voculam (maximè) tam implicatiuè quam taxatiuè poni: & nu. 15.*
17. *Quando ſola ſponſalia contracta ſunt, ſponſo longè profecto licet ſponſa cum alio contrahere.*
18. *Quando veriſimiliter de morte mariti abſentis præſumatur: & nu. 19.*
20. *De intellectu c. perlatum. ꝯ. qui fil. ſint legi. & c. 1. ꝯ. qui matri. accuſ. poſ.*
21. *Marito abſente, an & quando ſuper impedimento coniugij teſtes recipi poſſint, ac contra eum procedi, quatuor regulis explicatur. & nu. 22. & 23.*

HIC §. † duas alias exceptiones ad ſuperiorem regulam 1.
complectitur, videlicet cùm impugnatur electio, ſiue matrimonium: tum enim, ne dilatio ſit nociua, non expectatur litis conteſtatio ad producendos teſtes, vt ex textu diſcere eſt:

† Tra-

2. † Traditur autem primò, quid obseruari conueniat, si aduersarius, cui quæstio super electione vel matrimonio mouetur, per contumaciam se non sistit, nempe quod testes admittantur, fiatq; progressus ad sententiam diffinitiuam lite non contestata. Deinde quid iuris sit, aduersario sine contumacia [a] absente. *a. in vers. si verò.*

a Casualiter) id est, in suis tantùm casibus.

3. b Aliud) † quàm sit dictum in præcedentibus, quia ibi non recipiuntur testes ante litis contestationem, nisi de morte vel absentia testium timendum sit. Vel dici potest, quòd respiciat casus proximè præcedentes, aliud tamen in his casibus hic recensitis obseruatur, quàm in superioribus. Primò ratione testium: hic enim omnes recipiuntur, ibi verò tantum hi, de quorum morte vel absentia timetur. Deinde ratione ipsius aduersarij, cuius contumacia hic requiritur, cùm ibi sit secus. Demum quia hic eorum testimonia statim publicantur, ibi verò non, nisi lite contestata.

4. c Alicuius) scilicet prælati. † Et quamuis textus propriè in prælato tantùm loquatur, communi tamen [b] calculo porrigitur ad quemcunq; clericum electum, etiam in inferioribus beneficijs, siue ecclesijs. *b. glo. Inno. Host. & Panor. hic.*

d Electione) intellige textum simpliciter, & sine restrictione procedere, siue electio sit confirmata, siue non: item siue electus in eandem consenserit, necnè: vtrobiq; enim militat ratio textui inserta, quæ fundatur super contumacia, ne ecclesia ex mora accipiat [c] detrimentum. *c. ita Pańor. & Socl. hic.*

e Copula mar.) id est, coniugio siue matrimonio carnali.

f Ne propter) interserit exceptionis vtriusq; rationes.

g Ecclesia) in primo casu, cùm de electione impugnanda agitur.

h vel viro) in altero casu coniugij carnalis: quia fornicatio vitanda [d] est. *d. c. de illis. §. de despon. impub.*

i Maximè) hæc dictio propriè accipitur hîc, quia idem, si alius gradus prohiberet matrimonium, licet lege diuina [e] non esse prohibitus. *e. Inno. & Host. hic.*

k In huiusmodi casibus) isti ablatiui sunt superflui, sufficiente verbo (*Tunc*) nos hanc elegantiam facilè condonabimus canonibus.

5. l Adparue. is) reus si fuerit contumax in non veniendo. † Sed quomodo doceri poterit cõtumaciã? Ecce subijcit tres elegantes modos probandi contumaciam. Prim[us] est, si peremptorio

propoſito venire detrectat. Sic Hermogenianus [f], contumax (inquit) eſt, qui tribus edictis propoſitis, vel vna pro tribus (quod vulgò peremptorium appellatur) literis euocatus, præſentiam ſui facere contemnit. Secundus eſt, ſi malitioſè ſeipſum occultat. Tertius, ſi impedit, ne ad eum citatio peruenire valeat. Et hos poſteriores duos modos non contemne, quia his probatis, non eſt opus amplius in ius vocare aduerſarium, quia confeſtim [g] habetur pro vocato.

f. in l. contumacia. ff. de re iudi.

g. Pan. hîc. Inno. in c. ad petitionem. de accuſ. fac. opt. tex. in l. 1. §. ſed & ariſto. & ibi Bart. ff. quod vi aut clam.

m Si de cauſa) † Vides hîc, ſiue tractetur de coniugio 6.
ſpirituali, ſiue carnali, admitti omnes teſtes indifferenter, & publicari, procediq́; ad ſententiam diffinitiuam etiam lite non conteſtata. Pinguius ergo excipiuntur hi duo caſus à ſupradicta regula, quàm ſuperiores: cùm ibi non omnes admittantur, ſed hi ſolùm, de quorum morte, vel abſentia diuturna timendum eſt, nec recepti publicentur, nec progreſſus fiat ad ſententiam, niſi lite prius conteſtata: Hîc verò ſit ſecus. † Vt 7.
autem poſſit perueniri ad ſententiam, in cauſa matrimonij, duo eſſe neceſſaria, vel hinc colligitur. Primum, eſt vera contumacia, quæ etiam ad receptionem teſtium deſideratur, nedum ad ſententiam. Alterum, quòd liqueat de cauſa: altero autem horum deficiente, non proceditur ad ſententiam hoc iure. † Hodiè 8.
verò non requiritur amplius contumacia rei, nam eo etiam præſente, & non exiſtente contumace, locus eſt receptioni teſtium, lite non [h] conteſtata: quod ſerua.

h. tex. in cle. 2. de iudi. & cle. ſæpè. de uer. ſig.

n Si verò) † Hactenus de contumaciter abſente dixit: 9.
nunc de eo, qui ſine contumacia abeſt, ſubnectit. Et primum de ſpirituali coniugio, ſiue electione diſputat: deindè de coniugio ſeu copula carnali. Quo ad primum: Si de ſpirituali tractemus, tunc intereſt, an ſit iam contractum, puta quòd electus ſuum iam præſtiterit conſenſum electioni: vel ſit inprimis contrahendum, nempe quòd facta quidem ſit electio, electus tamen eidem necdum conſenſerit. Nam priori ſpecie ſeruandi ſunt antiqui Canones: poſteriori expectabitur abſens per ſex menſes, niſi aliter iudici ſederit. Quod ad alterum pertinet, in carnali coniugio non procedetur ad ſententiam, ſed tantiſper expectabitur, donec abſens maritus redeat vel deceſſiſſe præſumatur.

o Abſens fue.) ſcilicet is, contra quem agitur.

p Spirituali con.) id eſt, electione.

q Iam contracto) † Contractum autem tum cenſetur 10.
ſpirituale coniugium, quando electus ad eccleſiam conſenſerit electioni de ſe factæ: nam poſt conſenſum electioni præſtitum, inter eccleſiam, & quemcunq́; etiam inferiorem prælatum contractum

318

tractum esse matrimonium intelligitur etiam ante confirmatio-
11. nem. † Hæc enim ratificat illud, vt non possit amplius dissolui ex voluntate electi. Sicut deinde per consecrationem dicitur
12. [i] consumari. Hoc tamen procedit largo modo. † Strictè enim spirituale coniugium solummodò inter episcopum, suamq; ecclesiam contrahitur. nam ipse est Sponsus, & in signum solus defert annulum, vt Io. [k] And. alibi notat.

i. c. cùm inter canonicos .§. de electio.

k in c. clericis. §. de vita & hone. cleri.

13. r Maximè) † Implicatiuè hic ponitur hæc vocula, vt sit sensus, textum nostrum procedere, siue electio sit confirmata, siue non, maximè autem, si sit confirmata: Atq; ita communis
14. est expositio. † Ex qua sequitur id, quod supra dixi, coniugium spirituale contractum videri etiam ante confirmationem,
15. præstito tamen consensu. † Nonnunquam tamen hæc dictio (maxime) etiam taxatiuè ponitur, pro tantùm, vt hic Soci. annotat, latè examinans, quomodò cognosci possit, an implicatiuè vel taxatiuè accipiatur, &c.

s Diffinitum.) quod glossa hic eleganter tractat, ad quam remitto.

t Contrahendo) quia electio quidem facta sit, electus autem in eandem needum cosenserit.

u Expectet.) Hodiè tamen obseruandum est, id quod per Innocentium IIII. Gregorium X. & Nicolaum III. constitutum [l] hac in re comperitur.

l. c. j. c. quam sit. & c. cupientes. de elec. in 6.

16. x Si autem) † Hic de coniugio carnali fit mentio, & traditur, quid obseruandum circa receptionem testium, si alter coniugum sine contumacia absens sit, impugneturq; matrimonium, an lite nondum contestata testes admittendi sint, vel minus. Et diffinit non esse admitteendos, sed tantisper expectandum, donec absens redeat, vel de ipsius obitu verisimiliter præsumatur.

y Coniugio) iam contracto, secus in contrahendo, id est,
17. in sponsalibus: † nam vbi sola sponsalia contracta sunt, obseruandum est, quod alibi Alex. [m]. III. tradidit, nempe sponso ad longinquas regiones profecto, sponsæ licere liberè cum alio contrahere.

m c. de illis. §. de sponsal.

18. z Sit agendū) & tamen non sit ab[sens] per contumaciam.

aa Præsumatur) † Sed quando ver[isi]militer de morte mariti præsumitur? Et glossa hic putat, ex fa[m]ma huiusmodi præsumptionem nasci, quia inuulgata sit fam[a e]um decessisse. Quia tamen videbat huic expositioni aduersari decretalē [n] Clementis III. quæ certitudinem mortis exigit, putat etiam ex violentis coniecturis certitudinem colligi. Ex quo consequeretur

n. c. in præsentia. §. de sponsalib.

tur probationem per violentas, præſumptiones ſiue coniecturas
dici º certam. † Alij verò multùm intereſſe ſcribnnt, an de 19.
præiudicio agatur maximo, & irrecuperabili, qua ſpecie deſi-
deretur certa & indubitata mortis probatio: vt ſi propter mor-
tis allegationem alteruter coniugum alij copulari ᵖ velit: vel ſi
quæratur, ᵠ quis ociderit. An verò modicum ſubſit præiudiciũ,
& tum ſufficiat mortem doceri per famam publicam. Sic in no-
ſtro propoſito, cum fiat ſaltem præiudicium, quòd procedatur
parte abſente (nam ipſum impedimentum propinquitatis gra-
dus aduerſus coniugium obiectum, plenè probandum eſt) ſatis
eſt, probari mortem coniugis per famam, ad hoc vt lite necdum
conteſtata recipi teſtes poſſint ad probandum matrimonij ob-
ſtaculum. De mortis tamen probatione vide Bart. ʳ & Doctores
alibi.

o. fa. l. licet Imperator. ff. de leg. 1. vbi euidens dicitur, quod conſtat per coniecturas.
p. d. c. in præſentia.
q. l. inde Neratius. §. fin. cum l. ſeq. ad leg. Aquil.
r. Bar. in l. 2. § ſi dubitetur. ff. quem. teſt. ap. in l. quoties. C. de naufr. lib. 11. in l. genero. ff. de inſa. Bar. & Dd. in l. ſiquidem. C. ſol. matri. Alex. conſil. 4. in 2. volu.

bb Ei) abſenti coniugi.

cc Non debet) Et per conſequens ne præiudicetur ab-
ſenti coniugi, teſtes non recipientur, nec procedetur. † Sed 20.
repugnat, quod alibi Alexander III. ſ ſcriptum reliquit, in
abſentia coniugis, poſſe ſuper impedimento matrimonij teſtes
recipi ac procedi. Interpretes miris modis ſe diſtorquent in
diſſoluenda hac antinomia. † Pro conciliatione obſeruandæ 21.
ſunt ſequentes regulæ. Prima: Si conſtet malitioſè abeſſe con-
iugem, tunc aduerſus eum procedi poſſe indubitatum ᵗ eſt: &
hoc omnes ſequntur. Secunda: Maritus etſi non malitioſè,
culpa tamen ſua abſit, idq́; ſit euidens, idem iuris obtinet, vt
eo abſente procedi ᵘ valeat. Cumprimis tamen diligenter inue-
ſtigandum eſt, num reperiri ˣ poſſit: hocq́; gloſs. hic voluit,
idemq́; textus hîc probat à contrario, in verbo, cùm ſine culpa.
Ex hoc enim ſequitur, ſi ex culpa ſit abſens, teſtes debere reci-
pi. Nec obſtant hæc verba textus (ſed non malitioſè) quia ſup-
pleri debet, nec ʸ culpoſè. † Tertia: Si non ſit liquidum, num 22.
maritus ſua culpa, vel malitioſè, aut iuſto detentus impedi-
mento abſit, nec conſtet ipſum iuſtam abeundi cauſam habuiſſe
ab initio, tunc præſumitur in dubio abſentia ipſius malitioſa
ᶻ eſſe: priuſquam tamen procedatur, diligens de eo haben-
da eſt inquiſitio. † Quarta: Si coniunx ab initio receſſit ex cau- 23.
ſa legitima, vel voluntaria, non tamen malitioſa, ſeu culpabili,
ignoraturq́; vbi ſit, hoc caſu propter licitum abſentiæ princi-
pium præſumetur ipſum iuſto aliquo detineri impedi-
mento, nec poterit aduerſus eundem procedi, niſi
veriſimiliter mortũus eſſe colligatur:
atq; ita textus noſter hîc
loquitur.

ſ. in c. perlatum. ĵ. qui filij ſint legi. & c. 1. ĵ. qui matri. accuſ. poſ.
t. vt hîc.
u. ita eſt caſus in d. c. 1. qui accuſ. matr. poſ.
x. vt ibidem dicitur.
y. per d. c. 1.
z. ſic procedit d. c. perlatum.

Sunt

SVnt & alij caſus ſimiliter ſpeciales, in quibus abſq; litis conteſtatione, legitimè poſſunt teſtes produci: vt quando exceſſuum inquiſitio, vel teſtium publicatio imminet facienda.

Summæ rerum.

1. *IN cauſa inquiſitionis teſtes recipi poſſe ante litis conteſtationem.*
2. *An eius contumacia requiratur, aduerſus quem fit inquiſitio: & nu. 3. & 4.*
5. *Si ad perpetuam rei memoriam producantur teſtes, nulla adhuc imminente lite, tunc recipi poſſunt ante litis conteſtationem.*
6. *Idq́ magna æquitate introductum eſt.*
7. *Habetq́ locum tam in actore quàm reo, diuerſimodè tamen.*
8. *Si ab actore producantur, quid obſeruandum, diſtinctione explicatur: & nu. 9. 10. & 11.*
12. *Si ex parte rei petantur recipi.*
13. *Si ex parte illius, qui & actor & reus eſſe poßit.*

Subijciuntur rurſus duæ exceptiones ab regula in principio cap. noſtri tradita. † Prima eſt in cauſa inquiſitionis. Quoties enim de crimine inquiritur, poſſunt teſtes admitti lite non conteſtata, & ad ſententiam fieri progreſſus: idq; obtinet, qualitercunq; de exceſſibus inquiratur. Ideò tradit hic Innocentius, ſub hoc nomine (*exceſſuum*) comprehendi quoq; inquiſitionem, quæ fit ſuper iuribus alicuius eccleſiæ iniuſtè occupatis, vel [a] detentis. † Porrò intelligit gloſſa hoc *a. per not. in c. cùm*
verum, quando is, aduerſus quem fit inquiſitio, eſt abſens per *olim. ĵ. de teſtib. &*
contumaciam: quaſi velit, eo præſente litem conteſtandam *2. q. 7. c. quapro-*
eſſe ante [b] receptionem. † Hoſtienſis verè ait, ſi nemine po- *ter. & c. ſeq.*
ſtulante inquiratur de alicuius exceſſibus, litis conteſtationem *b. pro quo fa. c. cùm*
non eſſe neceſſariam: ſecus ſi per modum querelæ impetre- *dilectus. ĵ. de purg.*
tur. † Panormitanus putat, quòd & contra præſentem in cau *cano. & c. cùm I. &*
ſa inquiſitionis procedi valeat, lite non conteſtata, ſi tamen ſit *A. ĵ. de re iudi.*
contumax. Quid in hac varietate tenendum, Socinus [c] alibi *a. in c. qualiter &*
vbertim examinat, ad quem ſtudioſum iuris remitto. † Al- *quan. 2. vbi vide e-*
tera exceptio eſt, cùm teſtes producuntur ad perpetuam rei me- *um omninò. in 11.*
moriam, nulla adhuc imminente controuerſia: nam & ea ſpe- *articu. quæſtione 80.*
cie recipiuntur quicunq; teſtes ante litis conteſtationem. Ideoq; *ĵ. de accuſa.*
dicta eorum ſtatim publicantur, & in publicam formam in-
4. ſtrumenti rediguntur. † Habet autem hæc exceptio magnam æquitatem, quia multis modis noſtra poteſt intereſſe, ne pe-

reat nobis, nostrisq; successoribus rerum gestarum memoria vel probationis facultas. † Porrò locus est huic exceptioni tam in actore, ad fundandam suam intentionem, quàm in reo ad firmandam defensionem. Hoc tamen vt rectè accipiamus, & sine cauillatione, distinguendi sunt tres articuli. Primus: † Si testes ex parte actoris producantur, ad perpetuam rei memoriam, tunc interest, an actor statim experiri possit; quia scilicet illi iam concedatur actio, vel non possit. 8. † Nam priori specie non admittentur ante litem contestatam testes, nisi de morte fortè, aut diuturna eorum absentia subuerendum sit: 9. tunc etsi suscipiantur, publicatio tamen non fiet, nisi post litem contestatam. † Posteriori verò, si quidem facultas experiundi in iudicio actori non possit esse, nisi prius examinatis testibus, productioni locus erit: 10. Nihil enim hoc casu actori imputari potest, quare non agat. Verbi gratia, si desiderem bonorum possessionem secundum tabulas petere, necesse est me cumprimis de viribus testamenti fidem facere iudici: Id autem non alia ratione fieri poterit, nisi receptis testibus, eorumq; testimonijs cognitis. † Sin verò potestas agendi non statim competit, competitura tamen est, tametsi non recipiantur testes, vt quia sit obligatio conditionalis: 11. tùm actor ante litem contestatam ad perpetuam rei memoriam testes producere volens, sic demum audietur, quandò de ipsorum obitu, vel absentia diuturna periculū subesse dignoscitur. Secundus articulus est: † Si petantur examinari testes ex parte rei, ad fundandam defensionem siue exceptionem, tunc indifferenter admittuntur, & in publicam instrumenti formam rediguntur: 12. non enim est in rei potestate, sicut actoris, quandò conueniatur. Tertius: † Si examinatio testium postuletur ex parte illius, qui in causa & actor & reus esse possit: idem dicendum est, vt indistinctè examinari testes, publicariq; valeant. 13.

*

> ... auth. sed etsi ... C. eo. & §. & hac omnia. in Nouell. eo tit.
>
> e. vt lit. in pr. c. nostri.
>
> f. l. publicati. C. de fid. l. 1. & 2. C. de bo. poss. sec. tab. l. 2. ff. quom. testa. aper.
>
> g. Bart. in d. auth. sed etsi quis C. de testi.
>
> h. l. petendæ. C. de tem. in inte. resti.
>
> i. c. significauit. & ibi Panor. ext. de testi. vide Bar. & alios in d. auth. sed etsi quis. & in l. in lege Aquilia. ff. ad l. Aqui. Cano. in d. c. Albericus & d. c. significauit. vbi Soci. amplè.

In alijs

IN [a] alijs verò casibus prudenter est attendum, vtrùm contumax [b] actione reali, an personali conueniatur. [c] Si reali [d] mittendus est [e] actor in rei petitæ [f] possessionem, vt [g] tædio affectus, [h] reus veniat responsurus. Qui si venerit [i] intra annum (iudicio sisti præstita [k] cautione, ac exhibita satisfactione congrua [l] expensarum) possessionem [m] recuperet. Quòd si cautionem offerre neglexerit intra annum, actor [n] post annum, verus [o] constituetur possessor super proprietate duntaxat aduersæ parti defensione legitima reseruata. [p] Quòd si super reb9 [q] immobilibus quisq; [r] conueniatur, qui eas [s] possidet nomine alieno [t], debet [u] statim in iudicio dominum [x] nominare, [y] certo dierum spatio à iudice statuendo, [z] eoq; [aa] ad eius notitiam perducendo [bb] vt vel ipse [cc] veniens vel idoneum dirigens [dd] responsalem, actoris intentionem [ee] excipiat. Si verò post tempus [ff] indultū [gg] quod dispositum est, [hh] noluerit adimplere: [ii] tanquam lite [kk] quæ ingeritur, [nn] ex eo die quo [ll] possessor ad iudiciū vocatus est, [mm] ad interrumpendam præscriptionem longi temporis contestata: [oo] dominū possessionis iudex trib9 edictis legitimis euocabit: [pp] & tunc ipso in eadem [qq] voluntate manente, negotium [rr] summatim examinans, in [ss] possessionem ipsarum rerum actorem mittere non tardabit: omni allegatiōe [tt] absente, [uu] super principali quæstione reseruata. [xx] Si autē super personali actione conueniatur, vel mittendus est actor in possessionem mobilium bonorum ipsius, vel immobilium, [yy] si fortè mobilia non habeat [zz] pro modo debiti [a] declarati: vel in contumacem est [b] ecclesiastica sententia proferenda:

ita videlicet, quòd [c] alterutra pœna, quæ magis timeri debeat, iudex à principio sit contentus, ad alteram nihilominus processurus, si hoc meruerit proteruitas contumacis, qui veniens [d] intra annum, vel post annum, etiam audietur iuxta distinctionem in alio superius annotatam.

Summæ rerum.

1. *EPitome siue summarium huius §.*
2. *Realis & personalis actionis differentia.*
3. *De mixtis actionibus.*
4. *De interdictis personalibus in rem scriptis.*
5. *De hypothecaria actione.*
6. *Mißio in possessionem ex primo decreto quid operetur.*
7. *Ad interpositionem primi decreti aduersarium esse citandum.*
8. *In quem finem fiat mißio ex primo decreto.*
9. *Tam laicus, quàm clericus tenetur cautionem præstare iudicio sisti, si repetere possessionem tædialem velit.*
10. *Explicatur §. si quis autem pro pecunia. in Nouell. de sanctis. epis.*
11. *Reus, contra quem facta mißio in possessionem ex primo decreto, habet annum, ad eam recuperandam; quod limita vt nu. 12.*
13. *De qua cautione tex. hic loquatur.*
14. *An aduersarius possessionem repetere volens audiri debeat, antequam impensas soluat.*
15. *Missus in possessionem ex primo decreto, non possessor, sed tantùm detentor, & custos rei est intra annum: & nu. 16.*
17. *Post annum verò efficitur verus possessor, saluo tamen petitorio: & nu. 18. & 19.*
20. *In realibus actionibus non requiritur secundum decretum: secus in personalibus: & nu. 21.*
22. *Et quæ sit diuersitatis ratio.*
23. *Quando interponendum sit secundum decretum.*
24. *Epitome vers. Quod si super rebus &c.*
25. *Materia nominationis in iudicio frequens & vtilis.*
26. *Nominationis definitio.*
27. *Eiusdem explicatio: & nu. 30. 32. 33.*
28. *Simplex rei detentor potest dominum nominare in iudicio.*
29. *Poßidens suo nomine rem, non habet ius nominandi.*
31. *Emphyteuta, vasallus, fructuarius, & similes, quando nominare in iudicio poßint: & nu. 38.*
32. *Nominatio in realibus tantùm actionibus locum habet.*
33. *Nominationis in iudicio officium & effectus.*

34. De

34. *De nominatione, quæ fit instructionis causa.*
35. *Nominationis introducenda ratio.*
36. *Nominatio in rebus immobilibus locum habet: & quid obtineat in mobilibus.*
37. *Nominatio sine iudicio non consistit.*
39. *Conuentus reali actione, an & quando ius nominandi habeat, tres casus esse distinguendos: & nu. 40. & 41.*
42. *Nominatio voluntaria est, non necessaria.*
43. *Omissio nominationis domino litem nescienti & absenti non præiudicat.*
44. *Nominatio quando facienda.*
45. *Item qualiter facienda, allegando scilicet se alieno nomine possidere.*
46. *Nominatione facta quodnam sit iudicium officium.*
48. *Nominato quid sit faciendum, si ei facta sit litis denuntiatio.*
49. *Nominatus recusare iudicem potest, etsi id nominans non potuerit facere.*
50. *Nominatus per procuratorem comparere potest.*
51. *Nominato post factam litis denuntiationem non comparente, lis pro contestata habetur: & quæ sit ratio: nu. 53.*
52. *Vocula (tanquam) improprietatem significat.*
54. *Quid operetur talis quasi litis contestatio.*
55. *Et à quo die incipiat.*
56. *Quæ sint partes iudicis, si post factam denuntiationem nominatus non veniat: & nu. 57.*
58. *Quid tum iudex in sua summaria cognitione præ oculis habere debet, tribus casibus explicatur.*
59. *Facta nominatione inductus in possessionē sit verus possessor, nominatus verò contumax de possessore petitor: & quæ sit ratio: nu. 60.*
61. *Quamdiu nominato contumaci reseruetur quæstio disputandi de proprietate.*
62. *Et quantum tempus exigatur eo casu ad vsucapionem: & nu. 63.*
64. *An iudex nominato contumaci certum terminum ad deducendum petitorium præfinire possit: & nu. 65.*
66. *Intellectus l. à quo fundus. ff. de dam. infec.*
67. *Conuentus actione personali si sit contumax, quæ dentur contra ipsum remedia.*
68. *Primum est, missio in possessionem rei ex primo decreto.*
69. *Vt ad primum decretum peruenire possit, citandum esse aduersarium.*
70. *Quis ordo seruandus in immissione ex primo decreto.*
71. *Item immissio facienda pro mensura debiti: & quomodo id accipiendum: nu. 72.*
73. *Debitum qualiter eo casu docendum.*
74. *Secundum remedium contra reum contumacem actione personali conuentum, est excommunicatio.*
75. *Aposynagogi apud Hebræos.*
76. *De alijs remedijs aduersus contumaces: & nu. 77. 78. 80.*

h 3 87. Iurare

Reuertitur Pontifex ad regulam suprà in principio cap. nostri traditam. † Quia enim regulariter lite non contestata, 1.
nec ad testium receptionem, nec ad sententiam progressus fieri potest. & tamen plerunq; accidit, aduersarium vocatum in ius contumaciter abesse, suiq; præsentiam non facere: ideo Pontifex remedia quædam legitima proponit, quibus actor aduersus reum contumacem vti possit.

a In alijs.) in quibus non fit progressus vel ad testes examinandos, vel ad prolationem sententiæ, nisi lite contestata.

b Reali actu) † Realis actio est, per quam rem nostram, 2.
quæ ab alio possidetur, petimus, & semper aduersus eum est, qui rem [a] possidet. Personalis verò est, qua cum eo agimus, qui obligatus est nobis ad faciendum, vel dandum aliquid, & semper aduersus eundem locum [b] habet. Vtriusq; definitionem alibi [c] vbertim explicuimus ac populariter.

a l. actionum genera. in prin. ff. de actio. & obli.
b. d. l. actionum genera. §. in personam.
c. in §. omnium. inst. de actio. in meis schol.

c Si reali) & nomine proprio, vt a [illegible] vehiculo differat. † Quid autem de mixtis [illegible] 3.
tendatur, actio & reus sit contumax [illegible] mixtæ ad res dentur, [illegible] personales præstationes, [illegible] [d] [illegible]es. † Quid de interdicto, quæ [illegible] 4.
scripta vt quando agitur interdicto, [illegible] ne facta? Et ea [illegible] hæc [illegible] sint personales [illegible] sunt. Con[illegible] [illegible]. † Quid de [illegible] 5.
[illegible] Et dic, in hac [illegible] per proce[illegible] realium: quod & Panormitanus hic voluit.

d. l. item Labeo. ff. fam. ercis.
e. l. 3. §. vlt. ff. de iudi. c. ex parte B. 1. de for. compe.

d Mittendus) obserua modum procedendi aduersus reum contumacem, conuentum in rem actione.

e Actor) qui experitur reali actione.

f Possef-

6. f Poſſeſſionem) † ſcilicet ex primo decreto cauſa cuſtodiæ tantùm. non enim ob id in poſſeſſionẽ rei petitæ mittitur, vt fiat verus poſſeſſor, fructuſue lucretur, ſed vt rem petit m teneat & cuſtodiat: poſt annum enim inprimis verus poſſeſſor
7. efficitur: quæ eſt communior interpretum f ſententia. † Et memineris, aduerſarium, cuius intereſt, vocandum eſſe ad audiendam ſententiam interlocutoriam primi decreti. Nam eo non legitimè citato, ſi interponatur primum decretum, illud nullum erit: idq; totus iurium concentus clamat.

8. g Tædio affe.) † In hunc enim finem fit miſſio, ex primo decreto, vt contumax aduerſarius tædio affectus, ſui poteſtatem & facultatem faciat.

h Reus) ſiue laicus ſit, ſiue clericus: textus enim indiſtinctè loquitur, ac generaliter, conſcriptusq; eſt à ſummo Pon-
9. tifice, vt potiſſimùm comprehendere debeat clericos. † Ex quo conſequitur, tàm laicum, quàm clericum repetentem poſſeſſionem tædialem, teneri ad præſtationem cautionis iudicio ſiſti.
10. † Et per hoc temperanda eſt nouella i conſtitutio, quæ ſimpliciter ait, *clericos ad hanc cautionem non obſtringi*: vt hoc procedat, niſi per eius contumaciam deuentum ſit ad miſſionem in poſſeſſionem bonorum: tùm enim, quia orta eſt aduerſus ipſum k præſumtio, cauere tenebitur: quod non contemne.

11. i Intra annum) † Reo enim, aduerſus quem facta eſt miſſio in poſſeſſionem bonorum ex primo decreto, vt actor ea teneat & cuſtodiat, datur annus, intra quem rediens auditur, ſuasq; res recuperat. Hic autem annus continuus eſt, curritq;
12. à die factæ miſſionis. † Et hoc intelligas de miſſione, quæ contumaciæ cauſa fit, ſecus ſi ob aliam cauſam fieret, quia ſcilicet condemnatus ſoluere recuſet, vel nolit mandare ſententiam executioni: non enim audiretur volens probare, niſi prius ſatisfaceret, impleretq; id, propter quod facta fuit m miſſio.

13. k Cautione) † ſcilicet ſufficienti & idonea, nempe cautione fideiuſſoria vel pignoratitia, quæ eſt receptior n ſententia: tametſi pleriq; cenſeant, iuratoriam ſufficere: quod Panor. tum recipit, ſi nequeat præſtari ſufficiens cautio. Nec prodeſt offerre cautionem, niſi etiam re ipſa præſtetur ab aduerſario contumace ante ingreſſum o iudicij: alias ipſi os clauditur, vt Socinus hic ait, id eſt, fores iudicij illi occluduntur.

14. l Expenſarum) † factarum tam ante miſſionem, quàm poſt, Hoſtienſi docente, ſi modo rei conuenti manifeſta ſit contumacia, eamúe confiteatur aduerſarius: alias ſecus eſſe Panor. p cenſet. Ea enim ſi dubia ſit, alleget que aduerſarius aliquam probabilem contumaciæ cauſam, tum præſtita cautione audietur,

f. vide Dd. in l. ſi quis emptionis §. ſed & ſi quis. C. de præſcr. 30. anno. Bar. in l. ſi finita. §. Iulianus. ff. de dam. inf. Anto. & Panor. hic poſt glo. per tex. in c. 1. & 2 ſ. de eo qui mit. in poſſ. cau. rei ſer.

g. vide Inno. in c. vlt. ſ. de eo qui mit. in poſſ. Specul. de ſecundo decre §. iam de effectu. verſ. quid ſi iudex.

h. arg. c. 3. ſ. de conſti. & expreſſe probatur in c. 1. & 2. ſ de eo qui mit. in poſſ.

i. in Nouel. de ſanctiſs. epiſco. §. ſi quis autem pro pecuniaria. idem glo. no. in l. cùm clericis. C. de epi. & cleri. & Specu. de ſecunda . 1.

k. per regulam. qui ſemel malus. de reg. iu. in 6.

l. Specu. in tit. de ſec. decre. §. videndum. verſ. hoc quoq. m tex. c. ex parte. 1. de verb. ſigni. & l ſi pecuniæ ff. vt in poſ. leg. & d. l ſi finita. §. Iulianus. de dam. infe. iuncta l. conſentaneum. C. quomodo & quando iudex.

n. probatur per c. 1. de ſequeſt. bo. & auth. ſi quis iurat. C. de bo. aut. iud. poſſi.

o. c. 1 de eo qui mit in poſſ. cau. rei ſer.

p. per c venerabilis. §. idem eſt. de ſent. excommuni. lib 6. & c. ex parte. de verb. ſigni.

22. fidere. † Sed quare in personalibus iudicijs desideratur secun-
dum decretum, cùm in rei vendicationibus sit secus? Ego puto
rationem diuersitatis illam esse: nam intendens realem actionem
non petit sibi rem dari, cùm prius sit dominus, & in re peti-
ta prætendat dominium, sed rem sibi restitui, & sic possessio-
nem tantùm, sed per missionem consequitur desiderium suum.
Secus est in personali, q̃a in ea agens rem sibi dari petit, sicq; [a] rei
dominium in se transferri, ideoq; necesse est, rem adiudicari cre-
ditori per secundum decretum, cùm non dicit, rem esse suam,
23. sed personam sibi obligatam. † Quandò autem interponen-
dum sit secundum decretum, variatum est. Pleriq; enim exi-
stimant, expectandum annum post interpositionem primi [b] de-
creti. Alij putant, tempus esse arbitrarium considerata qua-
litate contumaciæ, & personarum [c]. Cùm enim iure non re-
periatur nominatim diffinitum, videtur iudicantis id re-
linquendum esse arbitrio: & hoc posterius crebrius obtinuit.
Consultum tamen fuerit, quòd iudex sine magna causa non
recedat ab anni termino: puta quia fortè nimia aduersarij con-
tumacia factum aggrauaret, tum enim accelerare debet secun-
dum decretum.

a. §. sic itaq; discretis. inst. de actio.

b. Inno. in d. c. dilecto. ȷ̃. de verb. signi.

c. glo. & Bart. l. cùm proprias. C de bo. aut. iud. poss. Bar. in d. §. Iulianus. Idem in l. ait prætor. §. fin. ff. de bo. aut. iu. po. Paul. de Castro in l. debitoribus. ff. de re iudi.

p Quod si super rebus) In principio §. nostri dictum
24. est, quid iuris obtineat, quando actione in rem conuenitur pos-
sidens nomine proprio: † hic verò annectitur quid obseruan-
dum sit, quando quis experitur aduersus possidentem nomi-
ne alieno. Is enim conuentus, si iudicium effugere desideret,
potest nominare dominum rei petitæ in iudicio, ac petere, vt
sibi præstetur dilatio, intra quam possit vero domino litem de-
nuntiare. Quod si dominus eadem re commonitus, iudicium
non suscipiat, iudex ipsum denuò trinis edictis vocabit: &
eo necdum sui potestatem faciente, sed in contumacia perse-
uerante, mittendus est actor in rei petitæ possessionem, summa-
tim prius discusso negotio, saluo tamen iure proprietatis dò-
mino absenti. Et hæc est summa siue epitome totius nostri
contextus, qui fere ad verbum ex Codice [d] Iustinianæo tran-
35. scriptus est, vel eo solo commendabilis, quod consimilis ali-
as in toto iuris oceano non reperitur. † Quia verò frequen-
tem ac perutilem materiam nominationis in iudicio tracta-
turi hic sumus, ideo priusquam ad textus interpretatio-
nem accingamur, nominationis definitionem (prout in hoc
proposito accipitur) præcognoscere operæpretium fuerit, vt
sic intelligatur, de quo agendum est.

glo. in c. consultationibus. ȷ̃. de offi. delega.

d. in l. 2. C. vbi in rem actio &c.

Nominatio ergo, qua de hîc diſputaturi ſumus, nihil 26.
aliud eſt, quàm actus iudicalis, per quem poſſidens vel detinens
alieno nomine, ratione iuris quod non habet, reali iudicio con-
uentus, actionem aduerſus ſe intentatam declinat. † Explice- 27.
mus hæc verba craſſè, ac populariter. *Actus*, in hac definitione
genus eſt. Adijcitur, *iudicialis*, quia nominatio, de qua hîc tra-
ctamus, in iudicio, iudice pro tribunali ſedente [e], fieri debet:
ſicq; nominatio, quæ fit extra iudicium, ſecluditur. † Dixi, *deti-* 28.
nens, quia ſimplex detentor rei alicuius impetit⁹ actione in rem,
poteſt dominum in iudicio nominare, vt eſt colonus, inquilinus,
commodatarius, depoſitarius, & alij id genus. Addidi, *vel poſ-*
ſidens, vt ſuperficiarium, fructuarium, emphiteutam, vaſallum
includerem, nam & hi nominare in iudicio poſſunt, ſi ſuper iure
ad ſe non pertinente conueniantur, vt infrà audiemus. Subiun-
xi, *alieno nomine*, † quia ſi ſuo nominé poſſideret conuentus, 29.
impermiſſa eſſet nominatio ad declinandum iudicium, ſed ipſe
ſe defendere teneretur, cùm facultatem habeat [f] reſtituen-
di rem. Sic ergo is tantùm, qui alieno nomine poſſidet, ius
nominandi habet. † Adpoſui, *ratione iuris, quod non habet*: Pri- 30.
mùm enim, ſi quis ius aliquod haberet in re, quæ petitur, ipſi
non prodeſſet nominare dominũ in iudicio, ſi modò actio, quæ
intenditur, aliquo modo illud ius reſpiciat. † Ideoq; traditum 31.
eſt emphyteutam, vaſallum, fructuarium, & ſimiles tum demùm
nominare in iudicio poſſe, ſi conueniantur ratione iuris, quod
ipſi non habent: vt ſi ſuper proprietate dictaretur illis iudici-
um, tum enim nominare poſſunt, quia nihil commune habet
proprietas cum [g] poſſeſſione. † Sequitur in definitione, *reali* 32.
actione conuentus: nam in realibus perſecutionibus propriè lo-
cum habet nominatio, non etiam in perſonalibus: hæ enim
perſonam conuentam ſequuntur, non rem, idq; textus hic
probat, qui de reali [h] actione loquitur, idemq; conſtitutio [i] Iu-
ſtiniani Imp. ex qua hic textus noſter ſumptus eſt, hiſce verbis
(*litem ab aliquo per in rem actionem ſuſtineat*) ducto argumento à
contrario. † Poſtremò annexum eſt, *actionem aduerſus ſe &c.* vt 33.
effectum atq, officium nominationis deſignarem: huius enim
potiſs. eſt effectus, vt conuentus reus per eam declinet ſibi di-
ctatum iudicium, & nominatus illud ſubeat, vel in totum, ſi
totum ad eum ſpectare intelligatur, vel pro ea parte, quæ ad
nominatum pertinere dicitur. † Et per hunc effectum exclu- 34.
ditur nominatio, quæ fit cauſa inſtructionis [k], vt nominans
poſſit inſtrui & informari per nominatum de ſuis iuribus, &
defenſionibus. † Ratio autem introducendæ huius nomina- 35.
tionis eſt euidens, quia & actoris, & nominantis, & nominati
intereſt, eam fieri poſſe. Actoris quidem ideò, quoniam niſi
dominus rei petitæ nominaretur in iudicio, non poſſet actor
plenum ſuæ intentionis effectum nanciſci. Sententia enim con-
tra detentorem rei lata, non præiudicaret domino non vocato.
Nomi-

e. tex. hic. & d. l. 2. C. vbi in rem actio.

f. vt s. in prin. §. noſtri dictum eſt.

g. l. naturaliter. §. nihil commune. ff. de acq. poſ.

h. vide in tex. hic.

i. in d. l. 2.

k. de qua loquitur auth. qua in prouincia. C. vbi de crimi. agi oport.

Nominantis vero ideò, vt ipse non cogatur iudicium subire, vel curam defendendi rem alienam suscipere: item quia non denuntiando domino videretur [l] in dolo. Nominati deniq; ideò, quia de re sua agitur, ipsiq; defensionis præstanda est facultas, ne absenti fiat præiudicium circa possessionem, vel dominium rei [m] suæ.

l. arg. l. item queritur. §. exercitu. ff. locati. & l. si procurator. §. si ignorantes. ff mand.

m. l. facultas. C. de iure fisci. lib. 10. & l. 1. § si quis ideò. ff. ne vis fiat ei.

36. q Immobilib.) † Et sic in rebus immobilibus, soloq; hærentibus locum habet nominatio. De mobilibus dubitatum est: frequentius tamen obtinuit, vt & de re mobili conuentus nominare possit dominum in [n] iudicio. Et quod obijci potest, conuentum facta nominatione aufugere posse cum re petita, nihil impedit: hoc enim præcaueri poterit, vel per remedium cautionis, vel sequestrationem [o] ipsius rei.

n. per auth. qua in prouincia. C. vbi de cri. agi opor.

o. l. si fideiussor. ff. qui satisd. cogan.

37. r Conueniatur) † scilicet in iudicio, quia sine iudicio hæc nominatio non [p] consistit.

p. vt s. ad rub. dictum est.

38. f Possidet) † nec tamen in re, quam possidet, v llum ius habet: vel si habet, super suo tamen iure non conuenitur. Verbi gratia: Si vasallus aut emphyteuta, vel superficiarius, similisue persona litem ab aliquo per in rem actionem sustineat, super tota re in solidum, nempe quia tota res simpliciter petatur, sicq; non tantùm de iure vtilis dominij, siue possessionis aduersarij conuenti tractetur, verumetiam de directo dominio absentis: nam tùm nominatio domini absentis fieri a conuento non prohibetur: id quod rectè contra Bartolum Panormitanus hic defendit. Atq; ita habes hic circumstantiam personæ, quæ nominare potest in iudicio. Nam si in re, super qua conuenitur quispiam, se habere ius

39. aliquod prætendat, variatum est à Doctoribus. † Verùm vt & hunc scrupulum paucis eximamus, variantesq; hac in re interpretum sententias conciliemus, distinguendi sunt tres casus. Primus: Si conuentus actione in rem, nullum ius in re habet, sed solùm detinet (vt est colonus, inquilinus, depositarius, & similes) tunc debet nominare dominum in iudicio. Detentor enim ex sola detentatione conueniri potest. [q] Vnde ad effugiendum iudicium sibi

40. dictatum nominatio illi conceditur. † Secundus: Si impetitus actione reali ius aliquod in re, quæ petitur, habeat (vt est emphyteuta, vasallus, & cæteri id genus) tunc si super suo tantùm iure conuenitur, non est locus nominationi: quia ipse est dominus illius [r] iuris petiti, vt hic Doctores post glossam tradunt. Atque Speculator [f], dominum ea specie iudicium in se suscipere volentem, non esse audiendum: quia tametsi ipsius interfit

q c. examinata. de iud. & l. officium. in fi. de rei vend.

r. Ita procedit opinio glo. hic, & sequacium.

f. Spec. de primo decre. §. restat. vers. sed quid si actor.

interfit, naturalis tamen poſſeſſio, qua de tunc agitur, non domini, ſed rei conuenti eſt. Verùm ſententia & actus eius iudicij non præiudicabunt domino proprietatis abſenti. † Tertius: 41.
Si habens ius in re, conueniatur ſuper tota re in ſolidum (vt quia tota res ſimpliciter petatur) ſicq; non ſolùm de dominij & poſſeſſionis rei conuenti iure, ſed etiam de directo domini abſentis dominio ſit controuerſia, admittenda eſt nominatio, nihil enim commune habet[t] proprietas cum poſſeſſione. Vnde emphyteuta & feudatari[9] ratiōe vtilis dominij, quod habet, ſi conueniantur, dominum in iudicio rectè nominabunt. Idem de fructuario, & maritode rebus dotalibus, & conſimilibus dicas.

t. l. naturaliter. §. nihil commune de acq. poſſ.

t Debet) † Si modò iudicium ſibi dictatum euitare velit, & damnum proprium: tùm enim debet neceſſariò nominare: aliàs verò hæc nominatio non eſt neceſſitatis, ſed tantùm voluntatis. Etſi enim omittatur à reo conuento, litemq; ſuſcipiente,[u] proceſſus tamen valet. † Cæterùm vero domino abſenti, & litem neſcienti hæc nominationis omiſſio non nocebit, neq; ipſi vel poſſeſſionem, vel proprietatem adimet, adeò quòd etiam facta executione aduerſus colonum, reúe iam ad actorem tranſlata, adhuc domino ſalua ſit ſua poſſeſſio, quam[x] habebat. Is tamen, qui litem ſuſcepit, tenebitur actori ad litis æſtimationem, vel ad[y] intereſſe: dummodò actor ignorauerit reum poſſediſſe alieno nomine, nam ſi hoc ſciebat, ſibi imputare debet, quare non conuenerit verum dominum, ſiue poſſeſſorem.

42. 43.

u. l. officium. ff. de rei vend. Bart. poſt gloſſ. in d. l. officium. nu. 16.

x. Bar. & communiter Dd. per l. vlt. C. ſi per vim vel alio modo.

y. l. qui ſe liti. ff. de peti. hæred. & l. perindè. de dolo.

u Statim) † id eſt, vel ante libelli porrectionem, vel priuſquam reus conuentus reſpondeat. Eſt enim hæc quædam exceptio declinatoria, ideò proponenda ante litis[z] conteſtationem. Et hoc verum eſt in nominatione, quæ iudicij vitandi gratia fit, ſecus in ea, quæ inſtructionis cauſa exiſtere ſolet: ea enim etiam poſt acceptum iudicium rectè[a] obijcitur. 44.

z. l. vlt. C. de except. & l. exceptione. C. de proba.

a. de qua in d. auth. qua in prouincia.

x Nominare) † allegando ſe non poſſidere ſuo, ſed alterius cuiuſdam nomine. Quare iudicij declinandi cauſa nominet dominum, cuius nomine poſſideat: Neq; tùm neceſſe eſt, quòd aduerſarius conuentus probet, ſe alterius nomine poſſidere, quia ſola allegatio & nominatio facta in iudicio ſufficit, vt per hoc abſoluatur ab inſtantia iudicij: niſi actor malit in ſe onus probandi ſuſcipere, & docere, quòd conuentus ſuo nomine poſſideat, vt ſic ad ſe transferat poſſeſſionem autoritate[b] legis, licet ſuum eſſe non oſtenderit. 45.

b. l. vlt. de rei vendi.

y Certo dierum) † Oſtendunt hæc verba, quodnam ſit iudicis officium facta nominatione. Is enim obligatur ſtatuere certum terminum, intra quem nominato fieri poſſit dictati iudicij denuntiatio[c]. Et hic terminus ſecundum ſaniorem ſententiam 46.

c. arg. l. 1. C. de dila. & c. 1. ſ. de dilatio.

tentiam

tentiam Panormitani hic contra Bart. nominanti præfiniendus est, qui deinde litem nominato denuntiare obstringitur. Id verò si facere neglexerit, & ad interesse tenebitur parti aduersæ, nec quicquam absenti domino [d] præiudicabit. d.per l.1.ff.de eo per quem factum est &c.

z Eoq;) certo dierum spatio à iudice præfixo.

47. aa Ad eius noti) Eius, scilicet nominati domini in iudicio. † Quid si id ad ipsius nominati notitiam non producatur? vt quia scilicet nominans non denuntiauerit? Et nihil præiudicabit hoc domino, nec ante denuntiationem incipiet ipsi currere terminus à iudice præscriptus [e]. e. arg. l. vlt. § si verò nemo, C. de iure

48. bb Vt vel ipse) † Hic explicatur, quid sit faciundum nominato, postquam illi facta est litis denuntiatio. Nam vel sui præsentiam facere, vel idoneum procuratorem mittere, sicq; iudicium in se suscipere tenebitur. Et sciendum est, tùm nouo opus esse libello, quoniam ex priori porrecto aduersus nominantem (qui post factam nominationem absolui debet) non do. Rar. in l. Labeo. ff. de iure fis. & facit tex. nemo. hic. ibi. ad eius noti. &c. ad idem tex. in d. l. 2. ibi, ad notionem eius producendo.

49. posset condemnari [f] nominatus. † Ex quo etiam illud conficitur, quod nominatus potestatem sui faciens, recusare iudicem valeat, tametsi id illicitum [g] fuisset nominanti: dummodò legitimam recusationis causam prætendat. Nec obstat, quòd venire debeat in eum effectum, vt iudicium suscipiat, cui effectui contraria sit recusatio: Comparet enim susceptutus iudicium, tamen secundum qualitatem & facultatem, quam haberet, si principaliter conueniretur. f Dd. communiter hic. & d. l. 2. g. c. cum super. de offi. deleg.

cc Veniens) in locum, in quo prædium situm [h] est. h. vt dicit d. l. 2.

50. dd Responsalem) id est, procuratorem, † sicq; non obligatur se personaliter iudicio sistere, sed procuratorem, siue responsalem mittere sat est: idq; regulariter obtinet, tametsi plerisq; casibus id non procedat, quod Doctores [i] suis locis annotarunt. i. in c. 1. de iudi lib. 6. & l. non solum in prin. de procura. l. vlt. C. eo.

ee Excipiat) per exceptionem elidat ac submoueat.

ff Indultum) concessum à iudice.

gg Quod dispos.) vt scilicet vel per se, vel per alium compareat in iudicio, intentionem actoris excepturus.

hh Noluerit) sicq; absit per contumaciam.

51. ii Tanquam lite) Sensus horum verborum est: † Si dominus nominatus in iudicio post denuntiationem sibi factam sui potestatem non faciat, nec procuratorem mittat, tunc perinde erit, ac si lis esset contestata ab eo die, quo possessor ad iudicium vocatus est, tametsi verè ac re ipsa non sit contestata. † Nam hæc vocula (tanquam) improprietatem significat.

† Inducitur autem hæc quasi litis conteſtatio (ſecundum Cy- 53.
num[k]) ex eo, quia conuentus actione in rem, nominando dominum in iudicio, & aſſerendo nominatum eſſe dominum, tacitè negat, actorem eſſe[l] dominum. Vndè ex tacita negatione colligitur hic quaſi litis conteſtatio, accedente contumacia nominati, ſicut per expreſſam induceretur vera. Baldus vero ait, hanc ex mera legis poteſtate & fictione inſurgere, non quia de natura prædictorum ſit, inducere litis conteſtationem, vel quaſi: ſed quia ſic legiſlatori placuerit.

k. in d. l. 2.

l. l. Pomponius. §. ſi is. ff. de probatio. l. ſi inter. de excep. rei iudi. fa. quia duo non poſſunt eſſe domini inſolidum eiuſdem rei. l. ſi vt certo. §. ſi duobus. ff. commod.

kk Quæ ingeritur) quam dictat, mouetq; actor.

ll Poſſeſſor) qui poſſidet alieno nomine.

mm Ad interrump.) † Quid ergo operabitur hæc quaſi 54.
litis conteſtatio? Reſpondeo interrumpet præſcriptionem, ac ſi vera eſſet litis conteſtatio. Et hunc effectum hic ſignificare voluit Pontifex.

nn Ex eo die, quo) † Dubitari tamen conſueuit, à 55.
quo die incipiat hæc quaſi litis conteſtatio, & præſcriptionis interruptio[m]? Et textus hic ait, ab eo die, quo poſſeſſor ad iudicium vocatus eſt. Gloſſa hic exponit *poſſeſſorem*, id eſt, dominum poſſeſſionis, cui ſcilicet denuntiatio facta eſt. At Ioan. And. de eo intelligit, qui poſſidebat nomine alterius: cui Gofredus ſubſcripſit, tradens hanc præſcriptionis interruptionem ab eo die fieri, quo colonus conuenitur. Quam expoſitionem & ipſe amplector, cum hac tamen mica ſalis, vt denuntiatio prius interueniat. Ea enim facta, dominoq;, cui denuntiatum eſt, non veniente, trahetur retrò effectus iſtius quaſi litis conteſtationis ad diem, quo vocatus fuit colonus, vi & poteſtate legis.

m. tex. hic & d. l. 2.

oo Dominum poſ.) † Hinc diſcis, quæ ſint partes 56.
iudicis, ſi poſt factam denunciationem nominatus non veniat: nam tùm ad iudicem ſpectabit, ipſum nominatum legitimè vocare tribus edictis diſtinctis, vel vno peremptorio, ita tamen, vt in eo trium terminorum conglutinatio fiat, Baldo teſte, in hoc cæteris[n] melius ſentiente. Cæterùm quantitas dilationis pro quoquo termino, iudicantis arbitrio relinquenda eſt. Quid ſi omiſſis hiſce edictis facta ſit omiſſio in poſſeſſionem? Reſpondeo, nihil hoc præiudicare domino abſenti, vt ſuprà quoq; dictum eſt. Iudex enim non intendit, neq; poteſt præiudicare[o] non vocato.

n. ſecundum ea, quæ traduntur in l. tres denuntiationes. C. quomodo & quando iud.

o. vt tractatur in l. nam ita Diuus ff. de adop. & in l. ſæpe. de re iud.

pp Et tunc) elapſis ſcilicet edictis: finita dilatione aſſignata.

qq Voluntate) contumaciæ in non veniendo, aut comparendo.

rr Sum-

57. rr Summatim) † Hic rursus obserua, quod porrò sit iudicis officium. Etenim finita iam dilatione assignata nominato, eoq; in contumacia perseuerante, primùm debet iudex negotium actoris summatim discutere, ac deinde cognito actoris iure, per summariam hanc cognitionem inducere ipsum in pos-
58. sessionem p rerum petitarum. † Vt autem intelligas, quid in hac summaria cognitione veniat, pugnantesq; inuicem leges conciliare possis, ex Bartoli sententia tres distingue species. Prima: Si ex missione in possessionem non fiat præiudicium, neq; in proprietate, neq; in possessione, tùm sufficiet summaria cognitio, per iuramentum q calumniæ. Secunda: Si per missionem tam in possessione, quàm in proprietate præiudicetur, vt si interponatur secundum decretum, tùm liquidò de iure actoris r constare debet. Tertia: Si præiudicium tantùm in possessione, non etiam in proprietate fiat, ea specie summatim de agentis iure constare debet, id est, vel per præscriptionem, vel per indicia, aut s semiplenam probationem: atq; ita textus noster hic & in Iustinianæa t constitutione, ex qua desumptus est, accipi debet.

p. vt hic. & l. 2. C. vbi in rem actio.
q auth. & qui iurat. C. de bo. aut. iud. pos.
r. ita intellige l. vlt. C de bo. aut. iud. pos.
s. l. 1. §. causa. ff. ad Carbo.
t. in d. l. 2.

59. ss Possessionem) Hoc de vera possessione intellige, non de simplici custodia. † Inductus enim statim verus possessor efficitur: nominatus verò contumax de possessore petitor. Nec aduersatur principium §. nostri, cum in nostro casu maior
60. præsumatur contumacia, quàm in superiori. † Hic enim pluribus vicibus vocatus est dominus, quàm in præcedenti specie. Primùm namq; actor iudicium dictauit colono: deinde colonus denuntiauit illud domino: Porrò iudex eundem dominum euocauit denuò trinis edictis. Effectus ergo huius missionis is est, quòd cùm inductus in possessionem prius esset petitor, ipsiq; necessario incumberet dominij probatio, nunc verus efficiatur possessor, & omnia possessionis commoda habeat. Contrà passus missionem, rei dominium docere obligetur, si possessionis commodum recuperare desideret.

tt Absenti) & contumaci domino.

uu Super prin. quæstione) id est, super proprietate
61. rei, in cuius possessionem actor iam inductus est. † Sed quamdiu reseruabitur ipsi quæstio disputandi de proprietate? Respondeo, donec res sit acquisita vsucapione: idq; vulgò obtinuit.
62. † Quantum autem temporis spatium ad huiusmodi vsucapionem desideretur, variatum est. Ego distinguendum puto, num missus in possessionem allegauerit specificum titulum in petitione sua, an minus. Priori casu, siquidem plenè ac perfectè probet titulum, cuius prætextu adstruit rem ad se iure dominij, vel quasi spectare, tùm Bartoli sententia vera est, qui ad præscriptionem rei longum tempus sufficere existimat, puta

decem annos inter præſentes, & viginti inter abſentes. Sin verò non integrè probet titulum, ſed tantum ſemiplenè, tunc ad vſucapiendnm triginta annorum tempus exigetur, poteritq; deiectus à poſſeſſione tam de proprietate, quam quaſi proprietate experiri, ſicq; & rei vendicationem, & Publicianam actionem [u] intendere. † Poſteriori vero ſpecie, ſi miſſus in poſſel- 63.
ſionem nullum allegauit titulum in ſpecie, nec probauit contra abſentem dominum, qui poſtea agere conatur, arbitror huiuſmodi immiſſionem prorſus non valere, tanquam non adhibita ſummaria cognitione: tametſi alij malint præſcriptionem tricennalem hac ſpecie [x] ſufficere. † Prædicta tamen vera eſſe 64.
plerique [y] intelligunt, niſi præſtitutum eſſet a iudice tempus, intra quod nominatus dominus quæſtionem proprietatis moueret debeat: nam tum poſt effluxum illud tempus putant eum non amplius eſſe [z] audiendum. † Verùm num à iudice tem- 65.
pus præſcribi valeat, apud me non eſt leue dubium. Primum, quia textus hic reſeruat abſenti nominatim omnem allegationem ſuper principali quæſtione: ergo ipſi non eſt a iudice breuiorem terminum præfiniente [a] auferenda. Deinde aduerſarij contumacia ſatis ſuperq; punita eſt per inductionem in poſſeſſionem abſentis, nec duæ pœnæ ab initio infligendæ [b] ſunt. Deniq; quia nemo regulariter agere [c] compellitur. † Nec ob- 66.
ſtat Scæuolæ [d] reſponſum, quia caſum ſingularem complectitur [e], qui ad hunc noſtrum, non habentem paritatem rationis, trahendus minime eſt: vt hic Soci. rectè docet, in cuius ſententiam & ipſe pedibus eo: Exiſtimat enim multum referre, an nominatus ſimpliciter contumax extiterit, ſactaq; ſit miſſio in poſſeſſionem propter ipſius contumaciam, & ipſe neq; tum, neq; poſtea iactauerit, rem illam ad ſe ſpectare: & hoc caſu non poterit præſtitui tempus experiundi de [f] proprietate. An verò reus paſſus miſſionem proclamauerit, rem ad ſe pertinere: tum enim inductus in poſſeſſionem proponere poteſt condictionem ex Diocletiani & Maximiani Impp. [g] lege, iudexq; terminum nominato, intra quem de proprietate doceat, præfinire. Et hæc obſerua, quia a nemine hic animaduerſa, excepto Socino.

XX Si autem ſuper perſo.) Hactenus diſputatum eſt, quibus modis ſuccurratur intendenti actionem realem, ſi aduerſarius ſit contumax: hoc loci annectitur de conuento perſonali actione. † Nam & aduerſus eum duo prodita ſunt remedia, ſi contumaciter ſe non ſiſtat in iudicio. Primum eſt, vt 67.
fiat miſſio in poſſeſſionem bonorum pro modo declarati debiti: Alterum vt reus excommunicetur. † Quod ad primum attinet, ſi conuentus actione in perſonam ſui poteſtatem in iudicio facere prætermittat, licitum eſt iudici inducere actorem 68.

u. ita traditur in c. abbate ſanè. de re iudi. & per Soci. hic.

x. per l. ſicut, & l. omnes. C. de præſcri. 30. anno.

y. Cy. in d. l. 2. C. vbi in rem acti.

z. per l. à quo ſundus. ff. de dam. inſec.

a ſi. regula indultum. de regu. iu. in 6.

b §. noſtro hic. ad ſi.

c. C. vt nemo inui. per totum.

d. in l. à quo fundus. de dam. inſec.

e vt eum hic Soci. deducit. & de huius l. intellectu. vide Alciat. lib. 1. parado. cap. 9.

f. per ſupradicta, & quæ traduntur in l. diffamari. C. de inge. ma.

g in d. l. diffamari.

rem in possessionem rerum contumacis aduersarij, saltem pro mensura [h] debiti. Et hæc missio fit ex primo decreto, duntaxat custodiæ causa, non vt inductus existat verus possessor.

69. † Vt autem ad primum decretum perueniatur, necesse est aduersarium in ius vocatum esse peremptoriè, ad actoris petitionem, alias non [i] valeret.

h. vt hîc. & auth. & qui iurat. C. de bo. aut. iud. possi. & §. si verò semel. in nouell. de exhib. reis.
i. l. 4. §. hoc aut. ff. de dam. infec. Bart. in l. si finita. §. Iulianus. ff. d. tit.

70. yy Si fortè) † Disce ordinem in hac missione obseruandum, vt primum fiat inductio in bona mobilia: illis non extantibus, vel non sufficientibus, in immobilia, soloq; hærentia: Quod si nec illa extent, aut non sint suffectura ad debiti solutionem, tum in subsidium peruenitur ad iura & nomina [k] debitorum. Et consultum fuerit, hunc ordinem seruari, tam ab ordinario, quàm etiam delegato [l] iudice.

k. arg. l à diuo Pio. in prin. ff. de re iudi.
l. Panor. hîc.

71. zz Pro modo) † Pro mensura debiti, prout istud vel magnum est, vel paruum. Iure tamen veteri, si agebatur personali actione, solebat actor mitti in possessionem omnium bonorum debitoris, debiti [m] seruandi causa. Hodiè verò fit missio pro modo debiti [n] declarati.

72. † Non tamen exigitur, vt res præcisè tantum valeat, quantum petitur, sed valor rei aliquantum excedere debet quantitatem debitam. Neque enim textus ait, quod tantundem valeat res, sed pro modo siue mensura debiti, adeò vt inspiciendum quoq; sit, num res, in cuius possessionem inductus est actor, impensas & sumptus exigat, an [o] minus.

m. l. 1. ff. quibus ex cau. in pos. ea. & l. cùm proponas. C. de bo. aut. iud possid.
n. hîc. & d. auth & qui iurat. & §. si verò semel in nouell. de exbi. & introd. reis.
o gl. & Bart. in d. auth. & qui iurat.

73. a Declarati) † Glossator putat, declarationem per libellum actoris fieri, quasi diceret, respectu missionis standum esse libello super quantitate petita. Accursius verò [p] alibi, semiplenam probationem desiderat. Ego probationem debiti per iusiurandum sufficere puto, quod ad primum decretum attinet: modicum enim hic fit præiudicium, quia reo contumaci per huiusmodi missionem ex primo decreto, neq; proprietas, neq; possessio aufertur, sed præstatur actori solùm detentio, vt & supra diximus [q].

p. in d. §. si verò semel.
q. in verbo summatim. adde Bart. in d. l. cùm proponas.

74. b Eccles. sent.) † scilicet excommunicatio: sicq; alterum remedium aduersus contumacem est, excommunicatio ecclesiastica. Et hoc generale esse ad omnem contumaciam coërcendam, [r] Panormitanus ait. Sanè excommunicatio hæc non est contemnenda, si fuerit iusta, quoniam CHRISTO autore constat. Contumaciæ pœna maxima est, Matth. 18. Paulus [s] Apostolus, *cum huiusmodi*, inquit, *ne cibum quidem capiatis.*

75. † Apud Hebræos olim *Aposynagogi* dicebantur, quasi Synagoga exacti & extorres propter contumaciam suam vitandi ab omnibus, donec resipiscerent. † Porrò præter supradicta

r. l. 1. ff. si quis ius di. non obtemp. l. 2. ff. si quis in ius uo. ie. & c. de causis. § . de off. dele.
s. 2. Thessalo. 3. & 1. Corinth: 5 cap.

ćta duo remedia, & alia quædam in contumaciam constituta
sunt. Nam & per coniećtionem in carcerem reprimitur [t] con-
tumacia, si adeò succrescat rebellio, vt exemplo publicè per-
niciosa sit, alijsq; datura ansam non obtemperandi. † Quartum 77.
remedium est, vt si post litem contestatam reus contumaciter
præsentiam sui facere negligat, & de iure aćtoris liqueat, vel
liquere possit, procedat iudex ad sententiam [u] diffinitiuam. [x] Vr-
banus III. *Quod si venire*, inquit, *contempserit, vtpote lite* "
quæ ingeritur, contestata, diffinitiua sententia determinetis. "
† Quintum remedium est, iusiurandum in litem: per illud enim 78.
contumacia punitur, vel vt capiantur pignora, aut deniq; vt
res litigiosa manu militari ab eo [y] auferatur. † In litem autem 79.
iurare, est per religionem iurisiurandi declarare, quanti æstime-
tur res controuersa ab aćtore. Cùm enim iudex in hoc iure-
iurando affećtum aćtoris & fidem sequatur in litis æstimatione,
propter contumaciam non obtemperantis, meritò dicitur ius-
iurandum in litem, quasi in vniuersam æstimationem litis,
nulla certa consideratione in vnam aut alteram rem facta. Quare
aliàs in litem, aliàs affećtionis iuramentum [z] dicitur. † Sextum 80.
remedium est, Bannum, vt nunc loquimur: nam neotericum
& nuper inuentum vocabulum est, sed res antiquissima. Est au-
tem Bannum, quo omnia humanitatis iura vicissitudinesq; of-
ficiorum & commerciorum interdicuntur rebellibus: ideoq;
soli Cæsari, qui generalem vbiq; iurisdićtionem habet, iure
bannum indicere licet: cæteri magistratus non banno, sed re-
legationibus, alijsq; pœnis vtuntur. † Est autem banni vsus ab 81.
instituto Romanorum sumptus. Romani enim Draconis Athe-
niensis durissimam legem imitati sunt similitudine quadam:
quia facinorosis hominibus igni & aqua interdicere solebant.
Porrò cui hæc elementa interdicuntur, nihil est reliquum.
† Postea verò in locum aquæ & ignis interdićtionis successit 82.
deportatio, quasi circumfinitio, cùm ei, qui damnatus est, certo
spatio circumscribitur pœnæ [a] perpetuò pendendæ locus. Et
hæc est differentia inter relegationem & exilium, quæ & ad
tempus fieri potest: & deportationem, quæ perpetua [b] est.
Et hæc omnia dici possunt legitima [c] remedia, quorum toties
mentionem facimus in libellis, cùm petimus aduersarium con-
demnari, & legitimis remedijs compelli.

C Alterutra) † Ergo non sunt duæ pœnæ simul infligen- 83.
dæ: nam hîc non potest simul iudex & missionem decernere,
& mulctare contumacem [d] aduersarium. Nec repugnat, quod
alibi [e] iudices & excommunicationis pœnam contumaci ad-
uersario imposuerunt, & in ipsa causa processerunt: † quoni- 84.
am huiusmodi processus in negotio principali non est pœna,
sed fit tantùm pro iustitia partis agentis, vt rećtè ibidem Pa-
nor. annotauit. Et si dicas, nonne aliàs istud cap. non obstat,

t. l. consentaneum. C. quomo. & quando. iud. l. iniuriarũ. §. si quis quod decreto. ff. de iniu.

u. d. l. consentaneum.

x. c. prout. nobis. ẽ. de dol. & contu.

y. l. qui restituere. ff. de rei vendi.

z. l. si per alium. §. 1. ff. ne quis eum qui in ius vo. l. 1. & 2. ff. de in lit. iur.

a. l. 2 §. 1. ff. de interd. & releg.

b. l. exilium. l. inter pœnas. §. hæc est differentia. ff. de interd. & releg.

c. Ita hæc remedia examinat. oldend. in clas. 1. actio. 2. in adfinib. remed.

d. c. at si clerici. ẽ. de iudi.

e. tex. ad hoc ho. in c. veritatis. ẽ. de dol. & contu.

quia cassatur ibi talis processus ? Respondeo, processus ibi inualidatur ex eo, quia lis non erat contestata : nam si fuisset contestata, vel fuisset talis causa, in qua sine litis contesta. procedi potuisset, tunc processus extitisset [f] validus.

85. ſ Intra annum) † Contumax ergo aduersarius, aduersus quem facta est missio, si intra annum veniens caueat, se iudici obtemperaturum vsq; in finem iudicij, recuperat sua bo-
86. na. † Quid autem, si perseueret in sua rebellione ? Et tùm procedendum est ad secundum decretum, per quod iubebuntur [g] bona vendi. Porrò vt circa missionem in personalibus iu-
87. dicijs factam quid certi habeamus, breuiter sic est sentiendum. † Missus [illegible] possessionem ex primo decreto, simplicem tantùm custodiam, & nudam detentionem rei consequitur, etiam post lapsum anni, quamdiu non intercedit secundum decretum, adeò vt aduersarius nec fructus perdat, nec grauetur onere probandi indebitum : dummodò res suas recuperare desiderans, offerat cautionem iudicio sisti, [h] & satisfa-
88. ctionem expensarum. † Si verò peruentum est ad secundum decretum, tunc aduerti debet, qua forma illud iudex interposuerit. Interdum enim proceditur per secundum decretum ad alienationem in tertium, vt res, in cuius possessionem creditor missus est, tertio alicui alienetur, seruatis seruandis : & tùm veniens aduersarius non est [i] audiendus, nisi aliqua allegaret, quibus infringeretur decretum : vt quia contra non latitan-
89. tem factum esset, vel iniquitatem [k] contineret. † Interdum conceditur alienatio non in tertium, sed in ipsum creditorem : & ea specie siquidem adiudicata sit res creditori in solutum, vel ipsi venditio rei concessa, etsi Glossator hic putet, aduersarium non audiri amplius : verius tamen est, ipsum esse audiendum vsq; ad [l] ad biennium : atq; ita [m] Bartolus ex veritate tradit, cui Durandus [n] quoq; adstipulari videtur. Sin verò adiudicatione rei in solutum datæ annexus quoq; sit terminus, intra quem aduersarius audiri debeat : eo effluxo, exclu-
90. detur [o] omninò. † Interdum decernit iudex, quod inductus in possessionem tantum possideat, fructusq; suos faciat, donec aduersarius probet, indebitum illud, cuius causa facta fuit missio : & tùm vera est Ioan. Andreæ [p] opinio, vt scilicet aduersario incumbat onus probandi indebitum, & missus interim
91. lucretur fructus. † Interdum fit missio ex secundo decreto, vt creditor possessionem habeat, reseruato iure aduersario absenti : quo casu semper auditur aduersarius, creditore [q] de-
92. bitum non docente. † Interdùm deniq; interponitur secundum decretum simpliciter, & transfertur vera possessio in creditorem : ea specie habebit actor possessionis commodum, donec principale negotium sit finitum : sicq; Tancredi & Gofred. opinio (cuius Panor. hic meminit) intelligenda

f. D[illegible]ter. hic, & in d. c. at si clerici.
g. l. 2. l. Fulcinius. ff. qui ex can. in pos. ea. tractat. Bart. in l. si finita. §. Iulianus. ff. de dam. infec.
h. auth. & qui iurat. C. de bo. aut. iud. pos.
i. l. l. vlt. C. de iure dot. impe. Specul. in tit. de sec. decre. §. 1. vers. videtur. ad fi.
k. iuxta ea, quæ not. Inno. in c præterea. j de dilatio. & c. dilecto. j. de verbo. signi.
l. l. secundum formam. d. l. vlt. §. fin. aut.
m. in d. §. Iulianus.
n. Spec. in d. tit. de sec. decre. §. nunc videamus. vers. sed quæ est differentia.
o. l. Titia. ff. de accusa. l. si ea. C. qui accu. non pos. Bart. in d. §. Iulianus. & in l. consentaneum. C. quo. & quan in.
p. de qua in glo. hic.
q. Specul. d. tit. de sec. decre. §, iuxta propositio. in prin.

ligenda est. Nec aduersatur, creditorem in missione ex primo decreto probasse debitum: quoniam summaria illa probatio non sufficit ad liberandum eum ab onere probandi in plenario [r] iudicio. Prædicta tamen vera sunt, quandò non est peruentum ad sententiam diffinitiuam, vt quia lis non est contestata, vel non liquet de causa: nam si ad diffinitiuam processum esset, super quantitate, & pro executione eius fieret missio ex primo decreto: quid tùm obseruandum sit, Bartolus alibi [s] vbertim docet, ad quem studiosum iuris remitto. Atq; ita DEO duce per huius difficilis materiæ scopulos perducti sumus.

r ... ns. 2. ... §. de testib.

s. in d. l. consentaneum. & vide ad hanc nominat. d. l. 2. & d. l. fulcinius. ff. qui. ex cau. in pos. ea. & Bart. in d. §. Iulianus.

FINIS.

Anno-

IMPRESSVM HELM-
STADII APVD IACOBVM
LVCIVM TRANSYLVANVM,
IMPENSIS VVOLFGANGI
KIRCHNERI.

ANNO M. D. LXXXII.

ANNOTATIO

LEGVM, CAPITVLORVM, PARAGRAPHORVM, ALIORVMQVE TEXTVum, qui in tit. de fide instr. & in c. Quoniam frequenter, &c. inter explicandum discutiuntur.

IN TIT. DE FIDE INSTRVMEN.

IN C. QVONIAM FREQVENTER &c.

INDEX

RERVM ET VERBORVM TITVLI DE FIDE INSTRVMEN. ET CAP. QVONIAM FREQVENter &c. priori numero folium, posteriori cum seqq. eiusdem folij numerum denotantibus.

A.

Appellatio

I.

O.

Rasura

R.

S.

Specu-

Vacua

V.

ERRATA IN TIT. DE FIDE instrumento. commissa.

Fol. 2. li. pen. cautiones.

f. 5. in marg. deficiunt allegat. literæ 1. eas ita supple. (i. hic in l. vlt. ff. quemad. test. ape. ille in l. 2. ff. de fide instru.

Ibid. li. 25. literis.

f. 6. li. 6. istam.

f. 7. li. 18. dele §.

f. 8. li. 3. & 4. muniuerit. Ibid. li. 34. siue ma. &c. siue aut. Ibi. l. 29. quid si.

f. 9. l. 20. solennitatis.

f. 11. l. 1. receptis. Ibi. l. 7. dele si

f. 13. l. 34. clausæ.

f. 14. l. 3. instrumentum.

f. 19. l. 11. illud.

f. 20. l. 22. dele, est.

f. 21. l. 30. cæptum sit.

f. 26. l. 32. proferuntur.

f. 28. l. 23. in loco. Ibid. l. 28. diuersitas.

f. 30. l. 21. emanatam.

f. 31. l. 6. pepererit.

f. 33. l. 15. illis, etsi. Ibi. l. 19. nomine non agatur.

f. 34. l. 15. consona.

f. 36. l. 26. litigatoris.

f. 37. l. 37. quoniam. Ibid. l. antepen. atq; ita

f. 40. l. 9. inualidam

f. 44. l. 30. & in refellendis.

f. 47. l. 28. beneue.

f. 48. l. 27. causæ cognitionem.

f. 51. l. 33. tradunt.

f. 52. l. 6. aliquid.

f. 54. l. 7. productionem. Ibi. l. 15. probauerit.

f. 55. l. 7. mutuaui. Ibid. 14. tabellione.

f. 57. l. 11. donandi. Ibi. l. 12. Quandoq. Ibi. l. 29. nituntur.

f. 58. l. 35. confessu. Ibi. l. 19. id.

f. 59. l. 22. protestatus.

f. 62. l. 31. quid signifi.

f. 64. l. pen. interest.

f. 68. l. 24. quod vbi. Ibi. lin. 32. dele. quod. Ibi. li. 44. secus quando.

f. 69. l. 8. malitia.

ERRATA IN C. QVONIAM FREquenter. vt lite non contestata &c. commissa.

f. 73. l. 5. tum cano.

f. 74. l. 40. & 41. conditionale.

f. 75. l. 3. argumento. Ibi. li. 21. veritatisq.

f. 76. l. 25. sunt casus præd. Ibi. l. 29. si fieri. Ib. l. 39. concident.

f. 78. l. 29. expectandus.

f. 79. l. 24. dicitur.

f. 80. l. 26. esset. Ibi. l. penul. contumacia 8

f. 81. l. 33. expectabitur.

f. 82. l. 28. admittendos.

f. 83. l. 24. sequuntur.

f. 86. l. 2. tendendum. Ibid. l. 29. absenti.

f. 88. l. 15. iudicis

f. 91. l. 2. veritate. Ibi. l. 6. possessionem. Ibid. l. 12. tentor. Ibi. l. vlt. indubitatum.

f. 93. l. 2. iudicialis.

f. 97. l. 36. missio. f. 101. l. 41. mulctare.

f. 102. l. antepe. dele, in. Ibi. l. penul. finitum.

f. 103. li. 8. & quid.